Unde dicit. Cum cognoueritis deum per fideꝫ. quomodo conuertimini a fide ad elementa: id eſt ad litteralem legis obſeruantiam que dicitur elementa. quia fuit prima inſtitutio diuini cultus. Elementa dico infirma: qꝛ non perficit iuſtificando. Hebreo. 7. Neminem ad perfectum adduxit lex. Egena quia non confert virtutes ⁊ gratiam adiuuando per ſe. Sed quid eſt quod dicit cōuertimini. Et videtur hoc inconuenienter dictum. Similiter ⁊ hoc ꝙ dicit denuo. Nam iſti nec iudei fuerant nec alīs legalia ſeruauerant. Ad quod dicendum ē ꝙ cultus iudeorum medius eſt inter cultum chriſtianoꝝ ⁊ gētilium. Nam gentiles colebant elementa ip̄a tanꝙ viua quedam. Iudei vero elementis quidem non ſeruiebant ſed deo ſub ip̄is elementis inquantum obſeruationibus corporalium elementorum deo cultum exhibebāt. ſupra eodem. Sub elementis huiꝰ mundi eramus ſeruientes Chriſtiani vero ſeruiūt deo ſub chriſto. id eſt in fide xp̄i. Quando autem aliquis peruenit ad terminum tranſacto medio ſi iterum redire velit ad mediū: idem videt̄ ac ſi velit redire ad principium. Et ideo apoſtolus quia iſti iam peruenerant ad terminum ſcꝫ ad fideꝫ chriſti: ⁊ nūc redierunt ad mediū ſcꝫ ad cultum iudeorū. inde eſt ꝙ ꝓpter quandam conformitatem medij ad principiū dicit eos conuerti ad elementa ⁊ denuo eis ſeruire. Et ꝙ ita ſit: probat cū dicit. Dies obſeruatis iudaico ritu ſcilicet ſabbata: ⁊ decimū primi menſis ⁊ huiuſmodi que dicuntur in glo. Menſes. id eſt neomenias vt primū ⁊ ſeptimum menſem. vt habet̄ Leuit̄. 23. Tēpora ſcꝫ egreſſionis de egypto. ⁊ ꝙ hieroſolymā tribꝰ vicibus veniebāt per ſingulos annos. Itē annos iubilei ⁊ ſeptimū annuꝫ remiſſionis. Et ex hoc ſequitur periculum. quia ex hoc nihil prodeſt fides xp̄i. Unde dicit. Timeo ne forte ſine cauſa. i. inutiliter in vobis laborauerim. infra. 5. Si circuncidimini xp̄s vobis nihil proderit. ¶ Conſequenter cum dicit. Eſtote ſicut ego. ⁊c. reducit eos ad ſtatum ſalutis. Quaſi dicat. Ita timeo ne forte ſine cauſa laborauerim in vobis. ſed ne ita ſit eſtote ſicut ego. Hoc ī glo. tripliciter legitur. Primo modo ſic. Eſtote ſicut ego. ſ. legē deſerētes ſicut ego dimiſi. Secūdo modo ſic. Eſtote ſicut ego errorē. ſ. priſtinū corrigentes ſicut ego errorem meū correxi. Et hoc poteſtis quia ego ſupple ſuꝫ ſicut vos ⁊ tamē de errore meo correctus ſum. Tertio modo ſic. Eſtote ſicut ego. ſcꝫ ſine lege viuentes: quia ego ſupple qui legem habui ⁊ in lege natus ſum modo ſum ſicut vos ſupple fuiſtis ſcꝫ ſine lege.

## Lectio quarta.

f Ratres obſecro vos: nihil me leſiſtis. Scitis aūt qꝛ per infirmitatem carnis euangelizaui vobis iāprideꝫ ⁊ tēptationē vr̄am in carne mea non ſpreuiſtis neqꝫ reſpuiſtis: ſed ſicut angeluꝫ dei excepiſtis me ſicut xp̄m ieſū. Ubi ē ergo beatitudo vr̄a? Teſtimonium eñ perhibeo vobis quia ſi fieri poſſet oculos veſtros eruiſſetis ⁊ dediſſetis mihi. Ergo inimicus vobis factus ſū verū dicens vobis? Emulant̄ vos nō bene: ſed excludere vos volunt: vt illos emulemini. Bonū autē emulamini in bono ſemꝑ: ⁊ non tm̄ cū pn̄s ſum apud vos.

Poſtꝙ rep̄hendit apl̄s galathas: hic oſtendit ſe hoc nō ex odio feciſſe. Et primo oſtendit ſe nō habere verā cauſam odij ad eos vllā. Secūdo ꝙ nec habet cām eſtimatam. ibi. Ergo inimicus factus ſū vobis. ⁊c. Tertio aſſignat cauſam ꝑmiſſe reprehenſionis ibi. Filioli mei ⁊c. Circa primū duo facit. Prīo oſtendit ꝙ non habet cām odij ad eos. Secūdo ꝙ magis habet cām amoris. ibi. Scitis autē ꝙ per infirmitatem ⁊c. Circa primū notandum ē ꝙ cōſuetudo ē boni paſtoris in correctione ſubditorum aſperis dulcia miſcere: ne ſcꝫ ex nimia ſeueritate frangant̄. Luce. 10. legitur de ſamaritano ꝙ in curatione ſauciati infudit vinū ⁊ oleum. Ecōtra de malis paſtoribus dr̄ Ezech. 34. Cū auſteritate imperabatis eis. Et ideo apl̄s ſicut bonus p̄latus oſtēdit ꝙ nō ex odio increpat eos blande loquēdo eis ꝙtū ad tria. Primo quātuꝫ ad charitatꝭ nomē. Unde dicit Fratres. ps. Ecce ꝙ bonum ⁊ ꝙ iocundū habitare fratres in vnū. Scd̄o ꝙtum ad modeſtie verbū. Unde dicit. Obſecro vos Prouer. 18. Cū obſecrationibꝰ loquit̄ pauper. Tertio quantum ad excuſationē. Unde dicit. Nihil me leſiſtis. Et ego nō ſum talis ꝙ habeā odio illos qui me nō offendūt. ¶ Secundo oſtēdit ſe ad eos habere cām amoris cū dicit. Scitis autē ꝙ per infirmitatē ⁊c. Ubi tria ponit ex quibus homines ſe diligere cōſueuerunt. Primū ē mutuū ſocietatis auxiliū: ⁊ ex hoc etiā amor in hominibus cōfirmatur. ſm̄ illud Luc̄. 22. Uos eſtis qui ꝑmanſiſtis mecuꝫ ⁊c. Et quantū ad hoc dicit. Scitis autē ⁊c̄. Ubi ꝑmo cōmemorat tribulationē quā paſſus eſt apud eos. Secundo oſtendit q̄ñ ei aſtiterunt ibi. Et tēptationē noſtram. ⁊c. Dicit ergo quantū ad primum. Dico ꝙ nihil me leſiſtis imo ſeruiuiſtis mihi. Scitis eñ. i. recordari poteritis ꝙ euāgelizaui vobis iāpridie. i. tranſacto tēpore ꝑ infirmitatē carnis. i. cū infirmitate ⁊ afflictiōe carnis mee vel cū multis tribulationibꝰ quas patiebar a iudeis qui ſunt de carne mea me ꝑſequētibus. ꝑmo Cor. 2. Cū timore ⁊ tremore multo fui apud vos. 2. Cor. 12. Uirtus in infirmitate ꝑficit̄. Et hec licet infirmitas fuerit cauſa ſpernendi me ⁊ temptationis veſtre. ſm̄ illud Zach. 13. Percute paſtorem ⁊ diſpergent̄ oues. ⁊c. Uos tamē tēptatiōem veſtrā que erat in carne mea. i. tribulationem meam que erat vobis cā temptatiōis nō ſpreuiſtis. Ecc. 11. Nō ſpernas hominē in viſu ſuo. Quia vt dicit dominus. Luc̄. 10. Qui vos ſpernit me ſpernit. ⁊c. Neqꝫ reſpuiſtis doctrinā meā ⁊ me q̄n velletis eſſe ſocij tribulationum. Eſa. 33. Ue qui ſpernis: nōne ⁊ ipſe ſperneris. ⁊c. ¶ Secundū autē qđ cōfirmat inter homines dilectionē ē mutuus amor ⁊ mutua dilectio ad inuicē. ſm̄ illđ Prouerb. 8. Ego diligentes me diligo. ⁊c. Et quantuꝫ ad hoc dicit. Sed ſicut angelum dei excepiſtis me. id eſt ita honorifice ſicut nunciū verba dei nūciantē. 1. Theſ. 2. Cum accepiſſetis a nobis verbum auditus dei. ⁊c. Et inde ē ꝙ predicatores dicūt̄ angeli. Malach. 2. Legē requirent ex ore eius ⁊c. Et nō ſolū ſicut angelum recepiſtis ſꝫ ſicut ieſum chriſtum. i. ac ſi xp̄s ip̄e veniſſet. Qui profecto in ip̄o ad eos venerat ⁊ in eo loquebatur. ſm̄ illud. 2. Cor. vlt̄. An experimentū queritis eiꝰ qui in me loquitur xp̄s Mat. 10. Qui vos recipit me recipit ⁊c. ¶ Deinde increpat eos ꝙ ſic deteriorati erāt. Unde dicit. Ubi ē ergo beatitudo veſtra? Quaſi dicat. Nōne ex hoc homines beatificabant vos ꝙ me honoraſtis ⁊ ꝑ̄dicationē meam recepiſtis. Iob. 4. Ubi ē timor tuus ⁊ fortitudo tua patientia tua ⁊ perfectio viarum tuarum? ¶ Tertiū qđ amorem confirmat eſt mutua beneficentia Et ꝙtū ad hoc dicit. Teſtimoniū ꝑhibeo ꝙ ſi fieri poſſꝫ id ē iuſte fieri potuiſſet. Illud eñ fieri pōt qđ iuſte fit vl̄ ad vtilitatē eccl̄ie fuiſſꝫ Ocl̄os eruiſſetꝭ ⁊ dediſſetꝭ mihi Quaſi dicat. Ita me diligebatis ꝙ non ſolum mihi veſtra exteriora ſed etiam oculos veſtros dediſſetis mihi.

¶Conſequenter cum dicit.]Ergo inimicus factus ſum
vobis.⁊c.Ponit cauſam eſtimati odij. et primo vnam
ex parte apoſtoli.Secundo aliam ex parte pſeudo. ibi.
Emulantur vos.⁊c.Dicit ergo.Ex quo mihi tot bona
feciſtis:eſt ne credendum ꝙ factus ſim inimicus vobis
iterum dicens vobis.Verbum autē hoc quod dicit du
pliciter poteſt intelligi.Vno ſcʒ modo ꝙ ipē habeat eos
odio.Et iſto modo legitur ſic tunc.Factus ſum inimicꝰ
id eſt habeo vos odio.Et ſic hoc quod ſequitur Verū di
cens vobis poteſt eſtimari vt ſignuʒ odij quod tamen ē
ſignum dilectionis.ſcʒ dicere verum:ſuo tamen loco et
tempore.Alio modo poteſt intelligi inimicus paſſiue.ſ.
ꝙ ipē habeat̄ odio ab eis.Et tunc ſic legit̄. Ego factus
ſum inimicus vobis.i.habetis me odio ⁊ hoc ideo quia
dico vobis verum:vt ſic dicens Verū vobis ponat̄ vt ſit
cauſa odij.Nam homines veritatem dicentes a malis
odio habentur.Veritas enī odiū parit.Amos.5.Odio
habuerunt in porta corripientē ⁊c.Sed contra eſt quod
d̄r Prouer.28.Qui corripit hominē grām poſtea inue
niet apud eum magiſꝙ qui per lingue blandimenta de-
cipit.Sed dicēdū eſt ꝙ ſolutio hec poteſt haberi ex hoc
qḋ d̄r Prouer.9.Noli arguere deriſorem ne oderit te:
argue ſapientem ⁊ diliget te.Bonitatꝭ enim ſignū eſt ſi
iſte qui corripitur corripientē diligit:Et econuerſo ſi eū
oderit ſignū eſt malicie.Cum enim hō naturaliter odiat
illud qḋ contrariat̄ ei qḋ diligit:ſi tu odis eū qui corri-
git te de malo:manifeſtū ē ꝙ malū diligis.Si vero dili
gis eum oſtendis te odire peccata. Quia enī homines
a principio cum corripiunt̄ per amorē ad pctā afficiūtur
inde ē ꝙ in principio peccator corripientē odit:ſed poſt
ꝙ iam correctus ē ⁊ affectū peccati depoſuit corripientē
diligit.Et ideo ſignanter in ꝓpoſita auctoritate d̄r ꝙ po
ſtea inueniet grām apud eū.¶Conſequenter cum dicit
Emulant̄ vos.⁊c.Ponit aliā cām eſtimatā ex ṗte ſcili-
cet pſeudo.Et primo ponit eā.Secūdo excludit eā.ibi.
Bonū autem emulamini ⁊c.Quantū autem ad p̄mum
ſciendum eſt ꝙ ſicut dictum eſt ſupra quidam pſeudo ex
iudeis cōuerſi circūeuntes eccleſias gentiū predicabant
ſeruari legalia.Et q꞉ paulus cōtrariuʒ dicebat.iō iſti de
trahebant ei.Et hoc magis faciebant vt excluderēt pau
lum ꝙ pro ſalute eorū.Et iō dicit apl's.Emulantur vos
id eſt non patiunt̄ in vobis quos diligunt potius amore
cōcupiſcentie ꝙ amicitie conſortium noſtruʒ.Emulatio
em̄ eſt ʒelus ex amore quocunqʒ proueniens nō patiens
conſortium in amato.Sed quia amor eoꝝ ad iſtos non
erat bonus.tum q꞉ nō amabāt eos ꝓpter vtilitatē ipoꝝ
ſed ꝓpter cōmodū ꝓpriū.⁊ hoc patet q꞉ volebāt exclu-
dere aplm̄ ab eis:vtpote ꝓprie vtilitati cōtrariū:tuʒ q꞉
hoc cedebat in damnū galatharū q꞉ querebāt in eis lu-
crum per qḋ ipi damnificabāt̄.ideo dicit. Emulant̄ vos
ſed nō bene:q꞉ nō amant bonū veſtrum.Et hoc apparet
q꞉ volunt vos excludere vt emulemini illos.i.vt nulluʒ
recipiatis niſi eos.Prouer.3.Ne emuleris hominē in-
iuſtum ⁊c.Et Prouer.23.Non emuletur cor tuū pecca
tores.Hoc autē excludit cōſequenter cum dicit.Bonuʒ
autem emulamini ⁊c.quaſi dicat.Non debetis eos emu
lari in doctrina eorū:ſed emulamini bonū doctorē me.ſ.
⁊ hmōi.1.Pet.3.Quis ē qui vobis noceat ſi boni emu
latores fueritis.Sed q꞉ aliquis pōt eſſe bonꝰ doctor in
quo pōt eſſe aliquid mali: ideo addit. Emulamini dico
bonū doctorem:ſed tm̄ in bono.i.in eo qḋ bonū ē.prime
Cor.14.Sectamini charitatē emulamini ſpūalia:licet
autem apl's de ſe loquat̄ ſcḋm glo.cū dicit. Emulamini
bonū.addit tamē in bono q꞉ ſicut ipē dicit.p̄me Cor.4
Nihil mihi cōſcius ſum.ſed nō in hoc iuſtificatus ſum.
Sed q꞉ aliqui emulant̄ doctorē bonū in ſua p̄ſentia ſolū
ideo addit ſemꝑ ⁊ nō tantū cū preſens ſum apud vos:q꞉
emulatio in bonum ē ſignū ꝙ ex amore ⁊ timore dei qui
omnia videt procedat:ſi etiā in abſentia ꝑſeuerat. Col.
3.Serui obedite ꝑ omnia dominis veſtris.⁊c.

## Lectio quinta.

f Ilioli mei quos iterū parturio do-
nec format̄ xp̄s in vobis. Vellē aūt
eſſe apud vos mō ⁊ mutare vocem
meā qm̄ confundor in vobis.

Supra apl's remouit falſaʒ cām correctionis galathaꝝ:
hic conſequenter apoſtolus dicte correctionis aſſignat
cauſam verā q̄ ē dolor de eoꝝ impꝑfectione. Et iō primo
dolorem cordis ex quo loquebat̄ exp̄mit.Scḋo ponit de
ſideriū de manifeſtatiōe huiꝰ doloris.ibi. Vellem auteʒ
⁊c.Tertio ponit cauſam doloris ibi. Qm̄ ꝯfundor ⁊c.
Dolor autem iſte ex charitate ꝓcedebat.q꞉ dolebat de
peccatis eoꝝ.p̄s.Vidi p̄uaricātes ⁊ tabeſcebā ⁊c. Et iō
verbum charitatis proponit dicēs.Filioli mei.Signā-
ter autē nō eos filios vocat ſed filiolos vt deſignet eorū
imperfectionē qua diminuti ſunt.1.Cor.3.Tanꝙ par-
uulis in xp̄o.⁊c. Sed notandū ē ꝙ puer dū eſt in ꝑturi-
tione dicitur filiolꝰ.Et iſti tales erant q꞉ indigebāt ite-
rata parturitione cū tamē parentes carnales ſemel tātū
parturiant filios.Et ideo dicit eis. Quos iterū parturio
Nam ſemel eos parturierat in prima cōuerſione: ſed q꞉
iam auerſi erant ab eo qui eos vocauit in aliud euange-
lium:indigebant ꝙ iterato parturiret eos.Iō dicit par-
turio.i.cū labore ⁊ dolore ad luceʒ fidei reduco. In quo
apparet dolor apoſtoli.Vnde cōuerſio hominis partus
dicitur.Iob.39.Incuruant̄ ad fetum ⁊ pariunt. Apoc.
12.Clamabat ꝑturiēs ⁊ cruciat̄ vt pareat.Et inde eſt ꝙ
apoſtolꝰ ex dolore dure eos corrigit ſicut mulier ex dolo
re partꝰ dure clamat.Eſa.42.Quaſi parturiēs loquar
⁊c.Et ratio iterate parturitionis eſt:quia nō eſtis perfe-
cte formati.Vnde dicit.Donec xp̄s format̄ in vobis. i.
recipiatis ſimilitudinē eius quā veſtro vitio perdidiſtis
Et nō dicit formemini in xp̄o: ſed format̄ xp̄s in vobis.
vt hoc terribiliꝰ inſonet auribus eorum.Nam chriſtus
per fidem formatur in corde.Ephe.3.Habitare chriſtuʒ
per fidem.⁊c.Sed quando quis non habet fideʒ forma
tam:iam in eo moritur chriſtꝰ.2.Pet. p̄mo.Donec di
es illuceſcat.⁊c.Et ſic ſm̄ hominis profectum ī fide xp̄s
in homine proficit:⁊ econuerſo ſm̄ defectū deficit. Quā
do ergo fides in homine efficitur informis per peccatuʒ
chriſtus non eſt in eo formatus.Et ideo q꞉ in iſtis non
erat fides formata:indigebāt iteruʒ parturiri donec chri
ſtus in eis formaretur per fidem que per dilectionē opa
tur.Vel donec chriſtus formetur in vobis.i. formoſus
alijs per vos appareat.Poſſet autē aliquis dicere. Ab
ſens tu dicis talia:ſed ſi eſſes apud nos hec nō diceres.
ſm̄ illud.2.Cor.10.Preſentia quidē corpis infirma ⁊
ſermo contemptibilis.⁊c.Et ideo ponit deſiderium ma
nifeſtandi dolorem ſuum aſperius dicens: Vellem aūt
eſſe apud vos modo ⁊ mutarem voceʒ meam. Quaſi di
cat.Modo blandis verbis vtor vocans vos fratres et
filios in abſentia.Sed ſi eſſem preſens aſperius corripe
rem.Nam ſi que per litteras ſcribo nunc preſens: ⁊ ore
proferrem durior eſſet correctio vtpote quia magis poſ-
ſem vocem obiurgantis exprimere et iraſcentis reſona-
re clamorem et dolorem pectoris magiſꝙ per litteras
explicare .Et magis cor veſtrum viua vox ad confuſio-
nem de errore noſtro ⁊ mea turbatione moueret.Et cau
ſa huius doloris eſt quia confundor in vobis. id ē cru-

heſcoͬ apud alios pro vobis. Nam ſicut Eccľ.22. dicitur Confuſio ē patris de filio indiſciplinato. Nā cū filius ſit res patris ⁊ diſcipulus inquātū hmōi res: magiſter gaudet de bono qđ videt in eo relucere quaſi de bono ꝓprio ⁊ gľiať ⁊ ecōuerſo de malo dolet ⁊ confundiť. Vñ qꝛ iſti mutati erāt de bono in malū. apľs ꝯfundebať inde.

## Lectio ſexta.

Dicite mihi qui ſub lege vultis eſſe legem nō legiſtis. Scriptū eſt enim qm̄ abraam duos filios habuit vnū de ancilla: ⁊ vnum de libera. Sed qui de ancilla ſcđm carnem natus eſt: qui aūt de libera per repromiſſionem. Que ſunt per allegoriam dicta.

Supra apľs ꝓbauit dignitatē ſtatus ꝑ cōſuetudinē humanā: hic aūt ꝓbat eā auctoritate ſcripture. Et ṗmo ꝓponit factū. Secūdo exponit myſteriū ibi. Que ſunt ꝑ allegoriā dicta ⁊c. Tertio cōcludit ꝓpoſitum ibi. Itaq̄ fratres mei nō ſumꝰ ⁊c. Circa primū duo facit. Pꝛīo excitat ad attentionē. Scđo ꝓponit ſuā intentionem. ibi. Scriptū ē enī. ⁊c. Dicit ergo. Dicite mihi ⁊c. Quaſi dicat. Si vos eſtis ſapientes attendite ad ea q̄ obijcio: et ſi nō poteſtis cōtradicere cedatis. Iob.6. Reſpōdete obſecro abſq̄ cōtentione ⁊c. Facio vobis aūt hanc obiectionē. Aut legiſtis legē aut nō legiſtis. Sʒ ſi legiſtis ſcire debetis ea que in ea ſcripta ſunt: ſed ipſa ꝓbat ſe dimittendā: ſi aūt nō legiſtis nō debetis recipere qđ neſcitis. Prouer.4. Palpebre tue ꝓcedant greſſus tuos. ¶ Dicit aūt ſub lege. i. ſub onere legis. Nā ſubire aliqđ leue nō ē vis: ſed ſubire graue onus ſicut ē onus legis magne ſtulticie ſignū eē videť. Act.15. Hoc ē onus qđ neq̄ patres noſtri neq̄ nos portare potuimꝰ ⁊c. Qđ ē intelligēdum de illis q̄ voluut carnaliter eē ſub lege. ¶ Cōſequēter cū dicit. Scriptū ē enī ⁊c. Proponit ſuā intentionē dicēs. Ideo quero an legiſtis legē qꝛ in ipā continenť q̄dam q̄ manifeſte dicunt legē non eē tenendā: ⁊ ſpēaliter apľs facit mentionē de duobꝰ filijs abrae. Et primo ponit vnū in quo cōueniūt. ſcđo duo in quibꝰ differūt. Cōueniūt quidē in vno pr̄e. Vñ dicit. Scriptū ē: qm̄ abraā duos filios habuit. Habuit etiā alios ꝙ̄ iſtos duos filios: qꝛ poſt mortē ſare alios genuit de cethura: vt dicitur Geñ.25. de quibus mētionē nō fecit apľs. qꝛ nō ꝑtinēt ad hanc ſignificationē. Poſſunt tamen ꝑ iſtos duos ſcʒ filiū ancille ⁊ filiū libere duo populi. ſ. iudeoꝝ ⁊ gentiū deſignari: ꝑ alios vero filios cethure ſciſmatici ⁊ heretici. Qui quidē duo populi cōueniūt in vno pr̄e: qꝛ iudei ſunt filij abraam ſ̄m carnē: gentiles vero ſ̄m imitationē fidei. Vel ſunt filij abraam. i. dei q̄ ē pater omniū. Malach.2. Nōne deꝰ pater oīm ⁊c. Ro.3. An iudeoꝝ tm̄. Differūt aūt in duobꝰ. ſ. in ꝯditione mr̄is: qꝛ vnꝰ eſt de ancilla. vt dꝛ Geñ.21. nec tñ peccauit abraam ad eā accedens: qꝛ acceſſit ad eā cōiugis affectu ⁊ ordinatiōe dīna Alius autem eſt de libera ſcʒ yſaac quem genuit ei ſara vxor ſua. Geñ.18. Veniam ad te tempore iſto vita comite ⁊ ſara vxor tua. ⁊c. Itē differūt in modo generatiōis qꝛ qui de ancilla. ſ. yſmael ſ̄m carnē natus ē: qui autē de libera. ſ. yſaac ꝑ repromiſſionē. Sed vitandus ē hic duplex falſus intellectꝰ Unus ne intelligatur ꝑ hoc ꝙ dicit ſ̄m carnem natus ē vt accipiať hic caro pro actu peccati. ſ̄m illud. Ro.8. Si ſ̄m carnē vixeritis moriemini ⁊c. 2. Coꝛ.10. In carne enī ambulantes nō ſ̄m carnem militamus. quaſi abraam peccante natus ſit yſmael Alius intellectus vt per hoc ꝙ dicitur. Per repromiſſionē credatur yſaac non ſ̄m carnem natus. i. ſ̄m carnalē cōmixtionem: ſed per ſpiritū ſanctū. Eſt ergo dicendum ꝙ ſ̄m carnem id eſt ſ̄m naturam carnis natus eſt yſmael. Nam naturale eſt in hominibus ꝙ ex muliere iuuencula fecunda ſicut erat agar ⁊ ſene naſcatur filius. Et ꝙ ꝑ repromiſſionem. i. ſupra naturā carnis natꝰ ē yſaac. Nō enī ad hoc ſe extendit natura carnis vt ex viro ſene ⁊ vetula ſterili ſicut fuit ſara filius naſcatur. Per iſmael ſignificať populus iudeorum: qui ſ̄m carnem natꝰ ē. Per yſaac vero intelligitur populus gentiū qui natus ē ſ̄m repromiſſionē qua ꝓmiſſum eſt abrae ꝙ eſſet futurus pater multarum gentium. Geñ.22. In ſemine tuo benedicentur ⁊c. Myſterium autem exponit cū dicit. Que ſūt per allegoriam dicta. Et primo ponit modum myſterij. Secūdo exemplificat. ibi. Hec enim duo ſunt teſtamēta ⁊c. Dicit ergo. Hec que ſunt ſcripta de duobus filijs ⁊c. ſunt ꝑ allegoriam dicta. i. ꝑ alium intellectum. Allegoria enim eſt tropus ſeu modus loquendi quo aliq̀d diciť ⁊ aliud intelligitur. Vn̄ de allegoria diciť ab allos qđ eſt alienum ⁊ goge ductio quaſi in alienum intellectum ducens. Sed attendendū eſt ꝙ allegoria ſumiť aliquando pro quolibet myſtico intellectu Aliquādo ꝓ vno tm̄ ex quatuor qui ſunt hiſtoricus allegoricus miſticus ⁊ anagogicus: qui ſūt quattuor ſenſus ſacre ſcripture. ⁊ tamē differunt quantū ad ſignificationē. Eſt enī duplex ſignificatio. Una ē ꝑ voces. Alia ē per res quas voces ſignificant. Et hoc ſpecialiter ē in ſacra ſcriptura ⁊ nō in alijs. Cum enim eius actor ſit deus in cuiꝰ poteſtate ē ꝙ non ſolum voces ad deſignandū accōmodet qđ etiam homo facere poteſt. ſed etiam res ipās Et ideo in alijs ſciētijs ab hominibꝰ traditis qui nō poſſūt accōmodare ad ſignificandum niſi tantū verba: voces ſolū ſignificant. Sʒ hoc eſt ꝓprium in iſta ſcientia vt voces ⁊ ipē res ſignificate per eas aliquid ſignificent: ⁊ ideo hec ſcientia poteſt habere plures ſenſus. Nam illa ſignificatio qua voces ſignificant aliquid ꝑtinet ad ſenſum litteralem ſeu hiſtoricū. Illa vero ſignificatio qua res ſignificate ꝑ voces iterum res alias ſignificant pertinent ad ſenſum myſticum Per litteralem autē ſenſū pōt aliquid ſignificari dupliciter ſcʒ ſ̄m ꝓprietatē locutionis ſicut cū dico hō ridet: vel ſ̄m ſilitudinē ſeu methaphorā: ſicut cū dico pratū ridet. Et vtroq̄ modo vtimur in ſacra ſcriptura: ſicut cū dicimꝰ quantū ad primum ꝙ ieſus aſcendit: ⁊ cum dicimus ꝙ ſedet a dextris dei quantum ad ſecūdū. Et iō ſub ſenſu litterali includitur parabolicꝰ ſeu methaphoricus Myſticꝰ autē ſenſus ſeu ſpiritualis diuidiť in tres Primo nanq̄ ſicut dicit apľs lex vetus ē figura noue legis. Et ideo ſ̄m ꝙ ea que ſunt veteris legis ſignificant ea q̄ ſunt noue ē ſenſus allegoricꝰ. Item ſ̄m dionyſium in libro de celeſti hierarchia. Noua lex ē figura future gľie. Et iō ſ̄m ꝙ ea que ſunt in noua lege ⁊ in xp̄o ſignificant ea que ſunt in patria eſt ſenſus anagogicꝰ. Itē in noua lege ea q̄ in capite ſūt geſta ſūt exēpla eoꝝ que nos facere debemꝰ: qꝛ quecunq̄ ſcripta ſunt ad noſtrā doctrinā ſcripta ſunt Et iō ſ̄m ꝙ ea que in noua lege facta ſunt in xp̄o ⁊ in his que xp̄m ſignificant ſunt ſigna eoꝝ que nos facere debemꝰ ē ſenſus moralis. Et oīm hoꝝ pʒ exēplū Per hoc enī ꝙ dico fiat lux ad lr̄am de luce corꝑali ꝑtinet ad ſenſū litteralē. Si intelligať fiat lux. i. naſcať xp̄s in eccľia ꝑtinet ad ſenſū allegoricū. Si vero dicatur fiat lux. i. vt ꝑ xp̄m introducamur ad gľiam ꝑtinet ad ſenſū anagogicū. Si autē dicať fiat lux. i. per chriſtum illuminemur in intellectu ⁊ inflammemur in affectu pertinet ad ſenſum moralem.

## Lectio ſeptima.

Ec enim ſunt duo teſtamēta. Unū
b quidem in monte ſyna in ſeruitutē
generans que eſt agar. Syna enim
mons eſt in arabia: qui coniūctus eſt ei que
nunc eſt hieruſalem ⁊ ſeruit cum filijs ſuis.
Illa autē que ſurſum eſt hierulē libera eſt
que eſt mater noſtra: ſcriptum eſt enim. Le
tare ſterilis que non paris. erumpe ⁊ clama
que nō parturis. quia multi filij deſerte: ma
gis ꝙ eius que habet virum.

Superius poſuit aplus intellectum myſticū: hic aperit
myſterium. Et pͥmo ꝙtum ad matres. Secundo ꝙtū ad
filios ibi. Nos autem fratres ⁊c. Per duas autē matres
intelligit duo teſtamēta. Et ideo primo ponit ſignificatū
Secundo exponit ibi. Unum quidē in monte ⁊c. Dicit
ergo. hee ſcꝫ due vxores: ancilla ⁊ libera ſunt duo teſta-
menta: vetus ⁊ nouū. Jere. 31. Feriā domui iſrael fedus
nouum. Ecce nouū teſtamentū. Non ſm pactum ⁊c. Ec-
ce teſtamentū vetus. Libera eñ ſignificat teſtamentum
nouū. ancilla vero vetus. Ad ſciendū autē quid ſit teſta-
mentum attendi debet ꝙ teſtamentum idem ē qđ pactū
ſeu fedus eorum que teſtibus confirmant̄. Unde in ſcri-
ptura multotiens loco teſtamēti ponit̄ fedus vel pactū.
Ubicūqꝫ autē interuenit fedus vel pactum adhibet̄ aliq̄
ꝓmiſſio. Et ideo ſm diuerſitatē ꝓmiſſionū eſt diuerſitas
teſtamētoꝝ. Duo autē ſunt nobis ꝓmiſſa. ſcꝫ tempora-
lia in veteri lege: ⁊ eterna in nouo Math. 5. Gaudete e t
exultate ⁊c. Hee ergo due promiſſiōes ſunt duo teſtamē
ta. Unde aplus ꝯſequēter cum dicit. Unum quidē ⁊c.
exponit ipſa. Et primo ꝙtum ad vetus. Secundo quan
tum ad nouum ibi. Illa autē que ſurſum ⁊c. ❡ Ad eui-
dentiam autē lr̄e ſciendū eſt circa pͥmum ꝙ quilibet ci-
uis alicuius cinitatis dicit̄ eſſe filius illius: ⁊ ipā ciuitas
eſt ſicut mater eius. Luc. 23. Filie hieruſalem nolite fle-
re ⁊c. et Treñ. vltio. Filij ſyon incliti ⁊c. Per hoc igit̄
ꝙ aliqui fiunt alicuius ciuitatis ciues efficiunt̄ filij eius
Duplex autē eſt ciuitas dei. Una terrena ſcꝫ hieruſalem
terreſtris. Alia ſpiritualis ſcꝫ hieruſalem celeſtis. ꝑ ve-
tus autē teſtamentū homines efficiebant̄ ciues ciuitatis
terreſtris. ꝑ nouum aūt celeſtis. Et ideo circa hoc duo fa
cit. Primo ꝓponit myſteriū expoſitum. Secundo expo-
ſitionis myſtice rationē aſſignat ibi. Syna eñ ⁊c. Dicit
ergo primo. Dico ꝙ ſignificat duo teſtamenta ſcꝫ vetus
⁊ nouū. Et quantū ad hoc dicit. Primū quidē in monte
ſyna ⁊c. Ubi primo ponit̄ locus in quo datum fuit. qꝛ ad
lrām in mōte ſyna vt dicit̄ Exo. 20. Cuius ſm glo. myſti
ca ratio eſt. qꝛ ſyna interpretat̄ mandatū. Unde ⁊ ab apo
ſtolo vetus lex vocat̄ lex mandatoꝝ Ephe. 2. Mons aūt
ſignificat ſuperbiam. Jere. 13. Anteꝙ offendāt pedes ve
ſtri ad montes caliginoſos ⁊c. Unde ꝑ montem iſtum in
quo data eſt lex ſignificat̄ ſuperbia iudeoꝝ duplex. Una
qꝛ ſuperbiebāt contra deum. Deut. 31. Ego ſcio conten-
tionē tuā ⁊c. Alia qua ſuꝑbiebāt cōtra alias natiōes ab-
utentes illius qđ dicit̄ in pſ̄. Non fecit taliter omni na-
tioni ⁊c. Secūdo vero ꝓponit ad quid ſit datum: qꝛ non
ad faciendum liberos ſed filios matris ancille in ſeruitu
tem que eſt id eſt ſignat̄ ꝑ agar: que quidem in ſeruitutē
generat ſcꝫ vetus teſtamentū tripliciter ſcꝫ ꝙtum ad affe
ctum: ꝙtum ad intellectum: ⁊ fructum. Quantū ad in-
tellectum quidē ſm cognitionē. qꝛ in homine eſt duplex
cognitio. Una libera quādo ſcꝫ rerum veritatē ſm ſeip-
ſam cognoſcit. Alia vero ancilla id ē ſubiecta velaminí-
bus figurarū. Et talis fuit cognitio veteris teſtamenti.
Quantū ad affectum vero qꝛ noua lex generat affectum
amoris q̇ ꝑtinet ad libertatē. Nam qui amat ex ſe mouet̄
Uetus aūt generat affectum timoris in quo eſt ſeruitus.
Qui eñ timet non ex ſe ſed ex alio mouet̄. Ro. 8. Non
accepiſtis ſpūm ſeruitutis iterū in timore ⁊c. Sed ꝙtum
ad fructū qꝛ lex noua generat filios quibꝰ debet̄ heredi-
tas. ſed illis debent̄ munuſcula ſicut ſeruis. Jo. 8. Ser-
uus non manet in domo ineternū. filius manet in domo
in eternum. Rationē myſterij aſſignat cum dicit. Syna
eñ mōs ē ī arabia ⁊c. Ubi pͥo orit̄ dubitatio. qꝛ cū ſyna
diſtet a hieruſalē ꝑ. xx. fere dietas. videt̄ falſum ꝙ ſyna
iunctus ſit hieruſalē vt hic aplus dicit. Sed ad hoc my
ſtice reſpondet̄ in glo. ſic vt ſyna ſit in arabia. Arabia eñ
humilitas vel afflicti interpretat̄. in qua datū eſt vetus
teſtamentū: qꝛ homīes quaſi ſerui ⁊ alieni ſub ea affli ge
bant̄ carnalibus obſeruantijs. Act. 15. Hoc eſt onus qđ
neqꝫ patres noſtri neqꝫ nos ⁊c. Qui mons coniunctus ē
non ꝑ ſpacij continuitatē: ſed ꝑ ſimilitudinē ei que nunc
eſt hieruſalē id eſt iudaico populo. qꝛ ſicut ipſi terrena di
ligunt ⁊ pro temporalibꝰ ſeruiunt ſub peccato: ita ⁊ mōs
ille in ſeruitutem generabat. Sed hec nō videt̄ intentio
apl'i. Nam ipſe vult ꝙ vetus teſtamentū qđ in monte ſy-
na datum eſt ex ipſo loco ſeruitutis in ſeruitutē generet.
qꝛ illud dabat̄ in ſyna non tamē ibi remanentibꝰ filijs iſ-
rael. ſed ꝓficiſcentibus ad terram ꝓmiſſionis. Hieruſa-
lem etiam generat filios ſeruitutis. ⁊ ideo ꝙtum ad hoc
continuat̄ mons ſyna cum illa. Et hoc eſt qđ dicit. Qui
coniunctus eſt ei ſcꝫ ꝑ continuationē itineris euntiū in
hieruſalē que ſeruit cum filijs ſuis ſeruitute ſcꝫ legaliū
obſeruantiarū a qua redemit nos xp̄s: ⁊ ſeruitute diuerſo
rum peccatoꝝ Jo. 8. Qui facit peccatū ſeruus eſt pecca-
ti. Et ad lrām ſeruitute romanoꝝ q̇ eis dñabant̄. ❡ De-
inde cum dicit. Illa aūt que ſurſum eſt hieruſalē ⁊c. Hic
conſequēter aperit myſteriū de libera. Et primo exponit
myſterium. Secundo inducit ꝓphetiam ibi. Scriptū eſt
enim ⁊c. Primū quidē poteſt dupliciter intelligi ſm ꝙ
hanc matrē poſſumꝰ intelligere. Uel illam ꝑ quā genera
mur que eſt eccleſia militans. Uel illam matrē in cuiꝰ fi-
lios generamur q̄ eſt eccleſia triumphās. 1. Pe. 1. Rege
nerauit nos in ſpem viuam ⁊c. Sic ergo generamur in p̄
ſenti eccleſia militante vt ꝑueniamꝰ ad triūphantē. Hoc
ergo modo illud exponentes a quatuor deſcribit̄ mater
noſtra ſcꝫ a ſublimitate cum dicit. Surſum eſt. Secūdo
a nomine cum dicit. Hieruſalē. Tertio a libertate cuꝫ di
cit. Libera eſt. Quarto a fecūditate cū dicit. Mater no-
ſtra. Eſt ergo ſublimis ꝑ apertā dei viſionē: ⁊ ꝑ perfectā
dei fruitionem. ⁊ hoc ꝙtum ad eccleſiā triūphantē. Eſa.
6. Uidebis ⁊ afflues ⁊c̄. Col. 3. Que ſurſum ſunt ſapite
⁊c̄. Item ſublimis ꝑ fidem ⁊ ſpem. ꝙtum ad eccleſiā mi-
litantem. Phil. 3. Noſtra conuerſatio in celis eſt. Cañ.
3. et. 8. Que eſt iſta que aſcendit ⁊c. Sed eſt etiam paci-
fica: qꝛ hieruſalem id eſt viſio pacis. Qđ quidē competit
eccleſie triūphanti vt habenti pacem ꝑfectam. pſ̄. Qui
poſuit fines tuos pacem ⁊c. Eſa. 32. Sedebit populus
meus in pulchritudine pacis. Item cōpetit eccleſie mili-
tanti que in xp̄o pacē habens quieſcit. Jo. 16. In me pa-
cem habebitis. Eſt etiā libera Ro. 8. Ipſa creatura libe
rabit̄. ⁊c. Quantū ad triūphantē ⁊ ꝙtum ad militantem
Apoc. 21. Uidi ciuitatē ſanctā hieruſalē ⁊c. Sed fecūda
eſt: qꝛ mater nr̄a. Militās quidē vt generās: triūphans
vt in cuius filios generamur. pſ̄. Nunqđ ſyon dicet ho-
mo ⁊c̄. Eſa. 60. Filij tui de longe venient. ⁊c. Scriptuꝫ
eſt eñ Eſa. 54. Scđm eñ ſeptuaginta hic ponit̄ ꝓphe
tia ꝑ quā pͥmo ꝓbat̄ libertas matris predicte. Secundo

eius fecūditas ibi. Quia multi filij ⁊c. ¶ Sciendum eſt autē circa primū ꝙ in muliere fecunda ṗmo quidem eſt triſticia in pariendo. Scḋo ſubſequit̄ gaudiū in ſuſcepta prole ſm illud Jo. 16. Mulier cum parit ⁊c. Sed mulier ſterilis nec parit̄ in partu nec gaudet in prole. Differūt aūt parere ⁊ ꝑturire. qꝛ ꝑturire dicit conatū ad ꝑtuꝫ: parere vero dicit eductionē fectus iam facti. In parturitione ergo dolorem experit̄ fecunda: ⁊ in partu gaudium ſterilis autē dolore parturitionis ⁊ gaudio partus priuatur. Sed hec duo ꝓpheta inducit ſterili dicens. Letare ſterilis ⁊c. Ubi loquit̄ de hieruſalem quā dicit liberā ſignificataꝫ ꝑ ſaram ſterilem. Nam eccleſia ſterilis erat ſcꝫ eccleſia militans gentiū que non offerebat filium deo ſꝫ diabolo. Unde ad babilonem dicit̄ Eſa. 47. Sterilitas ⁊ viduitas venerunt tibi. ⁊c. Et eccleſia triūphans ante paſſionem xp̄i ſterilis erat. qꝛ non generabant̄ aliqui in filios eius ꝑ introitum glorie niſi in ſpe. Poſita enim erat romphea ante ianuam paradiſi vt nullus intrare poſſet. Huic ergo ſterili dicit̄. Letare que non paris ⁊c. q̄ſi dicat. Steriles vt dictum eſt nō dolent de partu: ſed de eo ꝙ non pariunt. 1. Reg. 1. Cum eſſet anna amaro aīo ⁊c̄. Sed tu letaberis in multitudine filioꝝ. Eſa. 60. Tūc dilatabit̄ ⁊ mirabit̄ coꝛ tuum id eſt leticiā mentis extra oſtēdens. Duo eñ ſunt in ꝑtu: ſcꝫ doloꝛ ex eruptione reticulorum quibꝰ cōtinet̄ fetus in matrice ⁊ clamoꝛ ex ipſo dolore. Et ideo dicit. Tu que non parturis ſcꝫ eccleſia militans que non conaris ad partū per deſideriū: ⁊ triūphās que non parturis dolendo. Uel qꝛ nondū venit tempus recipiēdi filios erumpe id eſt leticiā quā interius habes manifeſta exterius ⁊ clama voce laudis. Eſa. 58. Clama ne ceſſes ⁊c̄. Et hec duo ad libertatem pertinent ſcꝫ clamare ⁊ erūpere. ſic ergo apparet libertas matris. ¶ Sequit̄ fecūditas. Quia multi filij ⁊c̄. Sed cum ſupra dictum ſit eccleſiam liberam ſignificari ꝑ ſaram: videt̄ eſſe dubium an ſara fuerit deſerta. Ad qḋ ſciendū eſt ꝙ deſerta fuit ab abraam vt hic dicit̄ non ꝑ diuoꝛtiū: ſed q̄tuꝫ ad opus carnale. Nā abraā vacabat quidē operi carnali non ꝓpter concupiſcentiā: ſed ꝓpter prolē ſuſcipiendā. Cum ergo innotuit ei ſaram ſterileꝫ eſſe deſeruit eam nō frangens coniugalem thoꝛū. ſed qꝛ non vtebat̄ ea ab illo preciſe tempoꝛe quo ſara introduxit ei ancillam. Per qḋ datur intelligi ꝙ eccleſia gentium deſerta erat a xp̄o. qꝛ nonduꝫ venerat xp̄s. ⁊ ꝙ eccleſia triūphans deſerta erat ab hominibꝰ quibꝰ ad eam nondū patebat acceſſus. Huius ergo deſerte ſcꝫ eccleſie gentiū ſunt multi filij id eſt plures magis q̄ eius ſcꝫ ſinagoge q̄ habet virū ſcꝫ moyſen. 1. Reg. 2. Sterilis peperit plurimos et q̄ multos filios habebat ⁊c.. Et hoc veniente ſponſo. ſ. xp̄o a q̄ deſerta erat non dilectione ſꝫ partu poſtpoſito.

## Lectio octaua.

N Os autē fratres ſm iſaac promiſſionis filij ſumus. Sed quomō tūc is q̄ ſm carnem natus fuerat ꝑſequebat̄ eum qui ſm ſpiritum: ita ⁊ nunc. Sed quid dicit ſcriptura. Eijce ancillam ⁊ filium eius Non enim heres erit filius ancille cum filio libere. Itaqꝫ fratres non ſumus ancille filij: ſed libere. qua libertate nos chriſtus liberauit.

Expoſito myſterio ad matres: hic exponit illud q̄tuꝫ ad filios. Et ṗmo ponit filoꝛū diſtinctionē. Secundo infert principalem cōcluſionē ibi. Itaqꝫ frates mei ⁊c. Diſtinctionem aūt filioꝝ ponit q̄tum ad tria. Primo q̄tum ad modū oꝛiginis. Scḋo q̄tuꝫ ad affectū dilectionis ibi. Sꝫ quomō tunc ⁊c. Tertio q̄tū ad ius hereditatis ibi. Sed quid dicit ſcṗtura ⁊c. Modus autē oꝛiginis q̄ aliqui naſcunt̄ filij abrae ē duplex. q̇dā oꝛigine carnali ſicut iſmael de ancilla. quidam aūt non carnali oꝛigine ſicut iſaac de libera. non ꝙ naturali opere natus non fuerit. ſed q̇a ſicut dictum eſt ſupꝛa naturalem virtutē carnis fuit vt de vetula ſterili filiꝰ naſceret̄ Per hos autē filios intelligit̄ duplex populus. Nam ꝑ yimaelem intelligit̄ populꝰ iudeoꝛū qui caranali ꝓpagatione eſt ab abꝛaam deriuatꝰ. Per iſaac autē populus gentiū qui ꝑ imitationē fidei ab abꝛaā deſcendit. Et iō dicit. Nos autē frēs ſcꝫ fideles tā iudei q̄ gētiles ſm iſaac. i. ī ſilitudīe iſaac ꝓmiſſionis filij ſumꝰ facti abꝛae Geñ. 12. Ro. 9. Qui ſunt filij ꝓmiſſiōis eſtimant̄ in ſemine. Sꝫ nota ꝙ filij carnis abꝛae ad lr̄am ſunt iudei. myſtice autē qui ꝓpter carnalia ⁊ tempoꝛalia bona ad fidem veniuut. ſm affectum autē diſtinguunt̄. qꝛ qui natus erat ſm carneꝫ ꝑſequebat̄ illum qui natꝰ erat ſm ſpūm. ¶ Sed hic eſt queſtio. Primo qꝛ nō legit̄ ꝙ iſmael ꝑſecutionē aliquaꝫ fecerit contra iſaac. ſꝫ ꝙ tantum luſerit cum eo. Geñ. 21. Cum vidiſſet ſara filiū ancille agar ludentem ⁊c. Rñſio. dicendum eſt ꝙ aplꝰs illum ludum dicit ꝑſecutionem. qꝛ ludus magni ad paruum eſt quedā illuſio. cū maioꝛ cum paruo ludens intendit eum decipere. Uel etiam vt dicūt quidā iſmael cogebat iſaac adoꝛare imagines luteas q̄s faciebat. Per hoc aūt docebat eum auerti a cultu vnius dei qḋ eſt magna ꝑſecutio. cum maius malum ſit inferre moꝛtē ſpūaleꝫ q̄ coꝛpoꝛalē. Qḋ tñ ideo ī Geñ. appellat̄ ludus. qꝛ ſub ſpē ludi hoc faciebat. ¶ Eſt etiam queſtio quō filij ſm carnē ꝑſecuti fuerint ⁊ ꝑſequant̄ filios ſm ſpūm. Sed ad hoc eſt reſponſio: qꝛ a pꝛincipio ṗmitiue eccleſie iudei perſecuti ſunt xp̄ianos. vt patet in actibus aplꝛoꝛū: ⁊ facerent etiam nunc ſi poſſent. Nunc etiā carnales ꝑſequūt̄ in eccleſia ſpūales viros etiam coꝛpoꝛaliter: illi ſcꝫ q̄ querunt gloꝛiā ⁊ tempoꝛalia lucra in eccleſia. Unde dicit̄ in glo. Omnes qui in eccleſia terrenā facultatem querūt a dño ad hunc yſmaeleꝫ ꝑtinent. Ipſi ſunt qui contradicūt ſpiritualibus ꝓficientibꝰ ⁊ detrahunt illis ⁊ habent labia iniqua ⁊ linguas doloſas ⁊ ſubdoloſas. Spūalit̄ aūt ꝑſequunt̄ ſpūales filios ſupꝑbi ⁊ ipocrite. Nam aliquando aliqui manifeſte carnales ⁊ mali culpaꝫ ſuā recognoſcentes bonis ſe humiliant. fatui vero bonitatem quā ipſi nō habent ꝑſequūt̄ in aliis. ¶ Eſt etiam queſtio. qꝛ heretici quos nos ꝑſequimur dicunt ſe natos ſm ſpūm: nos vero ſm carneꝫ. Sed dicendū eſt ꝙ duplex eſt ꝑſecutio. Una bona qua aliq̄s ꝑſequit̄ alium vt reducat eum ad bonum ⁊ hanc viri iuſti faciunt malis ⁊ ſpūales carnalibus. Uel vt eos coꝛrigant ſi conuerti volunt. Uel ſi obſtinati ſunt in malo deſtruāt ne gregem dñi inficiant. Alia ꝑſecutio eſt mala: qua quis ꝑſequit̄ alium vt ꝑuertat ad malum. Et hanc qui ſm carnem nati ſunt faciūt his qui nati ſunt ſm ſpūm. Quātū vero ad ius hereditatis diſtinguunt̄ ꝑ auctoꝛitatem ſcṗture Geñ. 21. Eijce ancillam ⁊ filiū eius In quo dat̄ intelligi ꝙ iudei ⁊ ꝑſecutoꝛes fidei xp̄iane ⁊ etiā carnales ⁊ mali xp̄iani eijciēt̄ a regno celeſti. Mat. 8. Multi venient ab oꝛiente ⁊c. Apoc. 22. Foꝛis canes ⁊ venefici ⁊c. Ancilla etiam id eſt malicia ⁊ ipſum peccatum eijciet̄. Ecc̄. 18. Omne opus coꝛruptibile in fine deficiet. Et ratio hoꝛum ſubdit̄: qꝛ non erit heres filius ancille cum filio libere. In mundo eñ iſto boni ſunt malis ꝑmixti. ⁊ mali bonis. Cañ. 2. Sicut lilium inter ſpinas. ⁊c. Sed in eterna patria nō erunt niſi boni. Judic. 11. dicitur ad Jepte. Heres in domo patris noſtri eſſe non poteris: qꝛ de adultera natus es. Quam quidē libertateꝫ habemus a chꝛiſto. Unde dicit. Qua libertate ⁊c. Jo. 8

Si filius vo liberauerit: vere liberi eritis.

## Capitulū quintū.

Tate ergo ⁊ nolite iterum iugo
s ſeruitutis cōtineri. Ecce ego pau
lus dico vobis: quoniam ſi circū-
cidimini: chriſtus vobis nihil ꝓ-
derit. Teſtificor autē rurſus omni homini
circumcidenti ſe: quoniā debitor eſt vniuer
ſe legis faciende. Euacuati eſtis a xp̄o. q̇ in
lege iuſtificamini a gr̄a excidiſtis.

Supra oſtendit apl̄us ꝙ ꝑ legem non eſt iuſticia: hic ve
ro reducit eos ab errore ad ſtatum rectitudinis. Et p̄mo
ꝙtum ad diuinā. Secundo ꝙtum ad humanā. 6. ca. ibi.
Et ſi preoccupatus fuerit homo ⁊c̄. Circa primū duo fa
cit. Primo ꝓponit āmonitionē. Secundo eius rationeʒ
aſſignat ibi. Ecce ego paulus ⁊c. Et in āmonitione etiaʒ
duo ponit. Quoꝝ vnum eſt inductiuū ad bonū. Secun-
dum eſt ꝓhibitiuū a malo. Inducit quidem ad bonū cuʒ
dicit. State ergo. q̄ſi dicat. Ex quo ꝑ xp̄m liberati eſtis
a ſeruitute legis: ſtate firma fide ⁊ fixo pede ꝑmanentes
in libertate. Sic ergo cum dicit ſtate. inducit ad rectitu-
dinem. Qui em̄ ſtat rectus eſt. 1. corin. 10. Qui ſe exiſti-
mat ſtare ⁊c. Inducit etiā ad firmitatē. 1. corin. 15. Sta-
biles eſtote ⁊ immobiles ⁊c. Eph. vltimo. State ſuccin-
cti lumbos veſtros ⁊c. Prohibet vero ⁊ retrahit a malo
cum ſubdit: Nolite iterum iugo ſeruitutis contineri id
eſt non ſubijciamini legi que in ſeruitutē generat. De q̄
iugo dicit̄ act. 15. Hoc eſt onus quod neqꝫ patres noſtri
neqꝫ nos ⁊c. A quo tamē per xp̄m liberati eſtis. Eſa. 9.
Virgam humeri eius ⁊c. Ideo autē addit. Iteruʒ. nō qr
prius ſub lege fuerint. ſed qr vt Hieronymus dicit. poſt
euangelium ſeruare legalia adeo peccatum eſt ſicut ſerui
re idolatrie. Unde quia iſti idolatre fuerant ſi ſubijciant
ſe iugo circūciſionis ⁊ aliarum legaliū obſeruationū q̄ſi
ad eadem reuertunt̄ quibus antea in idolatria ſeruierāt.
Scd̄m auguſtinum vero vt ſupra dictum eſt circa legali
um obſeruantias triplex tempus diſtinguit̄. ſcʒ tempus
ante paſſionem. ante gratiam diuulgatā. ⁊ poſt gratiam
diuulgatam. Poſt ergo gratiam diuulgatā ſeruare lega
lia eſt peccatum mortale etiam ipſis iudeis. Sed in tem
pore medio ſcʒ ante gratiam diuulgatam poterant quidē
abſqꝫ pctō etiā illi q̄ ex iudeis cōuerſi fuerant legalia ſer-
uare dum tamen in eis ſpem non ponerent: conuerſis ve
ro ex gentilibus non licebat ea ſeruare. Quia ergo gala
the ex iudeis non erant. ⁊ tamē legalia ſaruare volebāt
⁊ ponebant in eis ſpem. ideo reuertebant̄ in iugum ſer-
uitutis. Nam huiuſmodi obſeruatio erat eis ſicut idola-
tria inquantū non recte ſentiebant de xp̄o: credentes ab
ipſo ſine legalibus ſalutem conſequi non poſſe. ❡ Dein-
de cum dicit. Ecce ego ⁊c. exponit predicta duo. ⁊ p̄mo
ſecundum. ſecundo primū ibi. Nos aūt ſpiritu ⁊c̄. Circa
primū duo facit. Primo oſtendit quid ſit iugum ſeruitu-
tis quod non debent ſubire. Secundo ꝓbat ibi. Euacua
ti eſtis ⁊c. Circa primū duo facit. Primo oſtendit iuguʒ
illud eſſe valde nociuum. Secundo valde onerosum ibi
Teſtificor autem ⁊c. Nociuum quideʒ eſt iugum legis.
qr aufert dominice paſſionis effectuʒ. Et ideo dicit. No-
lite contineri iugo ſeruitutis. quia ecce ego paulus qui
ſupple voce auctoritatis dico ⁊ bene. quoniā ſi circūcidi-
mini chriſtus vobis nihil ꝓderit id eſt fides chriſti. Sed
contra Act̄. 16. dicit̄ ꝙ paulus circumcidit timotheuʒ.
ergo fecit ꝙ chriſtus ei nihil ꝓdeſſet. ergo decepit eum.

Reſpondeo dicendū eſt ſm Hieronymū ꝙ paulus non
circumcidit timotheum quaſi legem ſeruare intenderit.
ſed ſimulauit ſe circumcidere faciendo opus circumciſio-
nis. Nam ſm ipſum apl̄i ſimulatorie ſeruabant legalia
ad vitandum ſcandalum fidelium ex iudeis. Faciebant
autem actus legalium non tamen cum intentione ſeruan
di legalia. ⁊ ſic non exibant a fide. Unde non decepit ti-
motheum. Scd̄m vero auguſtinū dicendum eſt ꝙ apo-
ſtoli ſm veritatem ſeruabant legalia ⁊ cuʒ intentione ea
ſeruandi. quia ſm apoſtoloꝝ ſententiam licebat fidelib⁹
ex iudeis illo tempore ſcʒ ante diuulgatam ipſa ſeruare.
Et ideo quia timotheus fuit ex matre iudea circumcidit
eum apoſtolus cum intentione ſeruandi legalia. Quia
vero galathe ponebant ſpem in legalibus poſt gratiā di-
uulgatam. quaſi ſine eis gratia non ſufficeret ad ſaluteʒ:
⁊ ideo ea ſeruare volebāt. ideo dicit eis apoſtol⁹. Si cir-
cumcidimini ⁊c. Sequebat̄ em̄ ex hoc ꝙ non reputarent
chriſtum in cuius ſignum data fuit circumciſio. Geñ. 17
Ut ſit in ſignum federis inter me ⁊ vos ⁊c. Qui ergo cir
cumcidebant̄ credebant adhuc ſignum durare. ⁊ tunc ſi-
gnatum nondum veniſſe. ⁊ ſic excidebant a chriſto. Sic
ergo patet onus legis eſſe nociuū. ❡ Eſt etiā valde one-
roſum. quia obligat ad impoſſibile. ⁊ hoc eſt quod dicit.
Teſtificor autē. ⁊c. Quaſi dicat. Dico ꝙ ſi circumcidi-
mini chriſtus vobis nihil proderit. Sed adhuc teſtificor
omni homini ſcʒ iudeo ⁊ gentili ⁊c. Nam quicūqꝫ profi-
tetur in aliqua religione facit ſe debitorem omniū que ad
obſeruantiam illius religionis ꝑtinent. Et ſicut dicit au
guſtinus. Nunꝙ fuit aliqua religio ſine aliquo viſibili ſi
gno. ad quod obligarent̄ qui in ipſa religione viuunt. ſi-
cut in religione chriſtiana ſignum viſibile eſt baptiſma.
ad quod omnes chriſtiani tenent̄ quo ad cultum. Obli-
gant̄ etiam ad omnia que ad cultum chriſtiane religio-
nis ꝑtinent. Signum autē religionis moſayce fuit circū
ciſio. Quicūqꝫ ergo circumcidebat ſe obligabat̄ ad om-
nia legalia ſeruanda ac implenda. ⁊ hoc eſt quod dicit.
Debitor eſt vniuerſe legis faciende. Iac. 2. Qui offen-
dit in vno factus eſt oīm reus. Quā tamē nullus ſerua-
re poterat ſm illud act̄. 15. Hoc ē onus qd̄ neqꝫ pr̄es nr̄i
neqꝫ nos portare potuim⁹ ⁊c. Sʒ dato ꝙ aliq̄s circum-
cideret̄. ergo ſm p̄dicta obligat ſe ad ſeruandum legalia
ſed hoc eſt peccatum mortale: ergo tenet̄ peccare morta
liter. ⁊ ſic videt̄ eſſe ꝑplexus. Reſpondeo dicendū eſt ꝙ
eadem conſcientia durante tenet̄ ſeruare legalia. puta ſi
aliquis haberet cōſcientiā ꝙ niſi circumcideret̄ peccaret
mortaliter. ⁊ circumciſus ipſa conſcientia durante pecca
ret mortaliter ſi non obſeruaret legalia. cuius ratio eſt qr
habere ꝯſcientiā de re aliq̄ faciēda nihil aliud eſt ꝙ ꝙ fa
ciat contra deum niſi illud faciat. Facere autē contra de-
um eſt peccatum. Sic ergo dico ꝙ niſi faceret hoc ad qd̄
inducit ꝯſciā peccaret. nō q̄dē ex genere oꝑis. ſed ex in-
tentione operantis. Et ſimiliter ſi facit peccat. qr huiuſ-
modi ignorātia nō excuſat cū ſit ignorātia iuris: nec tñ ē
ꝑplexus ſimpliciter ſed ſm quid. qr poteſt deponere erro
neam conſcientiā. Et hoc modo hic apl̄us teſtificat̄ omi
circumcidenti ſe ꝙ tenet̄ ad ſeruandum legem. ❡ Conſe
quenter cuʒ dicit. Euacuati eſtis ⁊c. probat que dixit ſcʒ
ꝙ non debent accipere legis obſeruantiam ratione dam-
ni iam preſentis: quod eſt duplex. Unuʒ eſt amiſſio chri
ſti. Secundū eſt amiſſio gratie xp̄i. Primū eſt cauſa ſecū
di ibi. Qui in lege ⁊c. Dicit ergo euacuati ⁊c. Quaſi di
cat. Uere chriſtus vobis nihil proderit. qr euacuati eſtis
a chriſto. id eſt habitatione chriſti. Secundū damnū eſt
amiſſio gratie. ideo dicit. A gratia excidiſtis. qui ſcʒ pri-
us eratis pleni gratia chriſti. quia de plenitudīe eius ac-
cepimus omnes. Io. 1. De plenitudine eius nos omnes

accepimus ⁊c. Et Ecc̄. 21. Coꝛ fatui quaſi vas confractū ⁊ oē m ſapientiam non tenebit. Vos dico qui inlege iuſtificamini id eſt creditis iuſtificari a gratia ſcꝫ habenda future beatitudinis. Uel etiam a iam habita excidiſtis. Apoc. 2. Memoꝛ eſto vnde excideris et age penitentiā.

## Lectio ſecunda.

Nos autez ſpiritu ex fide ſpem iuſticie expectamus. nam in chꝛiſto ieſu neqꝫ circumciſio aliquid valet neqꝫ pꝛepucium: ſed fides que per charitatē operatur. Currebatis bene. q̇s vos impediuit veritati non obedire? Nemini conſenſeritis Perſuaſio hec non eſt ex eo qui vocat vos. Modicum fermentum totam maſſam corrūpit. Ego confido in vobis in domino ꝙ nihil aliud ſapietis. Qui autē conturbat vos poꝛtabit iudicium quicūqꝫ eſt ille. Ego aūt fratres ſi circumciſionez adhuc pꝛedico: q̇d adhuc perſecutionem patioꝛ. Ergo euacuatum eſt ſcandalum crucis. Utinam abſcindant qui vos conturbant.

Explicauit apoſtolus ſecundū documentū ſcꝫ ꝙ nō eſſet ſubeundum iugum ſeruitutis legis: hic autem redit ad pꝛimum oſtendens ꝙ ſtare debent. Et p̄mo ꝓponit ſtandi exemplum. Secundo remouet ſtationis impedimentū ibi. Currebatis ⁊c. Tertio aſſignat ſtandi cauſam ibi. Uos eī in libertatez ⁊c. Circa pꝛimū duo facit. Primo ꝓponit ſtandi exemplum. Secūdo cauſam eius aſſignat ibi. Nam in xp̄o ieſu ⁊c. Dicit ergo. Qui in lege volūt iuſtificari: chꝛiſtus eis nihil pꝛodeſt. quia excidunt a gratia. Sed nos ſcꝫ apoſtoli ſtamus ꝑ ſpem: quia ſcꝫ expectamus ſpem iuſticie, id eſt iuſticiam ⁊ ſpem ſcꝫ eternam beatitudinem. 1. Pe. 1. Regenerauit nos in ſpem viuaꝫ ⁊c. Uel ſpem iuſticie. id eſt chꝛiſtum per quem eſt nobis ſpes iuſticie. quia ꝑ eum iuſtificamur. Phil. 3. Saluatorem expectamus ⁊c. 1. coꝛin. 1. Qui factus eſt nobis ſapientia ⁊ iuſticia ⁊ ſanctificatio et redemptio ⁊c. Uel ſpem iuſticie id eſt ſpem que eſt de iuſticia: vt iuſtificemur non ꝑ legem ſed per fidem. Ro. 3. Arbitramur hominē iuſtificari ꝑ fidem ſine operibus legis. Uel ſpem iuſticie id ē rem ſperatam in quam tendit iuſticia ſcꝫ vitam eternam 2. Ti. vltimo. In reliquo repoſita eſt mihi coꝛona iuſticie. ⁊c. Et hoc ex fide. quia iuſticia dei eſt ꝑ fidē ieſu chꝛiſti vt dicit̄ Ro. 3. Que quidē fides non eſt ab homine: ſꝫ a ſpūſanctoq̄ eā inſpirat. Ro. 8. Accepiſtis ſpm̄ filioꝝ in q̄ clamam⁹ abba pater ⁊c. Sicut ḡ fides eſt ex ſpū: ita ex fide eſt ſpes. ex ſpe iuſticia ꝑ quam peruenimus ad vitaꝫ eternam. Hec autem ſpes non venit ex circūciſione neqꝫ ex gentilitate. quia nihil faciunt ad hoc. Et ideo dicit: Nam in chꝛiſto ieſu id eſt in his qui ſunt in fide chꝛiſti. neqꝫ circumciſio neqꝫ pꝛepucium. ⁊c. id eſt indifferentia ſunt. ſed fides non infoꝛmis ſed ea que per dilectionem operatur. Jac. 2. Fides ſine operibus moꝛtua eſt ⁊c. Nā fides eſt cognitio verbi dei Eph̄. 3. Habitare chꝛiſtum ꝑ fidem ⁊c. Et hoc verbuꝫ nec perfecte habet̄ nec cognoſcitur niſi etiam habeat̄ amoꝛ quē ſpirat. Hic ſunt duo dubia circa gloſam. Primū eſt ꝙ dicit pꝛeputium ⁊ circūciſionē eſſe indifferētia cum ſupꝛa dixerit. Si circumcidimini chꝛiſtus vobis nihil pꝛoderit. Sed dicendum eſt ꝙ ex genere operis ſunt indifferentia ſciliꝫ illis qui non ponunt ſpem in eis. ſed ex intentione operantis nō ſunt indifferentia. Nam ponētibus in eis ſpem moꝛtifera ſunt. Secundū dubium eſt de hoc qd̄ dicit ꝙ illi qui non credunt peioꝛes ſunt q̄ꝫ demones. cum demones credant et contremiſcant. Reſpondeo. dicenduꝫ eſt ꝙ peioꝛes quidem ſunt ex ſpecie operis ſed non quantū ad affectū. Nā demonibus diſplicet hoc qd̄ credunt: nec etiam eſt tanta nequitia voluntatis in homine qui non credit quanta in demone qui odit ꝙ credit. ¶ Conſequenter cum dicit. Currebatis bene ⁊c. agitur de impedimēto ſtationis. Et pꝛimo ponit impedimentū. Secundo docet eius remotionem ibi. Nemini conſenſeritis ⁊c. Impedimentum ſtationis eoꝛum magnū erat ⁊ nociuum. nam tanto aliquid eſt magis nociuū quanto maius bonum pꝛiuat. Quādo ergo aliquis multis bonis ſpūalibus pꝛiuat̄ ſignū eſt habuiſſe magnum impedimentū. Et ideo vt oſtendat eos apoſtolus magnum impedimentū habuiſſe cōmemoꝛat eis bona ſpūalia que amiſerunt cū dicit: Currebatis bene ⁊c. ſcꝫ per opera fidei foꝛmate: ꝑ charitatem que inſtigat ad currendum. pſ̄. Uiam mandatoꝛū tuoꝛum cucurri cum dilataſti coꝛ meum. Et hoc quidē fuit olim in vobis: ſed dum ſic currebatis eſtis impediti. Et ideo ſubdit Quis vos faſcinauit de quo dictum eſt ſupꝛa tertio cap. ⁊ ideo ſuperſedeo ad pꝛeſens. Quis ergo vos faſcinauit id eſt impediuit veritati ſcꝫ euangelice non obedire. Et hoc congrue dicit. Nam obedire eſt voluntatis applicande ad conſenſum pꝛecipientis. ⁊ ideo fides eſt voluntatis ⁊ intellect⁹. opoꝛtet ergo voluntati fidei obedire. hoc autem eſt ꝙ gratia fidei chꝛiſti ſufficiat ad ſalutez ſine legalibus obſeruantijs. ¶ Excludit autē impedimentū cū dicit. Nemini ⁊c. ⁊ hoc ex triplici parte. Primo ex parte eoꝛum. Secundo ex parte dei ibi. Ego confido ⁊c. Tertio ex parte apoſtoli ibi. Ego autē fratres ſi ⁊c. Ex parte eoꝛū cum dicit. Nemini ⁊c. Ubi pꝛimo oſtendit quid requirat̄ ex parte eoꝝ vt vitent hoc impedimentū ſcꝫ ꝙ nemini pſeudo deinceps conſentiant. 1. theſſal. 5. Non ſimus noctis neqꝫ tenebꝛarū ⁊c. Ephe. 5. Nolite cōmunicare operibus infructuoſis tenebꝛarum ⁊c. Et. 2. Ti. 2. Et ſermo eoꝛuꝫ vt cancer ſerpit ⁊c. Ex quo dat̄ intelligī ꝙ nondum erant coꝛrupti: ſed ſollicitabant̄ de hoc. Secundo aſſignat rationem huius cuꝫ dicit. Perſuaſio eīm ⁊c. Et hec eſt duplex. Prima quia homo cum dat ſe alicui nihil debet facere niſi qd̄ vtile dixerit ſibi. Sed vos traditi eſtis chꝛiſto. ergo nihil debetis audire vel conſentire niſi his que ſunt ab ipſo. ergo hec ꝑſuaſio q̄ vos volunt mittere ſub iugo legis. quia non ex eo ſcꝫ ex deo qui vos vocauit ad vitam: ſed ex diabolo inquantū ſcꝫ deficiens eſt. Et ideo non conſenſeritis eis. Uel non ex eo id ē contra ipſum. Secunda ratio eſt qꝛ poſſet dici ꝙ non eſt magnum ſi paucis conſentiat̄ cum ex hoc non ſit periculum. ⁊ ideo dicit ꝙ non ē eis conſentiendū: nec eoꝛuꝫ inſidie ſunt contemnende. ſed debent pꝛincipijs obſtare. quia modicum fermentum ⁊c. id eſt illi pauci qui vobis perſuadēt: Uel hec ꝑſuaſio parua in pꝛincipio totā maſſam coꝛrumpit. id eſt congregationē fidelium. Leuit. 2. Nec quicq̄ꝫ fermenti ac mellis adolebitur in ſacrificio domini. ¶ Conſequenter cum dicit. Ego confido in vobis ⁊c. remouet impedimentū ex parte dei q̇ auxiliuꝫ ad hoc pꝛebet. ⁊ ponit duplex auxilium. Unum quantū ad ſeducentes. Aliud quantū ad conturbantes ibi. Qui autem cōturbant ⁊c. Dicit ergo ego cōfido ⁊c. q̄ſi dicat. Dixi ꝙ non conſentiretis pſeudo. ⁊ confido in vobis. 2. coꝛi. 7. Gaudeo ꝙ in omnibus confido in vobis. Heb̄. 6. Confidimus autē de vobis dilectiſſimi ⁊ melioꝛa viciniora ſaluti. Confido inquā in hoc ſcꝫ ꝙ nihil aliud ſapietis q̄ꝫ quod vos docui ſupꝛa. 1. Licet nos aut angelus de celo

euãgelizet vobis p̄terq̄ qd̄ euãgelizauim⁹ vobis anathe
ma ſit Phil.2. Implete gaudium meum vt idem ſapia-
tis ⁊c. Et hoc ex auxilio diuino. ⁊ ideo dicit. In domino
deo ſcʒ operante. 2. corin. 3. Fiduciam talem habem⁹ ꝑ
chriſtum ad deum ⁊c. ⁊ dominus dabit vobis ſapere ſm̄
ſobrietatem catholice veritatis pſ. Bonum eſt confide-
re in domino ⁊c. ¶ Quantum autem ad cõturbantes di
cit. Qui autem conturbat ⁊c. id eſt qui remouet vos a de
bito ordine vt ſcʒ a ſpūalib⁹ conuertamini ad corporalia:
cum debeat eſſe contrarium. 1. corin. 15. Nō prius quod
ſpūale eſt: ſed quod animale eſt deinde quod ⁊c. Et cum
talis ordo ſit peruerſus vt dicit̄ ſupra. 3. Sic ſtulti facti
eſtis: vt cum ſpiritu ceperitis ⁊c. ideo portabit iudicium
id ē cõdemnationeʒ ſuſtinebit. Sicut eñ qui inducit ali-
quem ad bonum remuneratur. Dañ. 12. Qui ad iuſtici
am erudiunt plurimos quaſi ſtelle in perpetuas eternita
tes ⁊c. ita qui inducit aliquem ad malum cõdemnrat̄ Jo
ſue. 7. Quia turbaſti nos exturbet te domin⁹ in hac die.
Deut. 27. Maledictus qui errare facit cecum in itinere
Et hoc quicũq; eſt ille id eſt quantecũq; ſit auctoritatis:
non parcet̄ ei. Sed Porphirius ⁊ Julianus in hoc reꝑ-
hendunt paulum preſumptione dicentes q̄ hoc dixit la-
cerans petrum cum ſupra in faciem ſe reſtitiſſe ſcripſerit
vt ſit ſenſus. quicũq; ſit ille id eſt etiam ſi petrus eſſet pu
nietur. Sed vt auguſtinus dicit nõ eſt credendũ q̄ pau-
lus cum maledicto de eccleſie principe loqueret̄ cũ ſcri-
ptum ſit Exo. 22. Principem populi tui nõ maledices.
Nec etiam q̄ petrus ſic offenderit q̄ eſſet dignus condē
natione. Dicit ergo apoſtolus de quodam alio qui de iu
dea veniens dicebat ſe fuiſſe diſcipuluʒ magnoꝝ apoſto-
lorum. ⁊ ſub iſta auctoritate corrumpebat galathas ipſe
cum alijs falſis predicatoribus ſupra. 2. Propter ſubin-
troductos falſos frates ⁊c. ¶ Conſequenter cum dicit.
Ego autē fratres ⁊c. remouet impedimentũ ex parte ſua
Et primo ponit ſui excuſationem. Secundo eorum qui
eum infamabant obiurgatiõem ibi. Utinam ⁊ abſcindan
tur ⁊c. Excludit autem falſum quod ei imponebatur. ⁊
ꝑmo aliquid pertinens adipſum tantum. Secundo ali-
quid pertinens ad omnes ibi. Ergo euacuatum eſt ⁊c.
Sciendum eſt circa primum q̄ pſeudo galathis excuſan
tibus ſe de eo q̄ non ſeruabant legalia. q̄ ita edocti erãt
ab apoſtolo ⁊ dicebãt q̄ apoſtolus deceperat eos ⁊ con-
firmabant dicentes paulum predicaſſe in iudea ⁊ docuiſ
ſe legalia debere ſeruari. Et ideo excuſat ſe de hoc apo-
ſtolus dicens. Ego autem fratres ſi circumciſionem ad-
huc predico ſicut imponunt mihi pſeudo: quid adhuc ꝑ-
ſecutioneʒ patior ſcʒ a iudeis. 1. corin. 4. Perſecutionē
patimur ⁊c̄. Nam iudei ſpecialiter ꝓpter hoc perſeque-
bant̄ paulum q̄ predicabat legalia non debere ſeruari.
Act. 21. dicit Jacob⁹ paulo. Audierunt de te quia diſſen
ſionem doceas a moyſe eorum qui per gentes ſunt iude-
orum dicens eos non debere circumcidere filios ſuos ⁊c̄
Patet ergo q̄ non eſt verum quod mihi imponunt: alio-
quin ꝑſecutiones adhuc non paterer. Falſum eſt etiam
id quod mihi imponũt ꝑ id quod communiter eſt apud
alios: quia ſi circumciſionem predico euacuatum eſt ſcã-
dalum crucis. Nam nõ ſolũ ego ſed etiam oẽs apoſtoli p̄
dicamus chriſtum crucifixum. Judeis quidem ſcandalũ
⁊c̄. vt dicit̄. 1. cor. 1. Et de hoc maxīe ſcandalizant̄. q̄ p̄-
dicamus q̄ ꝑ crucem chriſti legalia euacuant̄. Si ergo
predico circumciſionem euacuatum eſt ſcandalum id eſt
non erit ſcandalum apud iudeos vltra de cruce. Naʒ pa-
tienter ſuſtinerent immo libenter vellēt q̄ predicarem⁹
crucem ⁊ legalia ſimul debere ſeruari. Uel ſm̄ Auguſti
num euacuatum eſt ſcandalum crucis id eſt euacuata eſt
crux que eſt ſcandalum. Quaſi dicat. Crux perdidit effe
ctum ſuum et virtutem ſupra. 2. Si enim ex lege eſſet iu-
ſticia: ergo chriſtus gratis mortuus eſt. Dicit auteʒ apo
ſtolus ſpecialiter euacuatum eſt ⁊c. vt det intelligere q̄
ꝓpter hoc iudei occiderunt chriſtum quia legalia nõ ſer
uabat: ⁊ ea nõ eſſe ſeruanda docebat. Jo. 9. Non eſt hic
homo a deo qui ſabbatum non cuſtodit: ¶ Conſequēter
obiurgat pſeudo qui eum infamauerant dicens. Utinaʒ
⁊ abſcindantur ⁊c. Quaſi dicat. Ipſi conturbant vos in
hoc q̄ volunt vos circumcidi. ſed vtinam non ſolum cir
cũcidant̄. ſed totaliter caſtrent̄. Sed contra Ro. 12. Be
nedicite ⁊ nolite maledicere. ⁊c. Ad hoc ē duplex reſpõ
ſio. Prima eſt q̄ non maledixit apoſtolus eis: ſed poti⁹
benedixit. quia optauit eis vt ſpūaliter caſtrentur vt ſer-
uarent ſpiritualem caſtitatem caſſando cerimonilia ſm̄ il
lud Matth. 19. Sũt quidam eunuchi qui ſe caſtrauerũt
ꝓpter regnum celorum. Secundo q̄ optat eis ſterilita-
tem prolis quam habẽt eunuchi vt ſcʒ non genrent. Un
de ait vtinã ⁊ abſcindant̄ ⁊c. id eſt vim gerandi perdant
in vobis vel alijs. Et hoc merito quia generant filios in
errorem ⁊ redigunt eos in ſeruituteʒ legis. Oſee. 9. Da
eis vuluam ſine liberis ⁊ vbera arentia.

## Lectio tertia.

u Os enim in libertateʒ vocati eſtis
fratres: tantum ne libertateʒ in oc
caſionem detis carnis: ſed per cha
ritatem ſpiritus ſeruite inuicem. Omnis
enim lex in vno ſermone impletur. diliges
proximum tuum ſicut teipſum. Q̄ ſi inui-
cem mordetis ⁊ comeditis: videte ne ab in
uicem conſumamini.

Propoſito exemplo ſtandi ⁊ remoto eius impedimento:
hic innuit modum ipſius. Et primo ponit modum ſtan-
di. Secundo exponit ibi. Omnis enim lex ⁊c. Circa pri
mum tria facit. Primo ponit conditionem ſtatus. Secũ
do remouet abuſum ſtandi. Tertio innuit ſtandi modũ.
Conditio quidem ſtandi eſt libertas. Omnis eñ ſtatus
conditio pertinet ad ſeruitutem vel ad libertateʒ. ſed ſta
tus fidei chriſti ad quem inducit apoſtolus ad libertateʒ
pertinet: ⁊ eſt ipſa libertas. Et ideo dicit. Uos enim ⁊c.
quaſi dicat. Recte conturbant vos: quia abducũt a me-
liore in pei⁹. q̄ vos vocati eſtis ſcʒ a deo ī libertatē gra-
tie. Ro. 8. Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in
timore. ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum ⁊c̄.
ſupra. 4. Non ſumus ancille filij: ſed libere ⁊c. Uos in-
quã qui liberi eſtis per chriſtum volunt ducere in ſerui-
tutē. Abuſus aũt ſtatus eſt ſi in deterius prolabat̄ et li-
bertas ſpiritus ꝯuertat̄ in ſeruituteʒ carnis. Galathe au
tem iam liberi erant a lege. Sed ne credãt eis licere pec
cata cõmitttere que lex ꝓhibebat. ideo apoſtolus ſubdit
abuſum libertatis dicens: Tantum ne ⁊c. Quaſi dicat.
Liberi eſtis ita tamen q̄ non abutamini libertace veſtra
impune vobis peccandum eſſe arbitrãtes. 1. corin. 8. Ui
dete ne forte hec licentia veſtra offendiculum fiat infir-
mis. Modus autem ſtandi eſt per charitatem. Unde di-
cit. Sed ꝑ charitatem ſpiritus ⁊c. Status autem totus
eſt in charitate ſine qua homo nihil eſt. 1. corī. 13. Et ſm̄
diuerſos gradus charitatis diſtinguunt̄ diuerſi ſtatus.
Sic ergo ſtatus gratie eſt non per affectum carnis: ſed ꝑ
charitatem ſpiritus id eſt que procedit a ſpirituſancto ꝑ
quem debemus inuicem eſſe ſubiecti ⁊ ſeruire infra. 6.
Alter alterius onera portate ⁊c̄. Ro. 12. Honore inuicē
preuenientes ⁊c. Sed cum ſuperius dicat q̄ ſint vocati

in libertatem. quid eſt ꝙ modo dicit ſeruite inuicez. Ad
quod dicendum eſt ꝙ hoc exigit charitas vt inuicem ſer
uiamus ⁊ tamē libera eſt. Sciendū eſt tamē ꝙ ſicut phi
loſophus dicit: liber eſt qui eſt cauſa ſui. ſeruus autem
eſt cauſa alterius vel vt mouentis vel vt finis. quia ſeruꝰ
nec a ſe mouet̃ ad opus. ſed a domino ⁊ ꝓpter vtilitatez
domini ſui. Charitas ergo quantū ad cauſam mouentez
libertatem habet. quia a ſe operat̃. 2. corin. 5. Charitas
chriſti vrget nos ſpontanee ſcȝ ad operandū. Seruus au
tem eſt cum poſtpoſitis ꝓprijs vtilitatibus acōmodat ſe
vtilitatibus proximoꝝ. ¶ Conſequenter cum dicit. Om
nis lex ⁊c̃. exponit que dixit. ⁊ primo de dilectione. Se-
cundo de libertate non danda in occaſionem carnis ibi.
Spiritu ambulate ⁊c̃. Circa primuȝ monet ad charitatē
ſectandam. Primo ꝓpter vtilitatez quā conſequimur in
impletione. Secundo ꝓpter damnū charitatis neglecte
qđ incurrimus ibi. Q̃ ſi inuicem ⁊c. Utilitas autē quaȝ
cōſequimur in impletione charitatis maxima eſt. quia in
ea implemꝰ totā legē. Et iđ dicit. Oīs eñi ⁊c. q̃ſi dicat.
Ideo charitas eſt habenda. quia oīs lex in vno ſermo-
ne implet̃ ſcȝ in vno precepto charitatis Ro. 13. Qui di
ligit proximū legez impleuit. Et in eodem capitulo dici
tur. Plenitudo legis eſt dilectio. Et ideo dicit. 1. Ti. 1.
Finis precepti eſt charitas. Sed contra. qꝛ dicit̃ Mat.
12. In his duobus mādatis ſcȝ de dilectione dei ⁊ ꝓxi-
mi tota lex pendet ⁊ ꝓphete. Non ergo in vno precepto
tantum implet̃. Reſpondeo. dicendum eſt ꝙ in dilectio-
ne dei includit̃ dilectio ꝓximi. 1. Io. 4. Hoc mandatum
habemus a deo vt qui diligit deum diligat ⁊ fratrem ſu-
um. Et econuerſo ꝓximū diligimus ꝓpter deum. imple
tur ergo tota lex in vno precepto charitatis. Precepta
enim legis reducunt̃ ad illud preceptum. Nam oīa pre
cepta vel ſunt moralia vel cerimonialia vel iudicialia.
Moralia quidem ſunt precepta decalogi quorum tria
pertinēt ad dilectionem dei. alia ſeptem ad dilectionem
proximi. Iudicialia autem ſunt vt quicūq; furat̃ aliquid
reddat quadruplum. ⁊ his ſimilia que ſimiliter ad dile-
ctionem proximi pertinēt. Cerimonialia vero ſunt ſacri
ficia ⁊ huiuſmodi que reducunt̃ ad dilectionem dei. Et
ſic patet ꝙ omnia in vno precepto charitatis implentur
Diliges proximū tuū ſicut teipſum. ⁊ eſt ſcṗtum Leuit.
19. Dicit autem ſicut teipſum non quantū teipſum. quia
homo ſm ordinem charitatis magis debet ſe diligere q̃
alium. Expontiur autem tripliciter. Uno modo vt refera
tur ad veritatem dilectionis. Amare enim eſt velle bo-
num alicui. Et ideo dicimur amare aliquem cui volumꝰ
bonuu. ⁊ etiam bonum illud quod ei volumus: ſed diuer
ſimode. quia cum volo bonum mihi me diligo ſimplici-
ter propter me. bonum autem illud quod mihi volo dili-
go non propter ſe ſed propter me. Tunc ergo diligo pro
ximū ſicut meipſum id eſt eodē modo ꝗ meipſum qñ vo-
lo ei bonum propter ſe. non quia eſt mihi vtilis vel dele-
ctabilis. Secundo modo vt referat̃ ad iuſticiaȝ dilectio-
nis. Unaqueq; enim res eſt illud quod potiſſimum eſt in
ea. potiſſimū autē in in homine eſt intellectus et ratio. il
le ergo diligit ſe qui vult ſibi bonum intellectus ⁊ ratio-
nis. Tunc ergo diligis proximum ſicut teipſum quādo
vis ei bonum intellectus ⁊ rationis. Tertio modo vt re-
feratur ad ordinem ſcilicet vt ſicut te diligis propter de-
um: ita ⁊ proximum propter ipſum diligas ſcilicet vt ad
deum perueniat. ¶ Conſequenter cum dicit. Q̃ ſi inui-
cem ⁊c. inducit ad charitatem ſectandam ex damno: qđ
incurrimus ſi eam negligamus. Ubi loquitur galathis
adhuc quaſi ſpiritualibus abſtinens a commemoratione
manifeſtorum inuidorum: ⁊ eorum que minora videntur
mentionem facit ſcȝ de vitijs lingue. Et ideo dicit. Q̃ ſi
inuicem ⁊c. Quaſi dicat. In dilectione omnis lex imple
tur. ꝙ ſi vos inuicem mordetis id eſt in parte famam pro
ximo detrahendo aufertis. qui enim mordet non totum
accipit: ſȝ partē. Et comeditis id eſt totā famā aufertis et
totaliter detrahendo confunditis. Nam qui comedit to-
tum abſorbet. Iac. 4. Nolite detrahere alterutrum frēs
mei ⁊c. Si ita inquā charitatem negligitis videte dam-
num quod imminet vobis ſcilicet ꝙ ad inuicem cōſuma-
mini. Phil. 3. Uidete canes videte malos operarios ⁊c.
Eſa. 49. Et vane fortitudinem meam conſumpſi ⁊c̃. Nā
ſicut Auguſtinus dicit. Uitio contentionis ⁊ inuide per
nicioſa iurgia inter homines nutriunt̃: quibus conſumi-
tur ſocietas ⁊ vita.

## Lectio quarta.

D Ico aūt in chriſto. Spiritu ambu-
late et deſideria carnis non perfici
etis. Caro enim concupiſcit aduer
ſus ſpiritum: ſpiritus autem aduerſus car
nem. Hec eñi ſibi inuicem aduerſant̃: vt non
quecūq; vultis illa faciatis.

Poſtq̃ apoſtolus manifeſtauit in quo conſiſtit ſtatus ſpi
ritualis: qꝛ ſcilicet in charitate: conſequēter hic agit de
cauſa ſtatus ſcilicet de ſpirituſancto. quē dicit eſſe ſequē
dum. Ubi ponit triplex beneficium ſpirituſſancti. Quo-
rum primum eſt liberatio a ſeruitute carnis. Secundum
eſt liberatio a ſeruitute legis. Et tertium eſt collatio vi-
te ſeu ſecuritas a damnatione mortis. Secundum ibi.
Q̃ ſi ducimini ⁊c. Tertium ibi. Si ſpiritu viuimus ⁊c̃.
Circa primum duo facit. Primo ponit primum benefici
um ſpiritus. Secundo beneficij neceſſitatem oſtendit
ibi. Caro eñi ⁊c. Dicit ergo. Dico ꝙ debetis per chari-
tatem ſpiritus inuicem ſeruire. quia nihil prodeſt ſine
charitate. Sed hoc dico in chriſto id eſt per fidem chri-
ſti. Spiritu ambulate id eſt mente et ratione. Quādoq;
enim mens noſtra ſpiritus dicitur ſcđm illud Ephe. 4.
Renouamini ſpiritu mētis veſtre. et. 1. Corin. 4. Pſal
lam ſpiritu pſallaȝ et mente. Uel ſpiritu ambulate id eſt
ſpirituſancto proficite bene operando. Nam ſpirituſſan
ctus mouet ⁊ inſtigat corda ad bene operandum. Ro. 8
Qui ſpiritu dei aguntur ⁊c̃. Ambulandum eſt ergo ſpi-
ritu id eſt mente vt ipſa ratio ſiue mens legi dei concor-
det. vt dicitur Roma. 7. Sed ſpiritus humanus per ſe
vanus eſt ⁊ niſi regatur aliunde fluctuat hac atq; illac vt
dicitur Ecc̃. 34. Et ſicut parturientis cor tuuȝ fantaſias
patitur: niſi ab altiſſimo fuerit emiſſa viſitatio ⁊c. Unde
de quibuſdam dicitur Ephe. 4. Ambulant in vanitate
ſenſus ſui. ⁊c. Non ergo perfecte ſtare poteſt ratio hu-
mana niſi ſcđm ꝙ ē recta ſpū diuiō. Et ideo dicit apoſto-
lus. Spiritu ambulate id eſt per ſpiritumſanctum regē-
tem ⁊ ducentem quem ſequi debemus ſicut demonſtran
tem viam. Nam cognitio ſupernaturalis finis nō eſt no-
bis niſi a ſpirituſancto. 1. corin. 2. Oculus non vidit nec
auris audiuit nec in cor hominis aſcendit ⁊c. ¶ Et ſequi
tur. Nobis autē reuelauit deus per ſpiritum ſuum. Itez
ſicut inclinantem. Nam ſpirituſſanctus inſtigat ⁊ incli-
nat affectum ad bene volendum. Roma. 8. Qui ſpiritu
dei aguntur ⁊c. pſ. Spiritus tuus bonus deducet me in
terram rectam. Ideo autem ſpiritu ambulandū eſt. quia
liberat a corruptione carnis. ¶ Uñ ſequit̃. Et deſideria
carnis nō perficietis id ē delectatiōes carnis q̃s caro ſug
gerit: hoc deſiderabat apl's dicēs. Ro. 7. Infelix ego hō
quis me liberabit de corpore mortis huiꝰ? gratia dei ⁊c̃.

Et poſtea concludit in octauo capitulo. Nihil ergo dam-
natiõis eſt his qui ſunt in xp̃o ieſu: qui non ſcd̃m carnem
ambulãt. Huius ratione ibidem ſubiũgit dicens: Quia
lex ſpiritus vite in xp̃o ieſu liberauit me a lege ⁊c. Et hoc
eſt ſpeciale deſideriũ ſanctorũ vt non perficiant deſideria
ad que caro inſtigat. ita tamẽ ꝙ in hoc non includant̃ de-
ſideria que ſunt ad neceſſitatẽ carnis: ſed que ſunt ad ſu-
perfluitatẽ. ¶ Conſequẽter cum dicit. Caro enim cõcupi-
ſcit ⁊c. ponit neceſſitatẽ huius beneficij que eſt ex impu-
gnatione carnis ⁊ ſpiritus. ⁊ primo ponit ip̃am impugna
tionẽ. Secũdo manifeſtat eam per euidẽs ſignũ. ibi. Hec
enim inuicẽ aduerſant̃ ⁊c. Dicit ergo. Neceſſariuȝ eſt ꝙ
per ſpiritũ carnis deſideria ſuperetis. Nam caro cõcupi-
ſcit aduerſus ſpiritũ. Sed hic videtur eſſe dubiũ quia cũ
concupiſcere ſit actus anime tantũ: non videt̃ ꝙ compe-
tat carni. Ad hoc dicendũ eſt ſcd̃m Auguſt. ꝙ caro dici-
tur concupiſcere inquantũ anima ſcd̃m ip̃am carnem con-
cupiſcit: ſicut oculus dicit̃ videre cum potius anima per
oculum videat. Sic ergo anima per carnem concupiſcit
quãdo ea que delectabilia ſunt ſcd̃m carnẽ appetit. Per
ſe vero anima cõcupiſcit quando delectat̃ in his que ſunt
ſcd̃m ſpiritũ: ſicut ſunt opera virtutũ ⁊ contemplatio diui
noꝝ ⁊ meditatio ſapiẽtie. Sapien̄. 6. Concupiſcẽtia ita-
ꝙ ſapientie deducet ad regnum perpetuũ ⁊c. Sed ſi caro
concupiſcit per ſpiritũ quomodo cõcupiſcit aduerſus eũ?
In hoc ſciliceȝ ꝙ cõcupiſcentia carnis impedit cõcupiſcen
tiam ſpiritus. Cum em̃ delectabilia carnis ſint bona que
ſunt infra nos. delectabilia vero ſpirit⁹ bona que ſunt ſu
pra nos. contingit ꝙ cum anima circa inferiora que ſunt
carnis occupat̃: retrahitur a ſuperioribus que ſunt ſpirit⁹
Sed videt̃ etiam dubiũ de hoc ꝙ dicit ſcilicȝ ꝙ ſpiritus
cõcupiſcit aduerſus carnem. Si em̃ accipiamus hic ſpiri
tum pro ſpirituſancto cõcupiſcentia autem ſpirituſſancti
ſit cõtra mala. conſequẽs videtur ꝙ caro aduerſus quam
cõcupiſcit ſpiritus ſit mala. ⁊ ſic ſequitur error manichei.
Reſpondeo: dicendũ eſt ꝙ ſpiritus nõ concupiſcit aduer
ſus naturã carnis ſed aduerſus eius deſideria que ſcilicȝ
ſunt ad ſuperfluitatẽ. Unde ⁊ ſupra dictuȝ eſt. Deſideria
carnis ſcilicȝ ſuperflua nõ perficietis. In neceſſarijs eniȝ
ſpiritus nõ contradicit carni. quia vt dicit̃ Eph̃. 5. Ne-
mo carnem ſuam odio habuit. ¶ Conſequẽter cum dicit.
Hec enim ⁊c. ponit ſignũ compugnatiõis. Quaſi dicat.
Experimẽto patet ꝙ contra ſeinuicẽ pugnant ⁊ aduerſan
tur in tantũ vt non quecũq; vultis bona ſcȝ vel mala illa
faciatis. id eſt facere permittamini. Rom̃. 7. Non quod
volo bonũ hoc ago ſed quod ⁊c. Non tamẽ tollitur liber-
tas arbitrij. Cum em̃ liberum arbitriũ ſit ex hoc ꝙ habet
electionẽ in illis: eſt libertas arbitrij que electiõi ſubſunt
Non autẽ omnia que in nobis ſunt ſimpliciter ſubſunt no
ſtre electioni ſed ſcd̃m quid. In ſpeciali em̃ poſſum vita-
re hũc vel illum motũ concupiſcẽtie ſeu ire. ſed in genera
li omnes motus ire vel cõcupiſcentie vitare nõ poſſumus
et hoc propter corruptionẽ fomitis ex primo peccato in-
troductã. ¶ Sed notandũ eſt ꝙ quattuor ſunt genera ho
minũ circa concupiſcentias quorum nullus facit quecũq;
vult. nam intemperati qui ex ꝓpoſito ſequũtur carnales
paſſiones ſcd̃m illud Prouerb. 2. Letant̃ cum malefece-
rint. faciũt quidem quod volũt inquantũ ipſas paſſiones
ſequũtur. ſed inquantũ ip̃a eoꝝ ratio remurmurat ⁊ ei diſ
plicet faciunt que nõ volunt. Incontinentes autẽ qui ha
bent propoſitũ abſtinendi ⁊ tamen a paſſionibus vincunt̃
faciũt quidem quod nõ volunt inquantuȝ ip̃as paſſiones
contra eoꝝ propoſituȝ ſequũtur. ⁊ ſic intemperati faciunt
plus de eo quod volũt. Continẽtes autem qui vellẽt om-
nino non cõcupiſcere faciũt quod volunt dũ non concupi
ſcunt. ſed quia omnino nõ concupiſcere nõ poſſunt faciũt
quod nolunt. Temperati vero quod volũt quidem faciũt
inquantũ in carne domata non cõcupiſcunt. ſed quia non
ex toto domari poteſt quin in aliquo repugnet ſpiritui ſi-
cut nec malitia in tantũ creſcere poteſt quin ratio remur-
muret. ideo cũ aliquando cõcupiſcunt: faciũt quod nolũt
plus tamen de eo quod volunt.

## Lectio quinta.

**Quod ſi ſpiritu ducimi non eſtis ſub lege. Manifeſta ſunt autem opera carnis. que ſunt fornicatio. immundicia. impudicitia. luxuria. ydolorum ſeruitus. veneficia. inimicitie. contentiões. emulationes. ire. rixe. diſſenſiones. ſecte. inuidie homicidia. ebrietates. cõmeſſationes. et his ſimilia que predico vobis ſicut predixi: quoniam qui talia agunt: regnum dei non conſequentur.**

Poſtꝙ oſtendit apoſtolus ꝙ per ſpiritũ liberamur a de-
ſiderijs carnis: hic cõſequẽter oſtendit ꝙ per ip̃m libera-
mur a ſeruitute legis. Et primo proponit beneficiũ ſpiri-
tus. Secũdo manifeſtat per effectuȝ. ibi. Manifeſta ſunt
opera carnis ⁊c. Dicit ergo. Dico ꝙ ſi ſpiritu ambuletis
non ſolum deſideria carnis nõ perficietis: ſed quod plus
eſt ſi ſpiritu ducimini quod fit quãdo facitis quod ſpirit⁹
ſuggerit vt director ⁊ gubernator: non autem id ad quod
ſenſus ⁊ affectus proprius inſtigat nõ eſtis ſub lege. p̃s.
Spiritus tuus bonus deducet me in terrã rectam. Non
quidẽ vt coactor ſed vt gubernator. Ex his autem verbis
vult hieronymus ꝙ poſt aduentũ xp̃i nullus habens ſpi-
ritum ſanctum tenet̃ ſeruare legem. ¶ Sed ſciendũ eſt ꝙ
hoc quod dicit: Si ſpiritu ducimini iam nõ eſtis ſub lege
poteſt referri ad precepta legis vel cerimonialia vel mo-
ralia. Si quidẽ referat̃ ad cerimonialia ſciendũ eſt ꝙ ali-
ud eſt ſeruare legẽ. aliud eſt eſſe ſub lege. Seruare legem
eſt facere opera legis nõ habẽdo ſpem in eis. ſed eſſe ſub
lege eſt ponere ſpem in operibus legis. In primitiua au-
tem eccleſia erãt aliqui iuſti ſeruantes legem: ſed non ſub
lege inquantum ſeruabant opera legis ſed non erant ſub
lege quaſi in eis ſpem ponentes. Sic etiam xp̃us ſub le-
ge fuit. ſupra quarto. Factum ſub lege ⁊c. Et ſic excludi-
tur opinio hieronymi. Si autem referatur ad moralia ſic
eſſe ſub lege poteſt intelligi dupliciter. vel quantũ ad ob-
ligationem. ⁊ ſic omnes fideles ſunt ſub lege. quia omni-
bus data eſt. Unde dicitur. Math. 5°. Non veni ſoluere
legem ⁊c. Uel quantũ ad coactionem. ⁊ ſic iuſti non ſunt
ſub lege quia motus et inſtinctus ſpirituſſancti qui eſt in
eis eſt proprius eorum inſtinctus. Nam caritas inclinat
ad illud idem quod lex precipit. Quia ergo iuſti habent
legem interiorem ſponte faciunt quod lex mandat ab ip̃a
non coacti. Qui vero voluntatem male faciendi habent
comprimuntur tamen pudore vel timore legis iſti cogun-
tur. Et ſic iuſti ſunt ſub lege obligante tantũ non cogente
ſub qua ſũt ſolum iniuſti. 2ᵉ. corinth. 3°. Ubi ſpiritus do
mini ibi libertas. 1ᵉ. tymoth. 1°. Iuſto non eſt lex poſita.
ſcilicet cogens. ¶ Conſequenter cum dicit: Manifeſta
ſunt autem opera ⁊c. Probat que dixit per effectum.
Et primo ponit opera carnis que contrariantur ſpiritui
ſancto. Secũdo oſtendit quomodo opera ſpiritus non ꝓ
hibent̃ a lege ibi. Aduerſus huiuſmodi ⁊c. Circa primuȝ

duo facit. Primo ponit opera carnis que prohibētur a lege. Secūdo ponit opera ſpiritus que ab ea non prohibentur. ibi. Fructus autē ⁊c. Circa primū duo facit. Primo proponit opera carnis. Secūdo ſubdit nocumentū quod ex his ſequit̄. ibi. Que predico ⁊c. Dubitat̄ autem circa primū. Primo quidem de hoc ꝙ apoſtolus hic quedam ponit que nō pertinent ad carnem que tamē dicit eſſe opera carnis ſicut ydoloꝝ ſeruitus ſecte emulatiōes ⁊ huiuſmodi. Reſpondeo: dicendū eſt ſcd̄m auguſt. lib. 4. de ci. dei cap. 2. Q̄ ſcd̄m carnē viuit quicūq; viuit ſcd̄m ſeip̄m Unde caro hic accipit̄ pro toto homine. Quicquid ergo prouenit ex inordinato amore ſui dicit̄ opus carnis. Uel dicendū eſt ꝙ aliquod peccatū poteſt dici carnale dupliciter ſcȝ quantū ad conſumationē. ⁊ ſic dicunt̄ carnalia illa tantū que conſumant̄ in delectatiōe carnis. ſcȝ luxuria et gula. Et quantū ad radicem et ſic omnia peccata dicūtur carnalia inquantū ex corruptiōe carnis anima aggrauatur. vt dicit̄ Sapieñ. 9. Ex quo intellectus debilitatus facilius decipi, poteſt ⁊ impedit̄ a ſua perfecta operatione. Unde ⁊ ex hoc ſequūtur vitia ſcilicet hereſes ſecte et alia huiuſmōi. Et hoc modo dicit̄ ꝙ fomes eſt principiū omniū peccatoꝝ. ¶ Secūdo dubitat̄. quia cum apoſtolus dicat qui talia agūt regnum dei nō conſequent̄. ⁊ nullus excludat̄ a regno dei niſi ꝓ peccato mortali. ſequit̄ ergo ꝙ omnia que enumerat ſint peccata mortalia. Cuiꝰ contrariū videt̄. quia inter iſta enumerat multa: que nō ſunt peccata mortalia. ſicut eſt cōtentio emulatio ⁊ huiuſmōi. Reſpondeo: dicendū eſt ꝙ om̄ia hec enumerata ſunt aliquo modo mortalia. ſed quedā quidem ſcd̄m genus ſuū ſicut homicidiū fornicatio ydoloꝝ ſeruitus ⁊ huiuſmodi. quedam vero ſcd̄m ſuam conſumationē ſicut ira cuius conſumatio eſt in nocumentū proximi. Unde ſi accedit conſenſus de ip̄o nocumēto eſt peccatū mortale. Et ſimiliter comeſtio ordinat̄ ad delectationē cibi. ſed ſi in huiuſmōi delectationibus ponat quis finem ſuū peccat mortaliter. et ideo nō dicit comeſtiones ſed comeſſatiōes. ⁊ ſimiliter intelligendū eſt de alijs ſimilibus. ¶ Tercio dubitat̄ de ordine ⁊ numeratiōe eorum. circa quod dicendū eſt ꝙ cum apoſtolus in diuerſis locis diuerſa vitia et diuerſimode enumerat nō intendit enumerare omnia vitia et ſcd̄m artem: ſed illa tantū in quibus habundant ⁊ in quibus excedunt illi ad quos ſcribit. Et ideo in eis nō eſt querenda ſufficientia ſed cauſa diuerſitatis. ¶ His ergo habitis ſciendū eſt ꝙ apoſtolus enumerat quedam vicia carnis que contingūt circa ea que non ſunt neceſſaria vite. quedam vero circa ea que ſunt neceſſaria vite. Circa primū ponit quedā vicia que ſunt hominis ad ſeip̄m. quedā quantum ad deum. quedā contra proximū. Contra ſeip̄m ſunt quattuor que ideo primo ponit quia manifeſte ex carne procedunt. quoꝝ duo pertinent ad actū carnalem luxurie. ſcilicet fornicatio que eſt quādo ſcilicȝ accedit ſolutus ad ſolutam. vel quantū ad naturalē vſum luxurie. Aliud eſt immūdicia quantū ad vſum contra naturā. Epheſ. 5. Omnis fornicotor aut immūdus ⁊c. 2e. corinth. 13. Qui non egerūt penitentiam ſuper immūdicia ⁊ fornicatione ⁊ impudicitia ⁊c. Alia duo ordinant̄ ad ip̄os actus. Unū ſcilicet exterius ſicut tactus aſpectus oſcula ⁊ huiuſmodi. Et quantū ad hoc dicit. Impudicitia. Ephe. 4. Qui deſperātes ſemetip̄os tradiderūt impudicitie ⁊c. Aliud interius ſcilicȝ in cogitatiōibus immūdis Et quantū ad hoc dicit. Luxuria. 1e. Tymoth. 5°. Cum enim luxuriate fuerint in xp̄o nubere volūt ⁊c. ¶ Contra deum ponit duo. quoꝝ vnū eſt per quod impedit̄ ab hoſtibus dei cultus diuinus. Et quantū ad hoc dicit. Ydoloruȝ ſeruitus. 1e. corinth. 10. Neq; ydolatre efficiamini ⁊c. Sapieñ. 14. Infandoꝝ enim ydoloꝝ cultura omnis mali cauſa eſt et initiū ⁊ finis. Aliud eſt per quod initur pactū cum demonibus. Et quantū ad hoc dicit. Ueneficia que fiūt per magicas artes. ⁊ dicunt̄ veneficia a veneno quia fiunt in nocumentū hominū. 1e. corinth. 10°. Nolo vos fieri ſocios demonioꝝ Apoc. vlt. Foras canes ⁊ venefici ⁊c. ¶ Contra proximū autem ponit nouē. quorum primū eſt inimicitia. vltimū vero, homicidiū: quia ab hoc deuenitur ad illud. Primū ergo eſt inimicitia in corde: que eſt odiū erga proximū. Math. 10. Inimici homīs domeſtici eius. Et ideo dicit. Inimicitie. Ex hac autem orit̄ diſſenſio in verbis. Et ideo dicit. Contentiōes que eſt impugnatio veritatis cum cōfidentia clamoris. Puerb. 20. Honor eſt homini qui ſe ſeparat a contentōibus. Secundū eſt emulatio que cōſiſtit in hoc ꝙ ad idem obijciendū contendit. Unde dicit. Emulatiōes que ex contentiōe oriuntur. Terciū eſt ex hoc ꝙ vnus impedit̄ per aliū ad rem eandem tendentem ⁊ ex hoc iraſcit̄ contra eum. ⁊ ideo dicit. Ire. Jaco. 1. Ira enim viri ⁊c. Epheſ. 4. Sol non occidat ſuper iracūdiam veſtram. Quartū cum ex ira animi peruenit̄ ad percuſſiones. Et quantū ad hoc dicit. Rixe. Prouerb. 4°. Odium ſuſcitat rixas. Quintū ex his ſcilicȝ diſſenſiones ⁊ ſi quidē in rebus humanis ſint dicunt̄ diſſenſiones quādo ſcilicȝ partes fiunt in eccleſia. Rom. 16°. Obſeruetis eos qui diſſenſiones ⁊ offendicula preter doctrinā ꝙ̄ vos didiciſtis faciūt et declinate ab illis. Si in rebus diuinis ſic dicunt̄ ſecte. id eſt hereſes. 2e. petri. 2°. Introducēt ſectas perditiōis ⁊c. ⁊ ibidem. Sectas non metuūt introducere blaſphemātes. Ex his autem ſequit̄ inuidia quando illi quos emulant̄ proſperant̄. Job. 5. Paruulū occidit inuidia ⁊c. Ex his autem ſequūtur homicidia, cordis ⁊ operis. 1e. Job. 4°. Qui odit fratrem ſuū homicida eſt Quantū vero ad vicia que pertinēt ad inordinationē circa vite neceſſaria ponit duo. Unū quantū ad potum. Unde dicit. Ebrietates ſcilicȝ aſſidue. Luce. 21. Attēdite ne grauent̄ corda veſtra crapula ⁊ ebrietate ⁊c. Aliud vero quantū ad cibum. ⁊ quantū ad hoc dicit. Comeſſatiōes. Rom. 13. Non in comeſſatiōibus ⁊ ebrietatibus.

## Lectio ſexta.

f Ructus autem ſpiritus eſt charitas gaudium. pax. patiētia. benignitas bonitas. longanimitas. māſuetudo. fides. modeſtia. continentia. caſtitas.

Poſitis operibus carnis: hic conſequēter apoſtolus manifeſtat opera ſpiritus. Et primo manifeſtat ea. Secūdo oſtendit quō lex ſe habet ad opera ſpiritus ⁊ ad opera carnis. ibi. Aduerſus huiuſmōi ⁊c. Circa primū enumerat bona ſpiritualia que nomīat fructus. Ex quo incidit queſtio. quia illud dicit̄ fructus quo fruimur. Sed actibꝰ noſtris nō debemus frui ſed deo ſolo. ergo huiuſmodi actus quos enumerat hic apoſtolus nō debēt dici fructus. Itē glo. dicit ꝙ huiuſmodi opera ſpiritus ſunt ꝓpter ſe appetenda. quod autē propter ſe appetit̄ non refert̄ ad aliud. ergo virtutes ⁊ earū opera nō ſunt referenda ad beatitudinē. Reſpondeo: dicendū eſt ꝙ fructus dicit̄ dupliciter. ſcilicet vt acquiſitus. puta ex labore vel ſtudio. Sapi. 3°. Bonorum laboꝝ glorioſus eſt fructus. Et vt ꝓductus ſicut fructus producit̄ ex arbore. Mathei. 7°. Non poteſt arbor bona fructus malos facere. opera autem ſpiritus dicuntur fructus non vt adepti ſed vt producti. Fructus autem qui eſt adeptus habet rationem vltimi finis non autem fructus productus. Nihilominus tamen fructus ſic acceptus duo importat. ſcilicet: ꝙ ſit vltimum pro

ducētis ſicut vltimū quod producit̄ ab arbore eſt fructus
eius. ⁊ ꝙ ſit ſuaue ſiue delectabile. Cantico. 2°. Fructus
eius dulcis gutturi meo. Sic ergo opera virtutū ⁊ ſpiri-
tus ſunt quid vltimū in nobis. Nam ſpiritusſanctꝰ eſt in
nobis per gratiā per quā acquirimus habitū virtutum et
ex hoc potētes ſumus operari ſcd̄m virtutē. Sunt etiam
delectabilia. Rom̄. 6. Habetis fructū veſtrū in ſanctifica
tione. id eſt in operibus ſanctificatis. et ideo dicūtur fru-
ctus. Dicunt̄ etiā flores reſpectu future beatitudīs. quia
ſicut ex floribus accipit̄ ſpes fructus: ita ex operibus vir-
tutū habet̄ ſpes vite eterne ⁊ beatitudinis. Et ſicut in flo-
re eſt quedā inchoatio fructus: ita in operibus virtutum
eſt quedā inchoatio beatitudinis. que tunc erit quādo co
gnitio ⁊ caritas perficient̄. Et per hoc patet reſpōſio ad il
lud quod ſecūdo obijcit̄. Nam aliquid poteſt dici ꝓpter
ſe appetendū dupliciter quia ly propter poteſt deſignare
cauſam formalē vel finalē. Opera virtutū propter ſe ſunt
appetēda formaliter ſed nō finaliter. quia habēt in ſeipis
delectationē. Nam medicina dulcis appetit̄ ꝓpter ſe for-
maliter. quia habet in ſe vnde ſit appetibilis ſcꝫ dulcedi-
nem que tamē appetit̄ propter finem ſcꝫ propter ſanitatē
Sed medicina amara nō eſt appetenda ꝓpter ſe formali
ter quia nō delectat ratiōe ſue forme. ſed tamen ꝓpter ali
ud appetit̄ finaliter ſcꝫ ꝓpter ſanitateꝫ que eſt finis eius.

¶ Ex his apparet ratio quare apoſtolus effectus carnis
vocat opera. fructus autē ſpiritus vocat fructus. Dictuꝫ
eſt enim ꝙ fructus dicit̄ aliquod finale ⁊ ſuaue ex re ꝓdu
ctum. Quod autē producit̄ ex aliquo preter naturaꝫ eius
non habet rationē fructus ſed quaſi alterius germinis.
Opera autē carnis ⁊ peccata ſunt preter naturā eorū que
deꝰ nature noſtre inſeruit. Deus em̄ humane nature que
dam ſemina inſeruit ſcꝫ naturalē appetitū boni ⁊ cognitio
nem. ⁊ addidit etiā dona gratie. Et ideo quia opera virtu
tum ex his naturaliter ꝓducunt̄ fructus dicunt̄ non autē
opera carnis. Et ꝓpter hoc apoſtolus dicit. Ro. 6. Quē
ergo fructū habuiſtis tūc in illis in quibus nunc erubeſci
tis. Patet ergo ex dictis ꝙ fructus ſpiritus dicūtur ope-
ra virtutū ⁊ quia habent in ſe ſuauitatē ⁊ dulcedinē ⁊ qꝛ
ſunt quoddā vltimū productū ſcd̄m conuenientiā donoꝝ.

¶ Accipit̄ autē differentia donoꝝ. beatitudinū. virtutū.
⁊ fructuū ad inuicē hoc modo. In virtute em̄ eſt conſide-
rare habitū ⁊ actum. Habitus autē virtutis perficit ad be
ne agendū. Et ſi quidē perficiat ad bene operandū huma
no modo dicit̄ virtus. Si vero perficiat ad bene operan-
dum ſupra modū humanū dicitur donū. Unde phus ſu-
pra cōes virtutes ponit virtutes quaſdā heroycas. puta
ꝯgnoſcere inuiſibilia dei ſub enigmate eſt ꝑ modū huma
nū. Et hec cognitio pertinet ad virtutē fidei. Sed cogno-
ſcere ea perſpicue et ſupra humanū modū pertinet ad do-
nū intellectus. Actus autē virtutis vel eſt perficiēs. ⁊ ſic
eſt beatitudo. vel eſt delectās ⁊ ſic eſt fructus. Et de iſtis
fructibus dicit̄ Apoc. 22°. Ex vtraqꝫ parte lignū vite affe
rens fructus duodecī ⁊c. Dicit ergo fructus ſpiritus qui
ſcꝫ cōſurgit in anima ex ſeminatiōe ſpiritualis gratie: eſt
caritas ⁊c. Qui quidē ſic diſtinguūtur. quia fructus aut
perficit interiꝰ aut exterius. Primo ergo ponit illos qui
perficiūt interius. Secūdo illos qui perficiūt exterius ibi
Bonitas ⁊c. Interius autē homo perficit̄ et dirigit̄ ⁊ cir-
ca bona ⁊ circa mala. 2ᵉ. corinth. 6°. Per arma iuſticie a
dextris ⁊ a ſiniſtris. Circa bona autē perficiūt primo qui-
dem in corde per amorē. Nam inter motus naturales pri
mus eſt inclinatio appetitꝰ nature ad finē ſuū. ita primus
motuū interioꝝ eſt inclinatio ad bonuꝫ que dicit̄ amor. ⁊
ideo primus fructus eſt caritas. Rom̄. 5. Caritas dei dif
fuſa eſt in cordibꝰ noſtris ⁊c. ⁊ ex caritate perficiunt̄ alie.
⁊ ideo dicit apoſtolus Coll. 3°. Super omnia caritatē ha
bentes ⁊c. Ultimus aūt finis quo homo perficit̄ interius
eſt gaudiū quod procedit ex preſentia rei amate. Qui au
tē habet caritatē iam habet quod amat. 1ᵉ. Joh. 4. Qui
manet in caritate in deo manet ⁊ deus in eo. Et ex hoc cō
ſurgit gaudiū. Phil. 4. Gaudete in domino ſemper ⁊c.
Gaudiū autem debet eſſe perfectū. Et ad hoc duo requi-
runt̄. Primo vt res amata ſufficiēs ſit amanti ꝓpter ſuā
perfectionē. Et quantū ad hoc dicit pax. Tūc enim amās
pacem habet quādo rem amatā ſufficienter poſſidet. Can
tico. vlti. Ex quo facta ſum corā eo quaſi pacem reperiēs
⁊c. Secūdo vero vt aſſit perfecta fruitio rei amate quod ſi
militer per pacē habet̄. quia quicquid ſuperueniat ſi per-
fecte aliquis fruat̄ re amata puta deo: nō poteſt impedirī
ab eius fruitiōe. ps. Pax multa diligētibus legem tuā ⁊
nō eſt illis ſcandalū. Sic ergo gaudiū dicit caritatis frui-
tionē ſed pax caritatis perfectionē: per que homo interiꝰ
perficit̄ quantū ad bona. Circa mala etiā perficit ſpiritus
ſanctus ⁊ ordinat. ⁊ primo cōtra malū quod perturbat pa
cem que perturbat̄ per aduerſa. ſed ad hoc perficit ſpiritꝰ
ſanctus per patientiā que facit aduerſa patiēter tolerare.
Et ideo dicit. Patientia. Luc. 21. In patiētia veſtra poſ
ſidebitis animas veſtras. Jaco. 1°. Patiētia opus perfe-
ctum habet. Secūdo contra malū impediens gaudiū eſt
dilatio rei amate ad quod ſpiritꝰ opponit longanimitatē
que expectatiōe non frangit̄. Et quantū ad hoc dicit Lon
ganimitas. Abac. 2°. Si morā fecerit expecta eum. quia
⁊c. 2ᵉ. corinth. 6. In longanimitate ⁊c. Et ideo dicit do-
minus Math. 10. Qui perſeuerauerit vſqꝫ in finem ⁊c.

¶ Conſequēter cū dicit. Bonitas ⁊c. Ponit fructus ſpi-
ritus qui perficiūt quantū ad exteriora. Hominis autē ex
teriora ſunt vel id quod eſt iuxta ipm̄. vel id qđ eſt ſupra
ipm̄. vel id quod eſt infra ipm̄. Juxta ipm̄ eſt proximus.
ſupra ipm̄ deus. infra ipm̄ natura ſenſitiua ⁊ corpus. Sic
ergo quantū ad ꝓximū. perficit primo quidē in corde per
rectam ⁊ bonā voluntatē. Et quantū ad hoc dicit. Boni-
tas. id eſt rectitudo ⁊ dulcedo animi. Si em̄ homo om̄es
alias potētias bonas habeat nō poteſt dici bonus homo
niſi habeat voluntatē bonam ſcd̄m quā omnibꝰ alijs be-
ne vtit̄. Cuius ratio eſt. quia bonū dicit aliquod perfectū
Eſt autē duplex perfectio. Prima ſcꝫ que eſt ipm̄ eſſe rei
Secūda vero eſt eius operatio. et hec eſt maior ꝙ̄ prima.
Illud ergo dicit̄ ſimpliciter perfectum quod pertingit ad
perfectā ſui operationē que eſt ſecūda eius perfectio. Cū
ergo homo per voluntatē exeat in actum cuiuſlibet potē-
tie: voluntas recta facit bonū vſum omniū potentiarū. et
per cōſequens ipm̄ hominē bonum. Et de hoc fructu di-
cit̄ Ephe. 5. Fructus aūt lucri eſt in omni bonitate ⁊c.
Secūdo vero in opere: vt ſcilicꝫ ſua cōmunicet ꝓximo. ⁊
quantū ad hoc dicit. Benignitas. id eſt largitas rerū. 2ᵉ
corinth. 9. Hylarē enim datorē ⁊c. Benignitas enim di
cit̄ quaſi bona igneitas que facit hoīem fluere ad ſubueni
endū neceſſitatibus alioꝝ. Sapien. 1. Benignus eſt enīꝫ
ſpiritus ſapiētie ⁊c. Collo. 3°. Induite vos ergo ſicut ele-
cti dei ſancti ⁊ dilecti viſcera miſericordie benignitatē ⁊c
Item vt patiēter ſuſtineat proximi moleſtias. ⁊ quantuꝫ
ad hoc dicit. Manſuetudo. Math. 11. Diſcite a me quia
⁊c. Prouerb. 3°. Manſuetis dabit gratiam. Ad id vero
quod eſt ſupra nos ſcilicꝫ deus ordinat ſpiritus per fidē.
vnde dicit Fides: que eſt cognitio quedā inuiſibiliū cum
certitudine. Gen̄. 15°. Credidit abraam deo ⁊ reputatuꝫ
eſt ei ad iuſticiā. Heb. 11. Accedentē ad deum oportet cre
dere ⁊c. Et ideo Eccle. 1. Beneplacitū eſt deo fides ⁊ mā
ſuetudo ⁊c. Ad id quod eſt infra nos ſcꝫ corpa dirigit ſpi-
ritus. ⁊ primo q̄tum ad actus exteriores corpis qđ fit per
modeſtiaꝫ que ipis actibus ſeu dictis modū imponit. Et
quantū ad hoc dicit. Modeſtia. Philippen. 4. Mode-

ſtia veſtra ⁊c. Secũdo vero quantũ ad appetitũ ſenſitiuũ interiorẽ. ⁊ quantũ ad hoc dicit. Continẽtia que etiam a licitis abſtinet et caſtitas que licitis recte vtiť ſcḋm glo. Vel aliter continẽtia diciť ex eo ꝙ licet homo impugneť a prauis cõcupiſcentijs: tamen per ratiõis vigorem ſe tenet ne abducať. ⁊ ideo continẽtie nomen ſumptũ eſt ab eo ꝙ aliquis in impugnatiõe tenet ſe. Caſtitas vero diciť ex eo ꝙ quis nec impugnať nec abduciť. et diciť a caſtigando. Nam illũ dicimus bene caſtigatũ qui in omnibus ordinate ſe habet. ¶ Circa hoc dubitanť duo. Primo quia cum fructus ſpiritus aduerſenť operibus carnis. videť ꝙ apl's debuerit ponere tot fructus ſpiritꝰ quot poſuit opera carnis quod nõ fecit. Ad quod dicendũ eſt ꝙ ideo non fecit quia plura ſunt vitia ꝙ̃ virtutes. ¶ Secũdo dubitať quia fructus ſpiritus hic poſiti non reſpondent operibus carnis. Ad hoc dicendũ eſt ꝙ apoſtolus non intendit hic tradere artẽ virtutũ ⁊ vitiorum ⁊ ideo nõ ponit vnum cõtra aliud ſed aliqua enũerat de iſtis: ⁊ aliqua de illis ſm ꝙ expediens videť preſenti intentiõi. nihilominus tamẽ ſi diligenter conſidereť aliqualiter ſibi cõtra reſpondent. Nam fornicatiõi que eſt amor illicitus cõtra reſpondet caritas. immũdicie vero impudicitie ⁊ luxurie que ſunt carnales illecebre ⁊ ex fornicatiõe proueniũt contra ponitur gaudiũ quod eſt ſpiritualis delectatio cõſequens ex caritate vt dictũ eſt. Ei vero quod eſt ydoloꝝ ſeruitus contra poniť pax. Ei vero qḋ dicit veneficia ⁊c. vſqꝫ ad diſſenſiones patiẽtia longanimitas ⁊ bonitas. Ei vero quod diciť ſecte contra poniť fides. Ei vero quod diciť inuidie. benignitas. Ei autẽ quod diciť homicidia. mãſuetudo. Ei qḋ diciť ebrietas. comeſſatiões ⁊ his ſimilia: cõtra poniť modeſtia continẽtia et caſtitas.

## Lectio ſeptima.

**Duerſus huiuſmodi non eſt lex. qui**
**a autem ſunt xp̃i. carnem ſuam cruci-**
**fixerunt cum vitijs ⁊ cõcupiſcentijs.**
**Si ſpiritu viuimꝰ: ſpiritu ambulemus. Nõ**
**efficiamur inanis glorie cupidi: inuicem prouocantes: inuicẽ inuidentes.**

Enumeratis operibus carnis ⁊ ſpiritus: hic ↄſequẽter ex vtriſqꝫ cõcludit ꝙ qui ſpiritũ ſequũtur nõ ſunt ſub lege: ⁊ vtiť tali ꝓbatiõe. Ille eſt ſub lege qui eſt obnoxius legi. i. q̃ facit ↄtraria legi. Sed illi qui aguntť ſpũ non faciũt opa ↄtraria legi. ergo nõ ſũt ſub lege. Prĩo ergo oſtẽdit ꝓpoſitũ ex parte operũ ſpiritus. Secũdo ex parte operum carnis. ibi. Qui autẽ ſunt ⁊c. Dicit ergo. Dico ꝙ qui aguntur ſpiritu nõ faciunt opera cõtraria legi. quia faciũt opera ſpiritus et aduerſus huiuſmodi nõ eſt lex. id eſt contra opera ſpiritus. ſed ſpiritus docet ea. Nam ſicut lex exterius docet opera virtutũ: ita et ſpiritus interius mouet ad illa. Rom̃. 7. Condelector em̃ legi dei ſcḋm interiorẽ hominẽ ⁊c. Aut faciũt opera carnis ⁊ hec in his qui ſpiritu dei aguntur non ſunt cõtraria legi. Unde dicit. Qui xp̃i ſunt. id eſt qui ſpiritũ dei habẽt. Nam Rom̃. 8. Qui ſpiritum dei nõ habet hic non eſt eius. Illi ergo ſpiritu dei aguntť qui ſunt xp̃i. Iſti inꝙ̃ carnem ſuam crucifixerũt ⁊c. non autẽ dicit vitia ⁊ cõcupiſcentias vitant: quia bonus medicus tũc bene curat quãdo adhibet remedia ↄtra cauſam morbi. Caro autẽ eſt radix vitioꝝ. Si ergo volumus vitare vitia oportet domare carnẽ. 1ᵉ. corinth. 9. Caſtigo corpus meũ ⁊c. Quia vero caro domať per vigilias ieiunia ⁊ labores. Eccľ. 33º. Seruo maliuolo tortura ⁊ cõpedes ⁊c. Ad hec autẽ opera mouenť ex deuotione quã habent ad xp̃m crucifixũ. ideo ſignanter dicit. Crucifixerũt. id eſt xp̃o crucifixo ſe ↄformauerũt affligẽdo carnẽ ſuã ⁊c.

Romañ. 6º. Uetus homo noſter ſimul crucifixus eſt ⁊c. ſupra ſecũdo. Ut deo viuam xp̃o confixus ſum cruci ⁊c. Quia vero nõ crucifigũt carnem deſtruendo naturã quia nemo carnem ſuã odio habuit. vt diciť Epheſ. 5º. Sed quantũ ad ea que contrarianť legi. ideo dicit. Cuꝫ vitijs id eſt cũ peccatis ⁊ cõcupiſcentijs. id eſt paſſionibus quibus anima inclinať ad peccandũ. Non em̃ bene crucifigit carnẽ qui etiam paſſionibus locuꝫ non aufert. Aliter cũ ratio nõ ſemꝑ inuigilet ad peccata vitandũ vt oportet poſſet quãdoqꝫ cadere. Eccľ. 18. Poſt cõcupiſcentias tuas non eas ⁊c. Rom̃. 13º. Carnis curam ne feceritis ⁊c. ¶ Conſequẽter cũ dicit. Si ſpiritu viuimus ⁊c. ponit tertiũ beneficiũ ſpiritusſancti quod cõfert vitaꝫ. Et primo ponit beneficiũ ſpiritus dei. Secũdo excludit vitia ſpiritus mũdi ibi. Non efficiamur ⁊c. Dicit ergo cõnumerans ſe eis quibus ſcribit. Dico ꝙ debemus ambulare per ſpiritum quia ⁊ per ip̃m viuimus ⁊ nõ per carnem. Rom̃. 8. Debitores ſumus nõ carni ⁊c. Si ergo ſpiritu viuimus: debemus in omnibꝰ ab ip̃o agi. Sicut em̃ in vita corporali corpus nõ moueť niſi per animã per quã viuit. ita in vita ſpirituali om̃is motus noſter debet eſſe a ſpiritu ſancto Ioh. 6. Spiritus eſt qui viuificat. Actu. 17. In ip̃o viuimus mouemur ⁊ ſumus. Et ne ea que dicta ſunt de ſpiritu intelliganť de ſpiritu mũdi de quo diciť. 1ᵉ. corinth. 2. Nos autẽ non ſpiritũ huius mũdi accepimus. Ideo hoc cõſequẽter remouet apoſtolus dicẽs. Non efficiamur ⁊c. Ubi tria excludit ꝓpria ſpiritus mũdi. ſcꝫ inanẽ gloriam iracundiã ⁊ inuidiã. quibus tribus ↄuenienter aptari poteſt nomẽ ſpiritus. Significat em̃ ſpiritus quandã inflationẽ. Unde ſcḋm hoc illi dicunť magni ſpiritus qui ſunt inflati per inanẽ gloriã. Eſa. 25. Spiritus robuſtoꝝ quaſi turbo impellẽs parietẽ ⁊c. Et quantũ ad hoc dicit. Nõ efficiamur inanis glorie cupidi. id eſt glorie ſecularis Cũ enim vanũ ſit quod nec ſolide firmať nec veritate fulcitur nec vtilitate amať. ideo gloria huiꝰ mundi vana eſt: quia caduca ⁊ nõ ſolida. Eſa. 40. Omnis caro fenũ ⁊c. ⁊ quia falſa eſt. 1. Macha. 2. Gloria hominis peccatoris ſtercus ⁊ vermis. Sed vera gloria eſt in proprijs bonis hominis que ſunt bona ſpiritualia. ⁊ hãc habent ſancti. 2ᵉ. corint. 1º. Gloria noſtra hec eſt teſtimoniũ conſcientie noſtre ⁊c. Et quia inutilis ⁊ infructuoſa. Nam quãtamcũqꝫ gloriaꝫ habeat quis ex teſtimonio ſeculariũ non poteſt ꝓpter hoc cõſequi finem ſuũ quem conſequiť teſtimonio dei. 1ᵉ. coꝝ 1º. Qui gloriať in dño glorieť ⁊c. Non autẽ dicit. nõ habeatis inanẽ gloriam. ſed nõ efficiamini cupidi. quia gloria ſequiť aliquãdo fugientes eam. ⁊ ſi oportet recipi non tamen ameť. Item ſignificat impetuoſitatẽ. Prouer. 27 Impetũ cõcitati ſpiritus ferre quis poterit? Et ſignificat iracundiã. Et quantũ ad hoc dicit. Inuicẽ ꝓuocantes ſcꝫ ad contentionẽ vel litem vel alia illicita. Rom̃. 13º. Non in contentiõe ⁊ emulatõe ⁊c. Item eſt ſpiritus triſticie de quo diciť Prouerb. 17. Spiritus triſtis exſiccat oſſa. Et quantũ ad hoc dicit. Inuicẽ inuidentes. Prouerb. 14. Putredo oſſium inuidia ⁊c. Cuiꝰ ratio eſt. quia ip̃a ſola creſcit ex bono.

## Capitulum ſextum.

**Ratres: ⁊ ſi preoccupatus fuerit**
**f homo in aliquo delicto: vos qui**
**ſpiritales eſtis huiuſmodi iſtruite in ſpiritu lenitatis: conſiderãs teip̃m ne ⁊ tu tempteris. Alter alterius onera portate ⁊ ſic adimplebitis legem xp̃i. Nã ſi quis exiſtimat ſe aliquid eſſe cum nihil ſit**

ipſe ſe ſeducit. Opus autē ſuū probet vnuſquiſqꝫ: ⁊ ſic in ſemetipſo tantum gloriam habebit ⁊ non in altero. Unuſquiſqꝫ enī onus ſuum portabit.

Poſtq̄ apoſtolus reduxit galathas ad ſtatū veritatꝭ quātum ad res diuinas. hic conſequēter reducit eos quantū ad res humanas: inſtruens eos qualiter ſe habeāt ad homines. Et primo qualiter ſe habeāt ad rectos. Secundo quomō ad peruerſos ibi. Uidete qualibꝫ litteris ⁊c. Circa primū tria facit. Primo docet qualiter ſuperiores ſe habeant ad inferiores. Secūdo qualiter equales ad coequales ibi. Alter alteriꝰ ⁊c. Tercio qualiter inferiores ad ſuperiores ibi. Cōmunicet autē is ⁊c. Circa primū duo facit. Primo ponit ammonitionē. Secūdo aſſignat ammonitiōis rationē. ibi. Conſiderās teipm ⁊c. Quia ergo de peccatis multa dixerat ne aliqs a peccato īmunis in peccatores deſeuiret. ideo āmonitionē de māſuetudine ⁊ miſericordia eis proponit dicēs: Fratres ⁊ ſi preoccupatus fuerit homo ⁊c. Ubi tria ponit que faciūt ad ammonitionē. Primū eſt ſurreptio. naꝫ quādo aliqui ex malitia peccāt minus digni ſunt venia. Job. 34. Qui quaſi de induſtria receſſerūt ⁊c. Sed quādo aliquis p̄occupat̄ temptatiōibus ⁊ inducit̄ ad peccandū: facilius debet ei venia cōcedi. ⁊ ideo dicit. Et ſi preoccupatus fuerit ⁊c. id eſt imprudēter lapſus vt nequeat vitare. Secundū eſt peccatorū paucitas. Naꝫ aliqui ex cōſuetudine peccāt. Oſee. 4. Maledictū ⁊ mendaciū ⁊ homicidiū ⁊ furtū ⁊ adulteriuꝫ inundauerūt et ſanguis ſanguinē tetigit ⁊c. Et contra tales ſeuerius eſt agendū. Et hoc excludit̄ cū dicit. In aliquo: quaſi nō vſu quottidiano peccans. Terciū eſt peccatoꝝ qualitas. Nam quedā peccata cōſiſtunt in tranſgreſſione. quedā vero in omiſſione. Grauiora autē ſunt prima ſecūdis. quia illa opponūtur preceptis negatiuis que obligāt ſemper ⁊ ad ſemper: hec vero opponūtur preceptis affirmatiuis que cū non obligēt ad ſemper nō poteſt ſciri determinate quādo obligant. Unde dicit̄ in p̄s. Delicta quis intelligit ⁊c. Et quantū ad hoc dicit. Delicto. Uel ſcdm̄ glo. Delictū eſt peccatū ex ignorātia. His ergo premiſſis ad miſericordiā eos qui corrigunt monet ⁊ hi ſunt ſpirituales ad quos pertinet correctio. Unde dicit. Uos qui ſpiritales eſtis huiuſmōi inſtruite. 1ᵉ. corint. 2ᵒ. Spiritualis iudicat oīa ⁊ ipſe a nemine iudicat̄ ⁊c. Et huiꝰ ratio eſt. quia rectum iudiciū habet de omnibus qui circa vnūquodqꝫ recte diſpoſitus eſt. ſicut qui ſanū guſtum habet recte iudicat de ſapore. Solus aūt ſpiritualis bene diſpoſitus eſt circa agenda. ⁊ ideo ipſe ſolus de eis bene iudicat. Sed quia nomē ſpiritus rigorem quēdam ⁊ impulſum deſignat. ſcdm̄ illud Eſaie. 25ᵒ. Spiritus robuſtoꝝ quaſi turbo impellēs parietē ⁊c. non eſt credendū q̄ viri ſpirituales ſint nimis rigidi in corrigēdo. Nam hoc ſpiritus huius mūdi facit. ſed ſpiritusſanctus ſuauitatē quandam ⁊ dulcorē efficit in hoīe. Sapi. 12ᵒ. O q̄ bonus ⁊ ſuauis eſt ſpiritꝰ tuus dn̄e ⁊c. Et ideo dicit. In ſpiritu lenitatis. p̄s. Corripiet me iuſtus in miſericordia ⁊c. Contra quod dicit̄ de quibuſdā Ezech. 34. Cū auſteritate imperabatis eis ⁊c. Dicit autē inſtruite ⁊ corrigite. quia loquit̄ de preoccupatis ⁊ delinquētibus qui indigēt inſtructione. Uel quia oīs peccans eſt ignorās. Prouer. 14 Errāt qui operant̄ malū. Rationē autē ammonitiōis ſubdit dicēs: Conſiderās teipm ⁊c. Quaſi dicat. Ita fiat vt dixi. quia ⁊ tu fragilis es. nam quādiu in hac vita mortali ſumus: proni ſumus ad peccandū. Nihil autē ita frangit hoīs ſeueritatē in corrigendo q̄ timor ꝓprij caſus. Eccl. 31. Intellige que ſunt ꝓximi tui ex teipſo. ❡ Qualiter autē ſe habeāt ad equales oſtendit dicēs: Alter alterius ⁊c. Et primo ꝓponit ammonitionē. Secūdo aſſignat eius rationē. ibi. Et ſic adimplebitis ⁊c. Tercio excludit ammonitiōis implende impedimentū. ibi. Naꝫ ſiquis exiſtimat ⁊c. Ammonet aūt ad mutuā ſupportationē dicens Alter alterius onera portate. Et hoc tripliciter. Uno modo defectū alterius corporalē ſeu ſpiritualē pacienter tolerando. Roṁ. 15. Debemus autē nos firmiores ⁊c. Alio modo neceſſitati mutue ſubueniēdo ⁊c. Roṁ. 12. Neceſſitatibus ſanctoꝝ cōmunicantes ⁊c. Tercio modo ꝓ pena ſibi debita ſatiſfaciendo oratiōibus ⁊ bonis operibus. Prouer. 18. Frater qui iuuat̄ a fratre ⁊c. Ratio autē ammonitiōis eſt adimpletio legis xp̄i que ſimiliter eſt charitas. Roṁ. 13. Plenitudo legis eſt dilectio. Unde dicit. Et ſic adimplebitis legē xp̄i. id eſt caritatē. Dicit̄ autē caritas ſpecialiter lex xp̄i triplici ratiōe. Primo q꞉ per hoc diſtinguitur lex noua a lege veteri. Nam illa eſt timoris: hec vero amoris. Unde auguſti. dicit. Parua differētia eſt veteris legis ⁊ noue: timor ⁊ amor. Secūdo quia per caritatē ſpecialiter xp̄us legem ſuā ꝓmulgauit. Joh. 13. In hoc cognoſcēt omnes quia mei eſtis diſcipuli ſi dilectionē ⁊c. Et iterū. Mandatū nouū do vobis vt diligatis inuicē ⁊c. Tercio quia ipſam impleuit xp̄s ⁊ exemplū eaꝫ implendi nobis reliquit. Nam ipſe ex caritate peccata noſtra tulit. Eſa. 53ᵒ. Uere languores noſtros ipſe tulit. 1ᵉ. petri. 2ᵒ. Qui peccata noſtra pertulit in corpe ſuo ſuper lignū ⁊c. Iſa. 40. Fetas ipſe portabit. Sic ergo debemꝰ alter alterius onera portare ex caritate vt ſic impleamꝰ legem xp̄i. ❡ Impedimentū autē implende ammonitiōis p̄dicte eſt ſuperbia. Ideo hoc excludēs dicit. Nam ſiquis exiſtimat ⁊c. Et primo vituperat ipſam ſuperbiā. Secūdo oſtendit modū vitandi eam. ibi. Opus autē ſuū ⁊c. Tercio vitandi rationē aſſignat ibi. Unuſquiſqꝫ eīm ⁊c. Dicit ergo. facite vt dixi. Sed cōtingit aliquem onus alterius nō portare. quia prefert ſe alijs. Unde dicebat ille Luce 18. Non ſum ſicut ceteri hominū ⁊c. Et ideo dicit. Nam ſiquis exiſtimat ſe aliquid eſſe. id eſt in mente ſua ſuperbe iudicat ſe magnū eſſe in comparatiōe peccātis cum nihil ſit ex ſe quia quicquid ſumus hoc eſt ex gratia dei ſcdm̄ illud apoſtoli. 1ᵉ. corinth. 15. Gratia dei ſum id quod ſum. Qui inq̄ tale aliquid facit ipſe ſe ſeducit. id eſt a veritate ſe diuidit. Eſa. 40. Omnes gētes quaſi nō ſint ⁊c. Luc. 17. Cum oīa bene feceritis dicite: ſerui inutiles ſumus ⁊c. Remediū autē vitandi eſt propꝛioꝝ defectuū cōſideratio. Nam ex hoc q̄ aliquis alienos ⁊ nō ſuos defectus cōſiderat. videt̄ ſibi aliquid eſſe in comparatiōe ad alios in q̄bus defectus intuet̄ ⁊ ſuos nō ꝯſiderans ſuperbit. Et idō dicit. Opus aūt ſcꝫ interius ⁊ exteriꝰ. ſuū. id eſt propriū. ꝓbet. id eſt diligenter examinet vnuſquiſqꝫ. 1ᵉ. corint. 11. Probet ſeipm homo ⁊c. Et ſic in ſeipſo. id eſt in ꝓpria cōſcientia gloriā habebit. id eſt gloriabit̄ ⁊ gaudebit. 2ᵉ. corinth. 1ᵒ. Gloria noſtra hec eſt teſtimoniū conſcientie noſtre. Et nō in altero. id eſt nō in laude alterius. Uel ſic. in ſemetipſo. id eſt per ea que ſui ipſius ſunt gloriā habebit. id eſt gloriabit̄ in conſideratiōe ſui et non in altero. id eſt non in cōſideratione alterius. 2ᵉ. corinth. 12. Libēter gloriabor in infirmitatibꝰ meis ⁊c. Uel in ſemetipſo. id eſt in deo qui in eo habitat gloriabit̄. id eſt eius erit gloria ⁊ nō in altero q̄ in deo. 2ᵉ. corinth. 10. Qui gloriat̄ in domio glorie̊t. Ratio vitandi ſuperbiā eſt premiū vel pena vniuſcuiqꝫ ꝓ merito vel demerito reddēda. Unde dicit. Unuſquiſqꝫ enim onus ſuū portabit. Quod videt̄ contrariū ei quod dixerat. Alter alterius onera portate. Sed ſciendū eſt q̄ ibi loquit̄ de onere ſuſtinende infirmitatis qd̄ debemus mutuo portare. hic loquit̄ de onere reddende rōnis quod quilibet ꝓ ſe portabit ſiue ſit onus premij ſiue pene

Nam onus aliquãdo quidez pondus pene:aliquãdo pre
mij ſignificat. 2ᵉ.corinth.4. Eternũ glorie pondus ope-
ratꝛc.Eſa.3.Dicite iuſto quoniã bene:quoniã fructũ ad-
inuentionũ ſuaꝝ comedet ve impio in malũ ꝛc. Si aũt di
cant aliqui rationẽ reddere ꝓ alijs.puta prelati ꝓ ſubdi-
tis ſm illud Ezech.3.Sanguinẽ eius de manu tua requi
ram ꝛc. Et heb.vlti.Obedite prepoſitis veſtris. ipſi eñ
peruigilãt quaſi rationẽ reddituri pro animabus veſtris
nõ eſt contrariũ dicto apoſtoli quia nõ puniũtur ꝓ pecca-
tis ſubditoꝝ ſed pro ꝓprijs que in cuſtodia ſubditoꝝ cõ-
miſerũt.Eſt ergo vitanda ſuperbia ⁊ peccatũ. quia vnuſ-
quiſq; onus ſuũ.i.menſurã gratie ſue offeret deo in die iu
dicij tanq̃ manipulos bonoꝝ operũ.ps.Uenientes autẽ
venient cũ exultatiõe Et hoc quantũ ad bonos.vel onus
ſuũ portabit.i.penam ꝓ ꝓprio peccato.

## Lectio ſecunda.

**Ommunicet autez is qui cathetizat**
c **verbo ei qui ſe cathetizat in omnibꝰ**
**bonis. Nolite errare: deus non irri-**
**detur. Que eñ ſeminauerit homo hec ⁊ me-**
**tet:quoniã qui ſeminat in carne ſua: de car-**
**ne ⁊ metet corruptionẽ. qui autẽ ſeminat in**
**ſpiritu de ſpiritu metet vitam eternam. Bo**
**nũ autem facientes non deficiamus.tempo-**
**re eniz ſuo metemus non deficientes. Ergo**
**dum tempus habemus operemur bonuz ad**
**omnes: maxime autẽ ad domeſticos fidei.**

Poſtq̃ apl's oſtendit qualiter ſuperiores ſe habeãt ad in
feriores ⁊ equales equalibꝰ.hic ꝯſequenter oſtendit qua
liter inferiores ſe habeãt ad ſuperiores dicens:inferiores
debere ſuperioribꝰ miniſtrare ⁊ obſequi.Et circa hoc tria
facit.Primo monet vt miniſtrẽt prompte. Scdo vt mini
ſtrent perſeuerãter ibi.Bonũ autẽ facientes nõ deficiamꝰ
ꝛc.Tercio vt miniſtrent cõmuniter ibi.Ergo dũ tempus
habemus ꝛc.Circa primũ duo facit.Primo ponit moni-
tionẽ miniſterij.Scdo excuſationẽ excludit ibi Nolite er
rare ꝛc.Dicit ergo dictum eſt ſupra quomõ ſuperiores ſe
debeãt hacere ad inferiores ſcz leniter corripiendo ⁊ in-
ſtruendo.nũc autẽ reſtat videre qualiter inferior ſuperio-
ri obſequat.⁊ ideo dicit. Communicet aũt qui cathetizat
tis. Tob. 4. Quō potueris ita eſto miſericors. Sed de
us diues eſt etiā in omnibus qui inuocant illū vt dicitur
Ro. 10. Secundo eſt finita miſericordia hominis. qꝛ nō
remittit niſi offenſaꝫ ꝓpriā: ⁊ in hoc etiā modus eſſe de-
bet vt ſcilicet non ſic paſſim remittat vt ille cui remittit
efficiat̄ procatior ꝓnior ⁊ facilior ad iteꝝ offendendum.
Eccs. 8. Etenī quia nō ꝓfertur cito contra malos ſentē
tia abſqꝫ timore vllo filij hominum ꝑpetrant mala. Deo
aūt nihil nocere poteſt. ⁊ ideo poteſt omnē offenſam re-
mittere. Job. 35. Si peccaueris quid ei nocebis? Et pa-
rum poſt. Porro ſi iuſte egeris quid donabis ei? Ter-
tio homo miſeretur penā remittendo ⁊ in hoc etiā ē mo-
dus ſeruandus ſcilicet vt non facias cōtra legis ſuperio
ris iuſticiā. Deus autē penā omniū remittere poteſt cuꝫ
non aſtringatur aliqua ſuperiori lege. Job. 34. Quem
conſtituit alium ſuper terrā ⁊ quē poſuit ſuper orbē quē
fabricatus eſt? Sic ergo miſericordia dei eſt infinita. q̇a
non coartatur anguſtijs diuitiaꝝ: neqꝫ timore nocumen
ti reſtringitur: ⁊ neqꝫ lege ſuperioris. ¶ Cauſa vero ex-
emplaris beneficij eſt. quia in chriſto collata eſt. Et ꝙtū
ad hoc dicit. Cum eſſemus mortui peccatis conuiuifica-
uit nos xp̄o ⁊c. Ubi tangit triplex beneficiū. ſcilicet iuſti
ficationis reſurrectionis a mortuis: ⁊ aſcenſionis in celū
per que tria chriſto aſſimilantur. Dicit ergo quātum ad
primū vt legatur littera ſuſpenſiue. Deus autem qui di-
ues eſt ⁊c. Cum eſſemus mortui peccatis conuiuificauit
nos xp̄o. id eſt ſimul viuere facit cum xp̄o. Oſee. 6. Ui-
uificabit nos poſt duos dies ⁊c. Conuiuificauit inꙗ hic
ſcilicet per vitā iuſticie. ps̄. Qui poſuit animā meaꝫ ad
vitā. ⁊ hoc in xp̄o id eſt per gratiaꝫ xp̄i. cuius ſcilicet xp̄i
gratia eſtis ſaluati. Ro. 8. Spe enim ſalui facti ſumus.
Quantū vero ad ſcḋm dicit: Et conreſuſcitauit nos cuꝫ
xp̄o ꝙtum ad animā in re ⁊ ſpe ꝙtum ad corpus. Ro. 8.
Qui ſuſcitauit ip̄m a mortuis viuificabit ⁊ mortalia cor
pora noſtra ⁊c. ¶ Quantū vero ad tertiū dicit. Et conſe
dere fecit in celeſtibus in chriſto ieſu ſcilicet nunc ꝑ ſpeꝫ
⁊ tandeꝫ in futuro in re. quia vt dicitur Johan. 12. Ubi
ego ſum illic ⁊ miniſter meus erit ⁊c. Itē Apoc. 3. Qui
vicerit dabo ei ſedere mecum in throno meo: ſicut ⁊ ego

vici ⁊ ſedi cū patre meo in throno eius. Utitur autē in his apoſtolus p̄terito ꝓ futuro: enuncians tanq̄ iam factum quod futurū eſt pro certitudine ſpei. Sic ergo conuiuificauit quantū ad animā tandē reſuſcitabit quātum ad corpus. conſedere fecit quantū ad vtrūq̄. ¶ Cōſequenter cū dicit. Ut oſtenderet ⁊c. Oſtendit cauſam finalē collati beneficij. quod quidē poteſt dupliciter legi. quia ſecula ſuperuenientia vel poſſunt accipi in vita iſta vel in vita futura. Si em̄ accipiantur in vita iſta tunc ſeculū eſt quedā menſura temporis: ⁊ periodus vnius generatiōis vt dicatur ſic. Dico ꝙ nos qui ſumus primitie dormientium conuiuificauit in xp̄o: ⁊ hoc vt oſtenderet in ſeculis ſuꝑuenientibus id eſt in his qui futuri ſunt poſt nos abūdātes diuitias gratie ſue. ⁊ hoc non meritis noſtris: ſed bonitate ſua que eſt ſcilicet ſuꝑ nos in chriſto ieſu id eſt per xp̄m ieſum. 1. Thi. 1. Jeſus xp̄s venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere: quoꝝ prim⁹ ego ſum: ⁊ ideo miſericordiā conſecutus ſum: vt in me oſtenderet xp̄s omnem patientiā ad informationē illoꝝ qui credituri ſunt illi in vitam eternā. Sic ergo de⁹ largitus eſt ſanctis p̄mitiuis abundantia dona gratie vt poſteri facilius conuertantur ad xp̄m. Uel poteſt aliter accipi ſeculū ſcilicet in alia vita de quibus dicitur Ecc. 24. Et vſq̄ ad futurum ſeculum non deſinam. Sed licet ibi ſit vnū ſeculū quia ibi eſt eternitas. dicit tamē in ſeculis ſuꝑuenientibus ꝓpter multitudinē ſanctoꝝ participantiū eternitatem. vt dicantur ibi tot ſecula quot ſunt eternitates participate. De his ſeculis dicitur in pſ. Regnum tuū regnum omniū ſeculoꝝ. Dicit ergo ſm̄ hunc ſenſum. dico ꝙ viuificauit nos in ſpe ſcilicet per chriſtum vel in gratia: vt oſtenderet in ſeculis ſuperuenientib⁹ id eſt in alia vita cōpleret abundantes diuitias gratie ſue. id eſt abūdantē gratiā quā etiā in hoc mundo dū multa dimittit peccata ⁊ maxima dona concedit. dicit Que quidē ſuꝑabundat in vita alia. quia ibi indeficienter habetur. Joh. 10. Ego veni vt vitā ſcilicet gratie habeant in hoc mundo ⁊ abundanti⁹ habeāt ſcilicet glorie in patria. Et hoc in bonitate ſua. pſ. Quam bonus iſrael deus. Tren. 3. Bonus eſt dominus ſperantibus in eū: anime querenti illum. Et hoc ſupra nos. id eſt ſupra noſtrum deſideriū ſupra noſtrū intellectū: ⁊ ſupra capacitatē noſtram Eſa. 64. Oculus non vidit deus abſq̄ te que preparaſti expectantib⁹ te. Et hoc in chriſto ieſu id eſt per xp̄m ieſum quia ſicut gratia nobis confertur per chriſtum: ita ⁊ gloria que eſt gratia conſumata. pſ. Gratiā ⁊ gloriā dabit dominus. Per ip̄m em̄ beatificamur ꝑ quē iuſtificamur Dicit autē. Ut oſtenderet. quia thezaurus gratie in nobis eſt occultus: quia habemus ipſum in vaſis fictilib⁹ vt dicitur. 2. coꝝ. 4. ⁊. 1. Johā. 3. Uidete qualē charitatē dedit nobis pater vt filij dei nominemur ⁊ ſim⁹. Et parum poſt. Nunc filij dei ſumus ⁊ nondum apparuit ⁊c. Sed ille thezaurus occult⁹ quia nondū apparuit: in ſeculis ſuperuenientibus oſtendetur. quia in patria oīa erūt nobis aperta: que ad manifeſtam ſanctoꝝ gloriam pertinent. Ro. 8. Non ſunt condigne paſſiones huius tēporis ad futuram gl'iam que reuelabitur in nobis.

## Lectio tertia.

**Gratia em̄ eſtis ſaluati per fidem et hoc non ex vobis. Dei em̄ donū eſt non ex operibus: vt ne quis glorietur. Ipſius em̄ ſumus factura creati in chriſto ieſu in operibus bonis: que preparauit deus vt in illis ambulemus.**

Supra cōmemorans apoſtolus beneficiū dei quo liberati ſumus a peccato interpoſuerat ꝙ gratia xp̄i eram⁹ ſaluati. nunc autē illud probare intendit. Circa quod duo facit. Primo em̄ ꝓponit intentionē ſuam. Secūdo manifeſtat ꝓpoſitum ibi. Et hoc non ex nobis ⁊c. Dicit ergo primo Bene dixi cuius gratia eſtis ſaluati. Et certe adhuc dico ſecure. Enim ꝓ quia eſtis ſaluati gratia. 1. coꝝ. 15. Gratia dei ſum id quod ſum. Ro. 3. Juſtificati per gratiā ipſius. Idem em̄ eſt ſaluari ⁊ iuſtificari. Sal⁹ enim importat liberationē a periculis. Unde perfecta ſalus hominis erit in vita eterna quando ab omnibus periculis īmunis erit. ſic nauis dicitur eſſe ſaluata quādo venit ad portū. Eſa. 60. Occupabit ſal⁹ muros tuos ⁊ portas tuas laudatio. Huius autē ſalutis ſpem ſuſcipiūt homines dum in preſenti iuſtificantur a peccato. ⁊ ſm̄ hoc dicuntur ſaluati eſſe ſm̄ illud Ro. 8. Spe em̄ ſaluati ſumus. Hec autē ſaluatio gratie eſt per fidem xp̄i Concurrit em̄ ad iuſtificationē impij ſimul cū infuſiōe gratie motus fidei in deū in adultis. Luc. 8. Uade in pace fides tua te ſaluum fecit. Ro. 6. Juſtificati em̄ ex fide pacem habeamus. ¶ Deinde cū dicit. Et non ex nobis ⁊c. Manifeſtat quod dixerat. ⁊ primo q̄tū ad fidem que eſt fundamentū totius ſpiritualis edificij. Secundo quātū ad gratiam ibi. Ipſius em̄ ſumus factura ⁊c. Circa p̄mum excludit duos errores. quorum prim⁹ eſt quia dixerat ꝙ per fidem ſumus ſaluati. poſſet quis credere ꝙ ip̄a fides eſſet a nobis. quia credere in noſtro arbitrio conſtitutum eſt. Et ideo hoc excludens dicit. Et hoc non ex nobis. Non em̄ ſufficit ad credendū liberū arbitriū. eo ꝙ ea que ſunt fidei ſunt ſupra rationē. Ecc. 3. Plurima ſupra ſenſum hominis oſtēſa ſunt tibi. 1. cor. 2. Que dei ſunt nemo nouit niſi ſpirit⁹ dei ⁊c. Et ideo ꝙ homo credit hoc non poteſt ex ſe habere niſi deus det. ſcd̄m illud Sap. 9 Senſum autē tuū quis ſciet niſi tu dederis ſapientiā et miſeris ſpiritūſanctū tuū de altiſſimis. Propter qd̄ ſubdit. Dei em̄ donū eſt ſcilicet ipſa fides. Phil. 1. Uobis autē donatū eſt pro xp̄o nō ſolū vt in eū credatis: ſed etiā pro eo patiamini. ⁊. 1. coꝝ. 12. Alij em̄ datur fides in eodem ſpiritu. Secundo excludit aliū errorē. Poſſet em̄ aliquis credere ꝙ fides daretur nobis a deo merito operum precedentiū. ⁊ ad hoc excludendum ſubdit. Nō ex operibus ſcilicet precedentibus hoc donū meruim⁹ aliquando ꝙ ſaluati ſumus: quoniā hoc eſt ex gratia vt ſupra dictū eſt ſm̄ illud Ro. 11. Si autē gratia iam non ex operibus. alioquin gratia iam nō eſt gratia. ¶ Subdit autē rationē quare deus ſaluat homines per fidē abſq̄ meritis precedentibus. Ut ne quis glorietur in ſeipſo: ſed tota gloria in deum referatur. pſ. Non nobis domine nō nobis ⁊c. 1. coꝝ. 1. Ut non glorietur omnis caro in conſpectu eius. ex ipſo autē vos eſtis in xp̄o ieſu. ¶ Deinde cū dicit Ipſius em̄ factura ſumus ⁊c. Manifeſtat quod dixerat quantū ad gratiā. Circa quod duo facit. Primo manifeſtat gratie infuſionē. Secundo declarat gratie p̄deſtinationē ibi. Que preparauit deus ⁊c. Duo autē ad rationē gratie pertinent que etiā iā dicta ſunt. quoꝝ p̄mū eſt. vt id quod eſt per gratiā non inſit homini per ſeip̄m vel a ſeipſo. ſed ex dono dei. Et quātū ad hoc dicit. Ipſius em̄ factura ſumus. quia ſcilicet quicquid boni nos habemus non eſt ex nobiſipſis ſed ex deo faciente. pſ. Ip̄e fecit nos ⁊ non ip̄i nos. Deut. 32. Nonne ip̄e eſt pater tuus qui poſſedit fecit ⁊ creauit te. Et continuatur īmediate cū precedenti vt dicatur. Ne quis glorietur ꝙ ſcilicet ipſius factura ſumus. Uel poteſt continuari cū eo quod ſupra dixerat. Gratia em̄ ſaluati ſumus. ¶ Secundo pertinet ad rationē gratie vt non ſit ex operibus precedentib⁹ et hoc exprimitur in hoc ꝙ ſubdit. Creatura. Eſt em̄ creare aliquid ex nihilo facere. Unde quando aliquis iuſtifi-

catur ſine meritis precedentibus dici poteſt creatus q̄ſi
ex nihilo factus. Hec aūt actio ſcilicet creatio iuſticie fit
virtute chriſti ſpiritūſanctū dantis. Propter quod ſub-
dit. In chriſto ieſu id eſt per chriſtum ieſum. Gal. vltio.
In xp̄o em̄ ieſu neq̄ circūciſio aliquid valet neq̄ prepu-
tium: ſed noua creatura. pſ̄. Emitte ſpiritū tuū ⁊ creabū
tur. ¶ Ulterius non ſolū datur nobis habitus virtutis
⁊ gratie: ſed interius per ſpiritū renouamur ad bn̄ ope-
randū. Unde ſubdit. In operib⁹ bonis. quia ſcilicȝ ipſa
bona opera ſunt nobis a deo Eſa. 36. Omnia em̄ opera
noſtra operatus es in nobis Et quia quos predeſtinauit
hos ⁊ vocauit ſcilicet per gratiā vt dicit̄ Ro. 8. ideo ſub
dit de predeſtinatione dicens: Que ſcilicet bona opera
preparauit deus. Nihil em̄ aliud eſt predeſtinatio q̄ p̄-
paratio beneficioꝝ dei inter que beneficia computant̄ et
ipſa bona opera noſtra. Dicitur autē deus nobis p̄para-
re inq̄tum diſpoſuit ſe nobis datuꝝ. pſ̄. Paraſti cibum
illoꝝ ꝛc. ¶ Sed ne aliquis intelligeret bona opera ſic eſ
ſe nobis preparata a deo: vt nihil ad illa per libeꝝ arbi-
trium cooperaremur. ideo ſubdit. Ut in illis ambulem⁹
Quaſi dicat. Sic nobis ea preparauit vt ea noſipſi nob̄
per liberum arbitriū impleremus. Dei enim adiutores
ſumus vt dicitur. 1. coꝝ. 3. Propter quod dicebat de ſe-
ipſo aplus. 1. coꝝ. 15. Gratia eius in me vacua non fuit:
ſed abundantius omnibus laboraui. non ego autē ſȝ gra
tia dei mecū. ¶ Signāter autē dicit Ambulem⁹. vt de-
ſignet boni operis profectum ſm̄ illud. Joh. 12. Ambu-
late dum lucem habetis infra. 5. Ut filij lucis ambulate

## Lectio quarta.

P Ropter qd̄ memores eſtote q̄ aliq̄n
vos qui gentes eratis in carne q̄ di-
cebamini prepuciū ab eo que dici-
tur circūciſio in carne manifeſta: qui eratis
illo in tēpore ſine xp̄o alienati a cōuerſatio-
ne iſrael ⁊ hoſpites teſtamentorū ꝓmiſſio-
nis ſpem nō habentes ⁊ ſine deo in hoc mū
do. Nunc autem in chriſto ieſu vos qui ali
quādo erat̄ lōge facti eſt̄ ꝓpe ī ſāguīe xp̄i.

Proſecuto beneficio dei gentilibus exhibito q̄tum ad
liberationē a peccato: hic recitat aplus beneficiū eis ex-
hibitū in liberatione a ſtatu gētilitatis. Circa quod duo
facit. Primo cōmemorat conditionem ſtatus preteriti.
Secundo recitat beneficia eis exhibita in ſtatu preſenti
ibi. Nunc aūt in xp̄o ieſu ꝛc. Circa primū duo facit. Pri
mo cōmemorationis ſtatus preteriti ponit exhortationē
Secundo ipſemet ſtatus p̄teriti declarat conditionē ibi
Quia aliquando ꝛc. Dicit ergo. Propter quod vt ſcili
cet aduertere poſſit̄ q̄ omnia ſint nobis data ex dei gra-
tia memores eſtote. Deut̄. 9. Memento ⁊ ne obliuiſca-
ris quomodo ad iracundiā ꝓuocaueris dominū deū tuū
ꝛc. Deut̄. 16. Memineris diei egreſſiōis tue de egypto
omnibus diebus vite tue. Secundo cū dicit. Quia ali-
quando. Cōmemorat p̄teriti ſtatus conditionē. ⁊ primo
quantū ad mala que habebāt. Secūdo quantū ad bona
quibus priuabantur ibi. Qui eratis illo tēpore ꝛc. Cir-
ca primū ponit tria mala. Primo gētilitatis crimē quo
idolis ſeruiebant. cum dicit. Quia aliquando vos gen
tes eratis. 1. coꝝ. 12. Scitis quoniā cū gentes eſſetis ad
ſimulachra muta ꝓut ducebamini euntes. Quidā vero
libri habent. Uos qui gentes eratis. ⁊ tunc pendet con-
ſtructio vſq̄ ibi. Nunc aūt in xp̄o ieſu ꝛc. ¶ Secundo re
citat eoꝝ carnalem conuerſationē cū dicit. In carne id ē
carnaliter viuentes Ro. 8. Qui autē in carne ſunt deo
placere non poſſunt. ¶ Tertio recitat contemptus eoꝝ
vilipenſionē qua a iudeis vilipendebantur. Unde dicit.
Qui dicebamini prepuciū id eſt incircūciſio ab ea ſcilicȝ
circūciſione que dicitur circūciſio manifeſta in carne id ē
a iudeis tali circūciſione circumciſis. Et dicit manufa-
cta. ad differentiā circūciſionis ſpiritualis: de qua dicit̄
Col. 2. In quo circūciſi eſtis circumciſione non manufa
cta in expoliatione corporis carnis: ſed circūciſione xp̄i.
Et ſequitur parum poſt. Uos cū mortui eſſetis in delict̄
⁊ prepucio carnis veſtre conuiuificauit cū illo cōdonans
vobis omnia ꝛc. ¶ Deinde cum dic̄ Qui eratis illo ī tē-
pore ꝛc. Cōmemorat bona quibus priuabantur. ⁊ p̄mo
participatione ſacramentorum. Secundo dei cognitiōe
ibi. Et ſine deo in hoc mundo. Circa primum ponit tria
ſacramenta quorum ꝑticipatione priuabantur. Primo
chriſti dignitate. Unde dicit. Qui eratis illo tēpore ſi-
ne chriſto. id eſt ſine promiſſione chriſti: que facta eſt iu-
deis. Jere. 23. Suſcitabo dauid germē iuſtū ꝛc. Zach.
9. Exulta ſatis filia ſyon: iubila filia hieruſalez. ecce rex
tuus venit tibi iuſtus ⁊ ſaluator. ¶ Secundo tangit ſo-
cietatē ſanctoꝝ qua priuabantur quādiu in gētilitate ꝑ-
manebant cū dic̄. Aliēati a cōuerſatione iſrael. quia ſci-
licet iudeis cū gentilib⁹ nō erat licitū conuerſari. Deut̄.
7. Non inibis cum eis fedus: non miſereberis eoꝝ: ne-
q̄ ſociabis cū eis coniugia ꝛc. Joh. 4. Non em̄ coutun
tur iudei ſamaritanis. ¶ Et quantum ad illos qui in iu
daiſmo recipiebantur contēptibiliter cum fiebant ꝓſeliti
Unde ſubditur. Et hoſpites teſtamentoꝝ. Quaſi dicat
Huiuſmodi proſeliti quando conuertebātur ad iudeos
⁊ fiebant proſeliti. non ſicut ciues ſed ſicut hoſpites reci
piebantur ad ꝑcipiendum teſtamenta dei. Dicit autē te-
ſtamentoꝝ. quia iudeis vetus teſtamentū erat exhibitū
⁊ nouum erat ꝓmiſſum. quia vt dicitur Ecc̄. 44. Te-
ſtamētum ſuū confirmauit ſuper caput iacob. Quod po
teſt intelligi de veteri teſtamento. Promiſerat em̄ deus
dare aliud teſtamentū Baruch. 2. Statuā illis teſtamē
tum alteꝝ ſempiternū. Hoc autē reddidit illis quoꝝ ad-
optio eſt filioꝝ dei ⁊ gloria ⁊ teſtamentū. vt dicit̄ Ro. 9.
¶ Ponit etiā aliud beneficiū quo priuabant̄. ſcilicȝ ſpeȝ
futuroꝝ bonoꝝ cū dicit. Promiſſionis ſpem non haben
tes. q2 vt dr̄ Gal. 3. Abrae dicte ſunt ꝓmiſſiones ⁊ ſemī
eius. ¶ Ulterius ponit ſummā dānificationē qua dam-
nificabantur. ſcilicet dei cognitionem ibi. Et ſine deo in
hoc mundo id eſt ſine cognitione dei. pſ̄. Not⁹ in iudea
deus. non autē notus gentibus vt dicit̄. 1. theſ. 4. Nō
in paſſione deſiderij ſicut ⁊ gentes que ignorant deū qd̄
tamen intelligitur de cognitione que eſt per fidem. Naȝ
de cognitione naturali dicitur. Ro. 1. Qui cum cogno-
uiſſent deum: non ſicut deum glorificauerunt ꝛc. ¶ Cō
ſequenter cū dicit: Nunc autē in xp̄o ꝛc. Cōmemorat be
neficia eis exhibita in ſtatu conuerſionis per xp̄m. Circa
quod duo facit. quia primo oſtendit quomodo facti ſunt
participes bonoꝝ quibus ante priuabant̄. Secūdo oſtē-
dit q̄ ad illa bona non ſicut hoſpites: ſed ſicut ciues reci
piuntur ibi. Ergo non eſtis hoſpites ꝛc. Prima iterum
in duas. quia primo cōmemorat huiuſmodi beneficia in
generali Secundo in ſpeciali ibi. Ipſe em̄ eſt pax noſtra
ꝛc. Dicit ergo primo. dixi q̄ in illo tēpore erat̄ ſine xp̄o
alienati a conuerſatione iſrael. Nūc autē id ē poſtq̄ con-
uerſi eſtis ad xp̄m. vos qui eſt̄ in chriſto. id eſt qui ei ad-
heretis per fidem ⁊ charitatē. 1. Joh. 4. Qui manet in
charitate in deo manet: ⁊ deus in eo. Gal. vltio. In xp̄o
enim ieſu neq̄ circūciſio aliquid valet: neq̄ prepucium.
ſed noua creatura. Uos inq̄ qui aliquando eratis lōge.
id eſt elongati a deo. non loco ſed merito. pſ̄. Longe a
peccatoribus ſalus. ⁊ a conuerſatione ſanctorū ⁊ partici

patione teſtamentorū. vt dictū eſt. Statim facti eſtis ꝓ pe deo ſcilicet ⁊ ſanctis eius ⁊ teſtamentis Eſa. 6. Filij tui de longe venient ⁊c. Mar. 8. Quidam em̄ ex eis ſcilicet gentilibus de longe venerunt ſcilicet de regiōe diſſimilitudinis ⁊ ſtatu gentilitatis. vos autem modo facti eſtis prope. ſcilicet in ſanguine chriſti id eſt per ſanguinem eius: quo vos chriſtus attraxit. Joh. 12. Ego ſi exaltatus fuero a terra omnia traham ad meipſum Et hoc propter nimiam charitatē: que potiſſime in morte crucis mīifeſtatur. Jere. 31. In charitate ꝑpetua dilexi te. ideo attraxi te miſerans.

## Lectio quinta.

Pſe em̄ eſt pax noſtra q̄ fecit vtra-
i ꝗ vnum ⁊ mediū parietē macerie
ſoluens inimicitias in carne ſua: legem mandatorū decretis euacuans vt duos condat in ſemetipſo in vno nouo homīe faciēs pacē vt reconciliet ambos in vno corpore deo per crucē interficiens inimicitias in ſemetipſo: ⁊ veniens euangelizauit pacē vobis qui longe fuiſtis ⁊ pacem his q̄ ꝓpe quoniam per ipſum habemus acceſſum ambo in vno ſpiritu ad patrem.

Cōmemoratis beneficijs collatis ipſis epheſijs in generali per chriſtum: hic ea cōmemorat in ſpeciali Circa qđ duo facit. Primo oſtendit quomodo appropinquauerūt populo iudaico Secundo qualit̄ ꝓpinquiores facti ſunt deo. Secunda ibi Ut reconciliet ambos ⁊c. Prima iterum in tres. quia primo oſtēdit cauſam appropinquationis. Secundo modū. Tertio finem. Secūda ibi. Et medium parietē ⁊c. Tertia ibi. Ut duos ⁊c. Cauſa autem appropinquationis eſt chriſtus. propt̄ quod dicit: Ipſe enī eſt pax noſtra ⁊c. Et eſt emphatica locutio ad maiorem rei expreſſionē. Quaſi dicat. Bene dico ꝙ facti eſtis prope. ſed hoc factum eſt per chriſtum. quia ipſe eſt pax noſtra id eſt cauſa pacis noſtre. Unde dicebat Joh. 14. Pacem meam do vobis. Hic aūt modus loquendi fieri conſueuit quando totum quod eſt in effectu dependet ex cauſa. ſicut cum dicimus de deo: ꝙ ipſe eſt ſalus noſtra. quia quicquid ſalutis eſt in nobis cauſatur a deo. Quia ergo quicquid pacis eſt in nobis cauſatur a chriſto: ⁊ per conſequens quicquid appropinquatiōis. quia homo qn̄ pacificatus eſt cū alio ſecure poteſt ambulare ſeu appropinquare ad ipſum. Ideo dicit ꝙ eſt pax noſtra. Nam in eius natiuitate angeli annunciauerunt pacem. Luc. 2. Gloria in altiſſimis deo: ⁊ in terra pax ⁊c. Ipſo etiā chriſto in corpore exiſtente: mundus maximā pacem habuit qualem ante non habuerat. pſ. Orietur in diebus eius iuſticia ⁊c. Ipſe etiam reſurgens pacē annunciauit Luc. vltimo. dixit eis Pax vobis. ¶ Sequit̄ Qui fecit vtraꝗ vnum. quia ſcilicet chriſtus vtrumꝗ populū: videlicet iudeorum colentium deum veꝝ ⁊ gentiliū ab huiuſmodi dei cultura alienatoꝝ coniunxit in vnum. Johan. 10. Alias oues habeo q̄ nō ſunt ex hoc ouili ⁊c. vſꝗ ibi. Et fiet vnū ouile ⁊ vnꝰ paſtor. Ezech. 37. Rex vnus erit omnibus imperans ⁊c. Modus autē appropinquatiōis oſtenditur cū ſubdit: Mediū parietē ⁊c. Hic autem modus eſt per remotionem eius quod diuidebat. Debemꝰ autem ad intellectū littere ymaginari vnū magnū campum ⁊ multos homines ibi congregatos. in quo quidē per medium protendatur ⁊ eleuet̄ vnus paries diuidēs eos ita ꝙ non videatur populus vnus ſed duo. Quicūꝗ ergo remoueret parietem coniungeret illorū hominū congregationem in turbam vnā ⁊ efficeretur populꝰ vnꝰ Sic intelligendū eſt. qđ hic dicitur. Mundus em̄ iſte ē ſicut ager. Math. 13. Ager eſt mundus. hic autē ager. ſ. mundus plenus eſt hominibus. Gen̄. 8. Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terrā. In iſto autē agro eſt paries. quia quidam ſunt ex vna parte: quidam ex alia. hic autem paries poteſt dici lex vetus ſm̄ carnales obſeruantias in qua iudei concluſi cuſtodiebantur. vt dicit̄ Gal. 3. Sub lege cuſtodiebamur concluſi in eam fidē que reuelanda erat. Can̄. 2. Ipſe ſtat poſt parietē noſtrū. quia videlicet chriſtus per veterem legem figurabat̄. xp̄s autē hunc parietē remouit: ⁊ ita cum nullum remaneret intſticium factus eſt populus vnus iudeoꝝ ⁊ gentium. Et hoc eſt quod dicit. Dico ꝙ fecit vtraꝗ vnū. hoc modo ſcilicet ſoluens mediū parietē. Parietem dico macerie non muri. Tunc em̄ eſt paries macerie quando lapides in eo non conglutinantur cemento: nec ad hoc erigitur vt duret imperpetuū ſed vſꝗ ad tempus prefinitū. Uetꝰ ergo lex eſt paries macerie propter duo. Primo qꝛ non conglutinabatur charitate: que eſt quaſi cementū cōglutinans ſingulos ſibi inuicē: ⁊ omnes ſimul xp̄o. infra. 4 Solliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinclo pacis. Uetus em̄ lex: eſt lex timoris inducens homines per penas ⁊ cōminationes ad obſeruantias mandatoꝝ. Et ſi qui illo tempore legis eam ex charitate obſeruabant iam pertinebant ad nouum teſtamentū. vt dicit Augꝰ. quod eſt lex amoris. Ro. 8. Non em̄ accepiſtis ſpiritū ſeruitutis iterum in timore ⁊c. Secundo vetus lex eſt paries macerie. quia non fuit data vt perpetuo duraret ſed vſꝗ ad tempus prefinitū Gal. 4. Quanto tempore heres paruulus eſt nihil differt a ſeruo cum ſit dominus omnium: ſed ſub tutoribus ⁊ actoribus eſt vſꝗ ad prefinitū tempus a patre ita ⁊ nos cū eſſemus ⁊c. ¶ Sed hic incidit queſtio. quia dicit parietē macerie ſoluens. contrarium dicitur. Matth. 5. Non veni ſoluere legem ſed adimplere. Reſpondeo dicendum eſt ꝙ in veteri lege erant precepta moralia ⁊ cerimonialia. Moralia quidē precepta chriſtus non ſoluit ſed adimpleuit: ſuperaddendo conſilia ⁊ exponendo ea que ſcribe ⁊ phariſei male intelligebant. Unđ dicebat Matth. 5. Niſi abundauerit iuſticia veſtra plus q̄ ſcribaꝝ ⁊c. Et iteꝝ dictū eſt ātiquis Diliges proximum tuum ⁊ odio habebis inimicum tuum. Ego autē dico vobis. Diligite inimicos veſtros ⁊c. Cerimonialia vero precepta ſoluit quidem quantū ad eorū ſubſtantiam. ſed adimpleuit quantū ad illud quod figurabant adhibens figuratum figure. Eſt ergo intelligēdū quod hic dicit ſoluens. ſcilicet quantum ad obſeruantiā legis carnalis. Et ſoluere hoc ſcilicet parietem macerie eſt ſoluere inimicitias que erant inter iudeos ⁊ gentiles quia iſti volebant legē ſeruare: illi vero minime. ex quo oriebatur inter eos ira ⁊ inuidia. Sed certe has inimicitias chriſtus ſoluit in carne ſua aſſumpta. Nam in eiꝰ natiuitate ſtatim pax hominibus annunciata eſt. Luc. 2. Uel in carne ſua ſcilicet īmolata. quia vt dicitur infra. 5 Tradidit ſemetipſum pro nobis oblationē ⁊ hoſtiam. In quo quidem ſacrificio impleta ſunt omnia illa ſacrificia ⁊ ceſſauerunt. Hebre. 10 Una em̄ oblatione conſummauit in ſempiternū ſanctificatos. ¶ Quid autē ſit iſte paries inſinuat dicens: ꝙ eſt lex mandatorū. Quaſi dicat. Soluens parietē ⁊ hoc legem mandatorum ⁊c. Dicit̄ aūt lex vetꝰ lex mandatoꝝ. nō qꝛ alie leges mādata careāt. Noua em̄ lex mādata habꝫ Joh. 14. Mādatū nouum do vob. Sꝫ ꝓpt̄ duo. Pmo q̄dē ꝓpt̄ magnū numerū mandatoꝝ legaliū intātū ꝙ ab oībꝰ ſuari nō poſſunt.

ſm illud Act.15. Hoc eſt onus quod neqꝫ nos neqꝫ pa-
tres noſtri portare potuimus Job.11. ꝙ multiplex ſit lex
eius ⁊c. Vel dicitur Mandatorum. id eſt factoꝝ. Rom.
3. Vbi eſt ergo gloriatio tua? Excluſa eſt. Per quã legẽ
Factoꝝ? Non. ſed per legem fidei. Unde ſicut baptiſmꝰ
Johannis dicitur baptiſmus aque: quia tantum exteriꝰ
mundabat: interius autẽ non ſanctificabat. ita ⁊ lex vetꝰ
dicitur lex factorum. quia precipiebat tantuꝫ quid facere
deberent: ſed non conferebat gratiã per quã ad legẽ im-
plendam iuuarentur. Lex vero noua dirigit in agendis
precipiendo: ⁊ iuuat adimplendo gratiam conferendo.
Euacuans dico ſicut imperfectũ euacuatur per perfectũ
⁊ vmbra per veritatem. 1. coꝛ. 13. Cum autẽ venerit qđ
perfectum eſt euacuabitur quod ex parte eſt. ſcilicet im-
perfectio ⁊ vmbra veteris legis. de qua Hebre. 10. Vm
bram eñi habens lex futuroꝝ bonorum ⁊c. Et hoc decre
tis id eſt preceptis noui teſtamenti per que excludit̃ lex.
Leuit̃. 26. Comedetis vetuſtiſſima veteꝝ. id eſt prece-
pta legis nature ſimul cum noua lege preceptis eiꝰ ſuſce
ptis vetera proijcietis ſcilicet cerimonialia precepta ve-
teris legis quantũ ad eoꝝ ſubſtantiã vt dictũ eſt. ¶ Fi-
nem vero appropinquationis oſtendit dicens. Vt duos
condat in ſe ⁊c. Qui quidem finis eſt: vt duo populi effi
ciãtur vnus populus. Que autẽ vniuntur oportet vniri
in aliquo vno. ⁊ quia lex diuidebat nõ poterant in lege
vniri. chriſtus autẽ in lege ſuccedens ⁊ fides eius ſicut
veritas figure eos in ſemetipſo ꝯdidit. Joh. 17. Vt ſint
vnum ſicut ⁊ nos vnum ſumꝰ. Matth. 18. Vbi eñi ſunt
duo vel tres congregati in nomĩe meo: ibi ego ſuꝫ in me
dio eorum. Et hoc in vno nouo homine faciens pacẽ. id
eſt in ſemetipſo chriſto qui dicitur nouus homo propter
nouum modum ſue conceptionis. Jere. 31. Creauit dñs
nouum ſuper terrã: femina circũdabit virum. Item pro-
pter nouitatem gratie quam cõtulit. Gal. vltio. In xp̃o
enim ieſu neqꝫ circumciſio aliquid valet: neqꝫ prepuciũ:
ſed noua creatura. infra. 4. Renouamini ſpiritu mẽtis
veſtre: ⁊ induite nouum hominẽ qui ⁊c. Item propt̃ no
ua mandata que attulit. Johan. 13. Mandatum nouum
do vobis: vt diligatis inuicem ⁊c. Et licet iſta videat̃ eſ
ſe intentio apoſtoli. tamẽ in gloſa paries duplicatur. qꝛ
ex parte iudeorum ponitur lex quaſi obſtaculum. ex par
te vero gentium eſt idolatria. ¶ Conſequenter cũ dicit:
Vt reconciliet ambos ⁊c. Oſtendit qualiter deo appro-
pinquauerunt. Circa quod duo facit. Primo mãifeſtat
eorum reconciliationẽ ad deũ. Secundo ponit mãifeſta-
tionẽ reconciliationis ibi. Et veniens euangelizauit ⁊c.
¶ Sciendum eſt ꝙ dilectio proximi eſt via ad paceꝫ dei
quia vt dicitur. 1. Johan. 4. Qui enim nõ diligit fratrẽ
ſuum quem videt: deum quem non videt quomodo po-
teſt diligere? Et Aug. dicit ꝙ nullus putet habere pacẽ
cum chriſto ſi diſcors fuerit cum chriſtião. Primo ergo
ponit pacem hominũ inuicem factã per chriſtum. ⁊ exin-
de pacem hominum ad deum: propter quod dicit. Vt re
conciliet ambos iam vnitos ſcilicet in vno corpore eccle
ſie ſcilicet in chriſto. Ro. 12. Multi vnũ corpꝰ ſumꝰ in xp̃o.
Reconciliet inꝙ̃ deo per fidem ⁊ charitatem. 2. coꝛ. 5.
Deus erat in chriſto mundum reconcilians ſibi. Et hoc
fecit per crucem: interficiẽs inimicitias in ſemetipſo. qꝛ
iudeorum ⁊ gentilium que erant per legem inimicitias
interfecit: implens figuras veteris teſtamenti. ſed inimi
citias que erant inter deum ⁊ homines per peccatũ int̃-
fecit in ſemetipſo. quando per mortẽ crucis deleuit pec-
catum. Gal. 1. Qui dedit ſemetipſum pro peccatis no-
ſtris. Hebre. 10. Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorũ
exhaurienda peccata. Dicit ergo interficiens inimiciti-
as id eſt peccata in ſemetipſo in imolatione corporis ſui.

Col. 1. Pacificãs ꝑ ſanguinẽ crucꝭ eiꝰ ſiue q̃ i celꝭ ſiue q̃ i
terris ſunt. Ro. 5. Cum inimici eſſemus reconciliati ſu-
mus deo per mortem filij eiꝰ. Item col. 1. In chriſto cõ-
placuit omnem plenitudinẽ habitare ⁊ per eum reconci
liare omnia in ipſo. Quia ergo chriſtus ſatiſfecit ſuffici-
enter pro peccatis noſtris. conſequẽs fuit vt ſoluto pre-
cio fieret reconciliatio. Manifeſtationẽ vero huius recõ
ciliationis ponit dicens: Et veniens euangelizauit ⁊c.
Ponit autẽ primo pacis ſeu reconciliationis annuncia-
tionem. Secundo pacis cauſam ⁊ rationem ibi. Quoni
am per ipſum habemus acceſſum ⁊c. Eſt ergo manifeſta
dei reconciliatio ad hominem per chriſtũ. quia ipſe xp̃s
non ſolum reconciliauit nos deo ⁊ interfecit inimicitias
ſed etiam veniens ſcilicet in carne euangelizauit id ẽ an
nunciauit pacem. Vel veniens poſt reſurrectionẽ quan
do ſtetit in medio diſcipuloꝝ ⁊ dixit eis Pax vobis. Lu
ce vltio. ⁊ Joh. 20. Eſa. 61. Ad ãnũciãdũ miſit me ⁊c.
Et. 52. Quã pulchri pedes ſupra mõtes annũciãtiũ ⁊ p̃di
cãtiũ pacẽ ãnũciãtiũ bonũ p̃dicãtis ſalutẽ ⁊c. Euãgelizauit
inꝙ̃ non vni populo tantũ ſed vobis gentibus qui lõge
fuiſtis. quibus ⁊ ſi non in perſona propria tamẽ per apo-
ſtolos ſuos annunciauit pacẽ. Matth. vltimo. Euntes
ergo docete omnes gentes baptizantes ⁊c. Eſa. 33. Au-
dite qui longe eſtis que fecerim ⁊ cognoſcite ⁊c. Et pa-
cem his qui prope ſupple annunciauit. xp̃s in ꝑſona pro
pria. Ro. 15. Dico eñi chriſtum ieſum miniſtrum fuiſſe
circũciſionis propter veritatem dei ad confirmandas ꝓ-
miſſiones patrũ. Eſa. 54. Ecce accola vẽiet qui nõ erat
mecũ aduena quondam ciuis adiũgetur tibi. ¶ Cauſam
autẽ pacis ⁊ formam oſtendit dicens: Quoniã per ipſuꝫ
habemus acceſſum ambo id eſt duo populi in vno ſpiri-
tu. id eſt vniti vnione ſpiritusſancti. ĩfra. 4. Solliciti ſer
uare vnitatẽ ſpũs ⁊c. 1. coꝛ. 12. Hec aũt oĩa opat̃ vnꝰ at-
qꝫ idẽ ſpũs. Sic aũt habemꝰ acceſſum ad patrẽ ꝑ xp̃ꝫ q̊-
niã xp̃s operat̃ ꝑ ſpiritũſanctũ. Ro. 8. Si q̃s aũt ſpiritũ
xp̃i nõ habet h̃ nõ eſt eius. ⁊ ideo q̃cq̃d fit ꝑ xp̃ꝫ ſcꝫ ꝑ hoc
etiã qđ dic̃ ad patrẽ. intelligẽdũ ẽ ꝙ etiã ꝑtinet ad totaꝫ
trinitatẽ. qꝛ ꝓpt̃ eſſentie vnitatẽ in patre eſt filiꝰ ⁊ ſpiri-
tusſanctus. ⁊ in ſpiritusſancto pat̃ ⁊ filius. Ideo cũ dicit
ad patrẽ. ſpecialit̃ oſtẽdit ꝙ q̃cq̃d filiꝰ hꝫ a p̃re habet. et
ab eo etiã ſe habere recognoſcit.

## Lectio ſexta.

**Ergo iam non eſtis hoſpites ⁊ adue-
ne: ſed eſtis ciues ſanctoruꝫ ⁊ dome-
ſtici dei: ſuperedificati ſuper funda-
mentum apoſtolorum ⁊ prophetarum ipſo
ſummo ãgulari lapide xp̃o ieſu: in quo om-
nis edificatio conſtructa creſcit in templuꝫ
ſanctum in domino. In quo ⁊ vos coedifica
mini in tabernaculũ dei in ſpiritusſancto.**

Oſtenſo ſupra ꝙ ad ſpiritualia bñficia ſimꝉ admiſſi ſunt
gentiles cũ iudeis: hic oñdit ꝙ in illis bñficijs gentiles
nõ ſunt minoris dignitatꝭ q̃ ſint ipi iudei: ſꝫ eque plena
rie ad xp̃i bñficia ſunt admiſſi. Circa qđ duo fac̃. qꝛ p̃mo
ꝓpõit intẽtũ. Secũdo mãifeſtat ꝓpoſitũ ꝑ exẽplum ibi.
Supedificati ⁊c. Circa p̃mũ duo facit. Prĩo excludit id
qđ erat ĩ ſtatu p̃terito a ſtatu p̃nti Scđo ꝯcludit id qđ cõ
petit p̃nti ſtatui ibi. Sꝫ eſtis ciues ⁊c. qꝛ ğ apl's ꝯcludẽ-
do inducit hoc qđ dic̃ Ergo iã ⁊c. Cõſiderãdũ ẽ ꝙ ſimi-
litudo ſeq̃tur ex p̃miſſis. Prĩo q̃dẽ ex hoc ꝙ ambo ꝯiun
cti ſunt đo recõciliari. Scđo ꝙ ãbo hñt acceſſum in vno
ſpũ ad p̃rem. Quia ergo ſimꝉ ſunt configurati toti trini-
tati. patri ad quem habent acceſſum. filio ꝑ quẽ. ſpiritui

ſancto ī quo vno accedunt. Jn nullo ergo deficiūt a ſpi-
ritualium bonorum participatione. ¶ Ad intellectū au
tem littere ſciendum eſt ꝙ collegium fidelium quādoqꝫ
in ſcripturis vocatur domus. ſm illud pme Thymo. 3.
Ut ſcias quomodo in domo dei oporteat te cōuerſari q
ē dei eccleſia. Quandoqꝫ autem vocatur ciuitas: ſm il-
lud ps. Hieruſalem que edificatur vt ciuitas. Ciuitas
enim habet collegium polliticum: domus autem ycono
nomicū: inter que quidem duplex differentia inuenitur:
Nam qui ſunt de collegio domus cōmunicant ſibi ī acti
bus priuatis: qui vero ſunt de collegio ciuitatis cōmuni
cant ſibi in actibus publicis. Jtem qui ſunt in collegio
domus reguntur ab vno qui vocatur paterfamilias: ſed
qui ſunt in collegio ciuitatis reguntur a rege. Jta enim
eſt paterfamilias in domo ſicut rex in regno. Sic igitur
collegium fidelium aliquid habet de ciuitate: ⁊ aliquid
de domo. Sed ſi conſideretur rector collegij pater eſt.
Mat. 6. Pater noſter qui es in celis ꝛc. Jere. 3. Patrē
vocabis me ⁊ poſt me ingredi non ceſſabis: ⁊ ſic collegi
um ē domus. Si vero ipſos ſubditos conſideres ſic ciui
tas eſt quia cōmunicant ſibi in actibus precipuis ſcilicꝫ
fidei ſpei ⁊ charitatis. Et hoc modo ſi fideles conſiderē-
tur in ſe eſt collegium ciuitatis. Si vero rector collegij
attendatur ē collegium domus. Et ideo apoſtolus duo
verba ponit hic ſcilicet hoſpites ⁊ aduene. Hoc enī ſunt
hoſpites ad domum qꝺ aduene ad ciuitatē. Hoſpes eīn
dicitur quaſi extraneus a domo. Eccl'. 29. Uita neqꝫ ho
ſpitandi de domo in domum. Aduena vero eſt qui extra
neus venit ad ciuitatē. Ac ſi dicat apoſtolus Olim era
tis extranei a collegio fidelium ſicut hoſpites ad domuꝫ
⁊ aduene ad ciuitatem. quemadmodū ⁊ ꝓſeliti ad legeꝫ
veterem ſed nunc non eſt ita quia iaꝫ non eſtis hoſpites
ꝛc. Eſa. 54. Ecce accola veniet qui non erat mecū adue
na quondam ciuis adiungetur tibi. ¶ Conſequenter cū
dicit. Sed eſtis ciues ſanctorum ꝛc. concludit qꝺ conue
nit ſtatui preſenti dicens. Sed eſtis ciues ſanctoruꝫ ꝛc.
Quaſi dicat. Quia collegium fidelium dicitur ciuitas
in comparatione ad ſubditos: ⁊ domus in comparatio-
ne ad rectorem: collegium ad quod vocati eſtis eſt ciui-
tas ſanctorum ⁊ domus dei. ps. Glorioſa dicta ſunt de
te ciuitas dei. Unde Auguſtinus. Duas ciuitates faci-
unt duo amores. Nam amor dei vſqꝫ ad contemptū ſui
ſcilicet hominis amantis facit ciuitatem hieruſalem ce-
leſtem. amor vero ſui vſqꝫ ad contemptum dei facit ciui
tatem babylonis. Quilibet ergo vel eſt ciuis ſanctoruꝫ
ſi diligit deum vſqꝫ ad contemptum ſui. Prouerb. vlti
mo. Omnes domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus. Si
vero diligit ſe vſqꝫ ad contemptum dei ē ciuis babylo-
nis. ¶ Conſequenter cum dicit. Superedificati. ꝛc. ma
nifeſtat propoſitum. Conſuetum eſt in ſcripturis ꝙ in fi
gura que methonomia dicitur continēs ponat̄ ꝓ ꝯtēto:
ſicut quandoqꝫ dom⁹ ꝓ his q̄ ſunt ī domo. Secūdū hūc
ergo modū loquit̄ apl's de his qui ſūt in domo dei. ſ. de
fidelibus: ſicut de vna domo et comparat eos edificio.
Et circa hoc duo facit. quia primo proponit intentum
Secundo oſtendit ꝙ huius edificij participes facti ſunt
ipſi epheſij ibi. Jn quo ⁊ vos coedificamī ꝛc. Circa pri-
mum duo facit. Primo proponit huius edificij funda-
mentum. Secundo ipſius conſtructioneꝫ ſeu complemē-
tum ibi. Jn quo omnis edificatio conſtructa ꝛc. Funda
mentum autem ponit duplex. Unum ſecundarium ⁊ ali
ud principale. Secundarium quidem fundamentū ſunt
apoſtoli ⁊ prophete. Et quantum ad hoc dicit eos non
eſſe hoſpites ſed ciues: quia iam pertinent ad edificium
ſpirituale vtpote ſuperedificati ſupra fundamentum apo
ſtolorū ⁊ prophetaꝝ id eſt qui ſūt apoſtoli ⁊ prophete. i.
ſuꝑ doctrinā coꝝ. Uel aliter ſupra fūdamētū apl'oꝝ ⁊ ꝓ
phetarū. i. ſupra xp̄m qui ē fundamentū apoſtoloꝝ ⁊ ꝓ-
phetarum. Quaſi dicat. Jn eodem fundamento ſuper-
edificati eſtis in quo apl'i ⁊ prophete ſunt edificati: qui
ex iudeis fuerunt. Hee autē expoſitiones due tantū quo
ad verba differunt ſed prima cōuenientior eſt: quia ſi alia
conuenientior eſſet: tunc pro nihilo adiungeret: Jpſo ſū-
mo angulari lapide chriſto ieſu: cum ipſe ieſus ſit ſum-
mum fundamentum. Secundū ergo primum modū ma
gis conſonat: ita tamen ꝙ precipuus lapis ⁊ ſummum
fundamentum ſit chriſtus. Quantum vero ad ſententi-
am nihil differunt qꝛ idem ē dicere chriſtū eē fundamen
tum ⁊ doctrinam apoſtolorum ⁊ prophetaruꝫ. cum chri
ſtum tantuꝫ non ſeipſos predicauerint. vnde accipere eo
rum doctrinam eſt accipere chriſtum crucifixum. prime
Coꝝ. pmo. Nos autem predicamus chriſtum crucifixū.
prime Pet̄. pmo. Quibus reuelatum ē quia non ſibi-
ipſis. ꝛc. Jtem prime Coꝝ. 2. Nos autem ſenſum chri-
ſti habemus. ¶ Notandum ē ꝙ apoſtoli dicuntur fun-
damenta. ps. Fundamenta eius in montibus ſanctis.
Eſa. 54. Fundabo te in ſaphiris. id eſt in celeſtibus vi-
ris. Expreſſe autem dicuntur fundamenta. Apoc̄. 21.
Murus ciuitatis habens fundamenta duodecim. et in
ipſis nomina duodecim apoſtolorum. Qui intantum di
cuntur fundamenta inquantum eorum doctrina chriſtū
annunciat. Mat. 16. Super hanc petram edificabo ec-
cleſiam meam. Dicit autem apoſtolorum ⁊ prophetarū
vt deſignet ꝙ vtraqꝫ doctrina ē neceſſaria ad ſalutem.
Mat. 13. Scriba doctus in regno celorum ſimilis ē ho-
mini patrifamilias qui profert de theſauro ſuo noua et
vetera. Jtem vt oſtendat concordiam inter vtranqꝫ ad
alterandum idem ē vtriuſqꝫ fundamentū. Nam qꝺ pro-
phete predixerunt futurum apoſtoli predicauerūt factuꝫ
Roma. pmo. Paulus ſeruus ieſu chriſti vocatus apo-
ſtolus ſegregatus in euangelium dei: qꝺ ante promiſe-
rat per prophetas ſuos. ¶ Principale vero fundamē
tum tantum ē chriſtus ieſus: ⁊ quantum ad hoc dicit.
Jpſo ſummo. ꝛc. Ubi tria dicit de eo ſcilicet ꝙ ſit lapis.
ꝙ angularis. ⁊ ꝙ ſummus. Lapis quidem ē propter fū
damenti firmitatem. Unde dicitur Mat. 7. Q̄ domus
que fundata erat ſupra petram firmiter edificata erat in
tantum ꝙ nec pluuia nec flumina nec venti potuerunt
eam deſtruere. Non ſic autem de domo fundata ſuper
arenam. Daniel'. 2. Lapis abſciſus de monte ſine mani
bus. Angularis autem dicitur propter vtriuſqꝫ coniun
ctionem. Nam in angulo duo parietes vniuntur. Sic in
chriſto populus iudeorum ⁊ gentium vniti ſunt. ps. La
pidem quem reprobauerunt edificantes hic factus ē in
caput anguli. Act̄. 4. Hic eſt lapis qui reprobatus ē a
vobis edificantibus qui factus eſt in caput anguli ⁊ non
ē in aliquo alio ſalus. Et hoc idē de ſe introducit. Mat.
21. Nunꝙ legiſtis in ſcripturis. Lapidem quem repro-
bauerunt edificantes hic factus eſt in caput anguli. ꝛc.
Summus autē dicit̄ ꝓpter dignitatis celſitudinē Eſa.
82. Ecce ego mittam in fundamentis ſion lapidē angu-
larem probatū precioſū in fundamento fundatum. Sed
ē in fundamento ſpirituali ⁊ in edificio materiali. Mate
riale nāqꝫ edificium fundamentū habet in terra. Et ideo
oportet vt pr̄icipali⁹ fundamētū ſit magꝭ infimū. Spūa-
le vero edificiū fūdamētū hꝫ in celo. ⁊ iō oꝫ ꝙ fundamē-
tū q̄to ē pncipali⁹ tāto ſit ſublimi⁹: vt ſic imaginemur ci
uitatē quādā deſcēdētē de celo cui⁹ fundamētū in celo
exiſtens edificiū dimiſſū ad nos videat̄ inferi⁹: ſm illud
Apoc̄. 21. Uidi ciuitatē hierl'm deſcendentē de celo. ꝛc.
¶ Conſequenter cum dicit. Jn quo omnis edificatio ꝛc.
agit de conſtructione edificij Jn qualibet autem edificij

conſtructione quattuoꝛ requiruntur. Pꝛimo edificij fun
datio. Secundo cõſtructio. Tertio augmẽtatio. Quar
to conſumatio: Que quidem breuiter tangit cum dicit:
In quo ſcꝫ fundamẽto qui chriſtus ẽ pꝛincipaliter ⁊ do
ctrina apoſtolorum ⁊ pꝛophetarum ſecundario: quia vt
dicit̃ p̄me Coꝝ. 3. Fundamentũ aliud nemo poteſt pone
re p̄ter id ⁊c. Secundo vero tangit ſecundum cum dicit
Omnis edificatio conſtructa. Et quidem ſi intelligatur
allegoꝛice deſignat ipſam eccleſiã: que tunc conſtruitur
quãdo homines ad fidem conuertunt̃. Si autẽ moꝛali-
ter intelligatur ſignificat animã ſanctam ⁊ tunc eiuſmo-
di edificatio conſtruitur qñ bona opera ſuꝑedificãtur ſn
per xp̄m. Pꝛouerb. 14. Sapiens mulier edificat domũ
ſuã. p̄me Coꝝ. 3. Vnuſquiſqꝫ videat quomõ ſuꝑedificet.
In hoc ergo fundamẽto. ſcꝫ chriſto omnis edificatio ſpi
ritualis conſtruit̃ iudeoꝝ vel gentilium a deo ꝑ auctoꝛi
tatẽ. p̄s. Niſi domin⁹ edificauerit domum. ⁊c. Heb. 3.
Omnis nanqꝫ domus fabꝛicatur ab aliquo: qui autẽ om
nia creauit deus ẽ. Sed inſtrumentaliter conſtruit̃ edifi
cium vel ab homine qui ſeip̄m edificat vel a p̄latis. Ter
tium tangit cum dicit. Creſcit in templum ⁊c. qꝺ q̇dem
fit quando multiplicant̃ qui ſalui fiunt. Act. 6. Verbuꝫ
domini creſcebat ⁊ multiplicabat̃ numerus diſcipuloꝝ
in hieruſalem valde. Creſcit etiam quãdo homo creſcit
in bonis operib⁹. Et in gratia creſcit quantuꝫ ad hoc ꝙ
fit templũ ſanctũ. Templũ eñ a deo inhabitat̃ ⁊ iõ opoꝛ
tet ꝙ ſit ſanctũ. p̄s Sanctificauit tabernaculũ ſuũ altiſſi-
mus. Et quia nos debemus inhabitari a deo vt deus in
nobis habitet: ad hoc nos parare debemus vt ſancti ſi-
mus. p̄me Coꝝ. 3. Neſcitis quia templũ dei eſtis ⁊ ſp̄us
dei habitat in vobis. Apoc. 21. Ecce tabernaculum dei
cum hominibus ⁊ habitabit cum eis. Sed nunq̇d ſtatiꝫ
a pꝛincipio cũ charitatem habemus templũ dei ſumus.
Reſpondeo dicendũ ẽ ꝙ ſic. Et quãtomagis pꝛoficim⁹:
tanto magis deus habitat in nobis. Et ideo ad hoc edifi
ciũ Quarto requirit̃ ꝑfectio ⁊ conſũmatio qꝺ oſtẽdit cũ
dicit. In domino. ¶ Cõſequẽter cũ dicit. In quo ⁊ vos
⁊c. oſtendit quomõ gentiles facti ſunt participes huius
edificij dicens. In quo ſcꝫ edificio nõ ſolum ſuꝑedificã-
tur iudei: ſed etiam vos epheſij edificamini. i. ad ſimili-
tudinẽ alioꝛum edificamini. p̄me Pet. 2. Ad quẽ acce-
dentes lapidẽ viuũ ab hoĩbus quidẽ repꝛobatum: a deo
autẽ electum ⁊ honoꝛificatũ ⁊ ip̄i tanq̃ lapides viui ſuꝑ
edificamini domos ſp̄uales. Et ideo ſubdit. In habita-
culum dei. vt ſcꝫ deus in vobis inhabitet per fidem. in-
fra. 3. Habitare xp̄m per fidem in coꝛdibus veſtris. Hoc
autem nõ poteſt fieri ſine charitate: quia qui manet ĩ cha
ritate in deo manet ⁊c. p̄me Io. 4. Charitas autẽ datur
nobis per ſp̄um ſanctũ. Ro. 5. Charitas dei diffuſa ẽ in
coꝛdibus noſtris per ſp̄um ſanctũ qui datus ẽ nobis. iõ
ſubdit. In ſpiritu ſancto.

## Capitulum tertiũ.

Huius rei gratia ego paulus vin
h ctus xp̄i ieſu pꝛo vobis gentibuſ
ſi tamen audiſtis diſpenſationẽ
grẽ dei que data eſt mihi in vobis qm̃ ſcꝺm
reuelationẽ notũ mihi factũ eſt ſacramẽtuꝫ
ſicut ſupꝛa ſcripſi in bꝛeui ꝓut poteſtis le-
gentes intelligere pꝛudentiaꝫ meã in mini-
ſterio xp̄i qꝺ alijs generatiõibus nõ ẽ agni-
tum filijs hominũ: ſicuti nunc reuelatũ eſt
ſanctis apoſtolis eius ⁊ pꝛophetis in ſpiri-
tu eſſe gentes coheredes ⁊ concoꝛpoꝛales ⁊
cõparticipes ꝓmiſſionis in chꝛiſto ieſu per
euangelium.

Supꝛa cõmemoꝛauit apoſtolus multa dei beneficia hu-
mano generi ⁊ ip̄is apoſtolis collata: hic cõmemoꝛat ſpe
cialia beneficia ſibi tradita. Pꝛimo ergo pꝛoponit inten
tionem ſuã in generali. Secundo exponit ꝑ partes ĩ ſpe
ciali ibi. Quoniã ſm̃ reuelationẽ ⁊c. Circa p̄mum duo
facit. Pꝛimo ponit ſuam conditionem q̃tũ ad patientiã
⁊ tribulationes quas ꝑtulit. Scꝺo quantũ ad dona gra
tie que deus ſibi contulit ibi. Si tamen audiſtis ⁊c. Di
cit ergo. Dixi in quo ⁊ vos coedificamini ⁊c. Huius rei
gratia. i. vt edificemini ⁊ cõuertamini ad xp̄m: ego pau-
lus qui tantus ſum: quia ap̄ls ieſu xp̄i ⁊ magiſter gẽtiuꝫ
in fide ⁊ veritate nunc vinctus ſum rome. Nam hãc epi
ſtolam de vrbe ſcripſit vbi in vinculis tenebat̃. 2. Thy.
2. Laboꝛo vſqꝫ ad vincula quaſi me operans. infra. 4.
Obſecro vos itaqꝫ ego paulus vinctus in dñ̄o. Ex quo
apparet eius tribulatio ⁊ paſſio in ſqualoꝛe carceris. Sꝫ
quia pena nõ facit martyrẽ ſed cauſa. ideo addit ſuarum
tribulationũ cãm. Duplex ẽ autẽ cã pꝛo qua quis marty
rij cãm pꝛoſequit̃. Vna ſi patiat̃ pꝛo fide xp̄i vel pꝛo qua
cunqꝫ alia virtute. 1. Pet. 4. Nemo veſtrum patiatur
quaſi homicida aut fur aut maledicus aut alienoꝝ appe
titoꝛ: ſi autem vt xp̄ianus nõ erubeſcat. Et q̃tuꝫ ad hoc
dicit. Vinctus chꝛiſti ieſu. Alia ſi patiat̃ ꝓ eccl̄ie vtilita
te. Et quantum ad hoc ait. Pꝛo vobis gentib⁹. i. tantũ
intendo conuerſionẽ vr̃am ⁊ verbum ſalutis vobis pꝛe-
dico ꝙ traditus ſuꝫ carceri. 2. Coꝝ. p̄mo. Tribulamur
pꝛo vr̃a exhoꝛtatione ⁊ ſalute. Col. p̄mo. Nunc gaudeo
in paſſionibus pꝛo vobis. ¶ Conſequenter cũ dicit. Si
tamen audiſtis ⁊c. ponit donũ gratie ſibi cõmiſſũ. Qua
ſi dicat. Dico ꝙ ſum ꝓ vobis gentibus vinctus. Si ta-
men audiſtis. i. intellexiſtis diſpenſationẽ gratie q̃ data
ẽ mihi pꝛo vobis. Qꝺ põt intelligi dupliciter. Vno mo
do vt diſpenſatio accipiat̃ paſſiue: ⁊ ſit ſenſus: ſi tamẽ au
diſtis diſpenſationem gratie ⁊c. i. ſi intellexiſtis ꝙ mihi
hoc donum ſcꝫ ap̄latus in gentibus ẽ diſpenſatum. Nã
vt dicitur infra. 4. Vnicuiqꝫ data ẽ gratia ſm̃ menſurã
donationis xp̄i. Et infra. Ipſe dedit quoſdam quidem
ap̄los: quoſdam autem pꝛophetas ⁊c. Vnde mihi diſpẽ
ſatũ ẽ a domino xp̄o. i. venit in ſoꝛtem gratia dei hec vt
in vobis fructum faciam. Col. p̄mo. Factus ſum ego mi
niſter ⁊c. Dico diſpenſationem dei que data ẽ mihi ĩ vo
bis. id eſt eoꝛum diſpenſatio tradita ẽ mihi. Alio mõ vt
diſpenſatio accipiat̃ actiue vt ſit ſenſus. Si tñ̄ audiſtis
diſpenſationẽ. ⁊c. i. ſi intellexiſtis ꝙ mihi datũ ſit vt do-
na grẽ diſpenſem ꝑ cõionem ſacramentoꝝ ⁊ hoc in vob
p̄me Coꝝ. 4. Sic nos exiſtimet hõ vt miniſtros xp̄i.
¶ Conſequenter cũ dicit. Quoniã ſm̃ reuelationeꝫ ⁊c.
manifeſtat cõditionem ſuam per partes ⁊ in ſp̄ali. Circa
qꝺ duo facit. quia pꝛimo ponit qꝺ pertinet ad dignitatẽ
officij ſcꝫ diſpenſationẽ gratie. Secundo illud qꝺ perti-
net ad experientiã patientie ſcꝫ tribulationes ibi. Qua
pꝛopter peto ne deficiatis ⁊c. Pꝛima iterũ in duas. Pꝛi
mo oſtendit gratie diſpenſationem q̃tum ad diuerſoꝛuꝫ
myſterioꝝ cognitionem. Secundo quantum ad ipſoꝝ
executionem ibi. Cuius factus ſum miniſter ⁊c. Pꝛima
iterum in duas. Pꝛimo ponit myſterioꝛum xp̄i ſibi da-
tam cognitionem. Secundo exponit qꝺ ſit iſtud myſte-
rium ibi. Eſſe gentes coheredes ⁊c. Circa cognitionem
ſuam tria ponit. Pꝛimo ꝙ ſit certa. Secũdo ꝙ ſit plena
Tertio ꝙ ſit excellens. Certa quidem ẽ quia non ẽ per
humanã induſtriã nec ꝑ humanã intentionẽ q̃ falli põt.
Sap̄. 9. Cogitationes enim moꝛtalium timide ⁊ incerte

prouidentie noſtre. Sed per legem diuinā que certiſſi-
ma eſt. Et ideo dicit. Quoniam ſm̄ reuelationem. ⁊c.
Gal. primo. Neq₃ enim ego ab homine accepi illud ne-
q₃ didici. ſꝫ per reuelationē ieſu chriſti. 2. Cor. 3. Nos
vero reuelata facie gloriā domini ſpeculantes. ⁊c. ¶ Itē
plena ē. quia perfecte reuelatum eſt mihi: ⁊ cōmitto ve-
ſtro iudicio quia ego in verbis paucis hoc expreſſi: in q̄-
bus cognoſcere poteſtis ꝙ perfectam cognitionem ha-
beam de myſterijs fidei. Et quantum ad hoc dicit. Si-
cut ſcripſi in breui id ē in paucis verbis ⁊ aperte eo mo-
do vt poteſtis legentes intelligere. Can̄. 4. Fauus di-
ſtillans labia tua. ⁊c. Labium quidem breue quid ē. Et
ſic labia doctoris ſunt fauus diſtillans quādo breuibus
⁊ paucis verbis multa ⁊ magna inſinuat. Sed attende
vt dicit Auguſtinus ꝙ debet intendere hoc doctor ꝙ. ſ.
intelligat. Et q̄diu ad hoc laborat verba ſua non ſūt ſu
ꝑflua ſed ſi poſtq̄ intelligit̄ eis īmoratur ſuperflua ſunt
eius verba. Dicit autē prudentiā meam: ſm̄ illud Pro
uerb. 9. Scientia ſanctoꝝ prudentia. Que quidem non
ē mundana ſed diuina ⁊ celeſtis ꝓpter qđ dicit. In my-
ſterio xp̄i. Eſt etiam excellens quia ſolis apoſtolis ē re-
uelata. Unde ſubdit. Qđ alijs generationibus nō ē ag
nitum. Licet enim miſteria xp̄i prophetis ⁊ patriarchis
fuerint reuelata: nō tamē ita clare ſicut apoſtolis. Nam
ꝓphetis ⁊ patriarchis fuerunt reuelata in quadaꝫ gene
ralitate ſed apl̄is manifeſtata ſunt q̄tum ad ſingulares
⁊ determinatas circumſtantias. Hoc autem qđ dicit ꝙ
alijs generationibus ⁊c. poteſt dupliciter exponi. Uno
modo vt per generationes tempora generationū accipi-
piantur. iuxta illud p̄s. Dn̄atio tua in omni generatiōe
⁊ generationē. Et tunc ē ſenſus ꝙ alijs generationibus
id ē temporibꝰ nō ē agnitum filijs hominū. i. rationali-
bus creaturis ſcꝫ nec hominibus nec angelis. Mat. 11.
Abſcondiſti hec a ſapientibus ⁊ prudentibꝰ ⁊ reuelaſti
ea paruulis. Sicuti reuelatum ē nunc ſanctis apoſtolis
eius ⁊ ꝓphetis noui teſtamenti interpretantibꝰ ſcriptu-
ras ⁊ explanantibus legem. Luc. 8. Uobis datum ē no
ſce myſteriū regni dei. ceteris autem ⁊c. Luc. 10. Beati
oculi qui vident que vos videtis. Et infra. Dico auteꝫ
vobis ꝙ multi reges ⁊ ꝓphete voluerunt videre q̄ vos
videtis ⁊ nō viderunt ⁊c. Alio modo poteſt exponi vt ꝑ
generationes accipiant̄ hoīes generati. ſm̄ illud. Mat.
23. Uenient hec omnia ſuꝑ generationem iſtam. ⁊c. Et
tunc ē ſenſus ꝙ alijs generationibus id ē hominibꝰ ī p̄
cedentibus generationibus generatis nō ē cognitū. ⁊c.
ſicut prius. Unde Eſa. 53. Quis credidit auditui nr̄o ⁊
brachium domini cui reuelatū ē? Sed hoc quidem ſacra
mentum fidei reuelatum ē aliquibus patribus veterī te
ſtamēti. ſm̄ illud Jo. 8. Abraam pater veſter exultauit
vt videret diē meum vidit ⁊ gauiſus ē. Et etiam ꝓphe-
tis ſm̄ illud Joel. 2. Poſt hec effundaꝫ de ſpiritu meo
ſuper omnē carnem ⁊ prophetabunt filij vr̄i ⁊ filie vr̄e.
Sed eis quidem reuelatum ē in quadam generalitate.
apoſtolis vero clare ⁊ perfecte. Et hoc propter tria. Pri
mo quia ipſi apl̄i habuerunt reuelationem immediate a
filio dei. ſm̄ illud Joh. 1. Unigenitus filius qui ē in ſinu
patris ipſe enarrauit. Prophete vero ⁊ patres veteris
teſtamēti ipſi edocti ſunt per angelos vel per aliquas ſi-
militudines. Unde dicitur Eſa. 6. Uolauit ad me vnus
de ſeraphin ⁊ in manu eius calculus quem. ⁊c. Et ideo
ipſi apl̄i clarius acceperunt. Secundo quia non in figu-
ris ⁊ in enigmatibus: ſicut ꝓphete viderunt. ſed reuela
ta facie gloriā domini ſpeculantes. Luce. 10. Beati ocu
li qui vident que vos videtis. Tertio quia apoſtoli con-
ſtituti fuerunt executores ⁊ diſpēſatores huius ſacramē-
ti: ⁊ ideo oportebat ꝙ melius ipi eſſent inſtructi q̄ alij.

Joh. 4. Alij laborauerunt ⁊ vos in labores eorū introi
ſtis. ¶ Conſequenter cum dicit. Eſſe gentes. ⁊c. mani-
feſtat quod ſit illud ſacramentū. Circa quod ſciendum ē
ꝙ iudei triplicem prerogatiuam habebāt reſpectu genti
lium ſcꝫ promiſſionis hereditatis. Roma. 4. Nō enim
per legem promiſſio abrae aut ſemini eius vt heres eſſet
mundi: ſed per iuſticiam fidei. p̄s. Dominus pars here-
ditatis mee ⁊c. Item per ſpecialem a gentibus alijs in-
ſtructionem. Deutero. 7. Te elegit dominus deꝰ tuus
vt ſis ei populus peculiaris de cunctis populis qui ſunt
ſuper terram. Unde p̄s. Nos autē populus eius ⁊ oues
paſcue eiꝰ. Can̄. 6. Una eſt colūba mea: ꝑfecta mea. ⁊c.
Item per xp̄i promiſſionē. Gen̄. 12. In te benedicēt vni
uerſe cognatiōes terre. Hec autem tria gentes nō habe-
bant: ſupra. 2. Qui eratis illo tempore ſine xp̄o alienati
a conuerſatione iſrl̄. Sed ad hec tria recepti ſunt ꝑ fideꝫ
Primo quidē quantū ad partipationem hereditatis. ⁊
quantū ad hoc dicit. Coheredes ſcꝫ ipſis iudeis in here
ditate celeſti. Mat. 8. Multi ab oriente ⁊ occidente ve-
nient ⁊ recumbent cuꝫ abraam yſaac ⁊ iacob in regno ce
lorum. ⁊c. Secundo ad ſpeciale collegium fidelium. Et
quantum ad hoc dicit. Concorporales. i. in vnum corpꝰ
Joh. 10. Alias oues habeo que nō ſunt ex hoc ouili. i.
gentes: ⁊ illas oportet me adducere ⁊ vocem meam au-
dient ⁊ fiet vnum ouile ⁊ vnus paſtor. Tertio ad partici
pationem gratie repromiſſe. Et quantū ad hoc dicit. Et
comparticipes ſcꝫ promiſſionuꝫ q̄ facte ſunt abrae. Ro.
15. Dico autem chriſtum fuiſſe miniſtrum circūciſionis
propter veritatem dei ad confirmādas promiſſiones pa
trum: gentes autem ſuper miſericordia honorare deum.
Et hec omnia conſecute ſunt gentes, non per moyſen ſꝫ
in chriſto. Joh. p̄mo. Lex per moyſen data ē: gratia et
veritas per ieſum xp̄m facta eſt. 2. Pet. p̄mo. Per quē
maxima ⁊ p̄cioſa nobis promiſſa ⁊c. Item nec per imple
tionem legis: quia hoc ē iugum qđ neq₃ patres noſtri ne
q₃ nos portare potuimꝰ. vt dicitur Act. 15. Sed ꝑ euan
geliuꝫ per quod omnes ſaluantur. Roma. p̄mo. Nō eni
erubeſco euangelium. Uirtus enim dei eſt in ſalutē om-
ni credenti. p̄me Cor. 15. Notum vobis facio euangeli
um quod predicaui vobis quod ⁊ accepiſtis in quo ⁊ ſta
tis ꝑ quod ⁊ ſaluamini.

## Lectio ſecunda.

**C** Uius factus ſuꝫ ego miniſter ſcđm
donū gratie dei q̄ data eſt mihi ſcđꝫ
operationem virtutis eius. Mihi
enim omnium ſanctorum minimo data eſt
gratia hec in gentibus euangelizare inue-
ſtigabiles diuitias xp̄i ⁊ illuminare omnes
que ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi a
ſeculis in deo qui omnia creauit.

Poſtq̄ oſtendit apoſtolus eſſe ſibi gratiam diſpenſataꝫ
quantū ad miſteriorum diuerſorum cognitionē: hic oſtē
dit hoc idem quantum ad ipſorum miſteriorum executi-
onem. Et circa quod duo facit. Pr̄o cōmemorat auxili-
um gratie preſtitum ſibi ad exequendum. Secūdo oſten
dit ſibi cōmiſſum officium miniſterij ibi. Mihi omnium
ſanctorum minimo ⁊c. Prima in duas. Primo tangit
miniſteriorum diuinorū executionē. Secundo oſtendit
auxilium ſibi datum ad exequendum. ibi. Secūdū donū
gratie ⁊c. Executio autē diuinoꝝ ſibi cōmiſſa ē ꝑ modū
miniſterij: ⁊ quantum ad hoc dic. Dico ꝙ hoc miſteriuꝫ
ē mihi cōmiſſū ſcꝫ gentes eſſe coheredes ꝑ euangelium

per qđ gentes participes fiunt promiſſionis dei in chri
ſto ieſu cuius ego paulus factꝰ ſum miniſter ⁊c. Quaſi
dicat. Non ego impleo vel exequor vt a me vel vt meũ:
ſed ſicut miniſterium quod dei eſt. Act. 9. Uas electio-
nis ẽ mihi iſte ⁊c. Unde apoſtolus. 1. Cor. 4. Sic nos
exiſtimet homo vt miniſtros xp̄i ⁊ diſpenſatores miſte
riorum dei. ¶ Deinde cum dicit. Secundum donũ gra-
tie ⁊c. tangit auxiliũ ſibi preſtitum ad miniſteriorũ exe-
cutionem. Huiuſmodi autẽ auxiliũ duplex fuit. Unum
quidem ip̄a facultas exequendi: aliud ip̄a operatio ſiue
actualitas. Facultatem autem dat deus infundendo vir
tutem ⁊ gr̄am per quas efficitur homo potens ⁊ aptus
ad operandum: ſed ip̄am operationem confert inquantũ
operatur in nobis interius mouendo ⁊ inſtigando ad bo
num. Et ideo hoc accipiens apl's a deo dicit quantuz ad
p̄mũ. Dico ꝙ factꝰ ſũ miſter lz certe nõ meis meritꝭ nec
virtute ꝓpria: ſed ſm donũ gratie dei que data ẽ mihi.
quia. ſ. idoneus efficior ad executionem diuinoꝝ miniſte
rioꝝ qui fui prius perſecutor. 1. Cor. 15. Plus omni-
bus laboraui nõ ego ſed gratia dei mecum. Quantũ ad
ſecundũ dicit. Scđm op̄ationẽ quã deus efficit inq̄tum
virtus eius operat̃ in nobis ⁊ velle ⁊ perficere ꝓ bona
voluntate. Poteſt autez hoc aliter exponi ſm glo. vt qđ
dictũ eſt modo referat̃ ad precedentia: vt. ſ. dicat̃ ꝙ eſſe
gentes coheredes ⁊ cõcorporales ⁊ cõparticipes ꝓmiſ-
ſionis eiꝰ. ſ. dei patris. hoc quidem donũ dedit deꝰ gen
tibus in xp̄o. id eſt per xp̄m ⁊ hoc ſm operationem vir-
tutis. ⁊ per hoc ꝙ potenter operatus eſt ſuſcitando xp̄m
a morte. ¶ Conſequenter cũ dicit. Mihi ſanctorum mi-
nimo. ⁊c. oñdit officiũ cõmiſſũ. cuius quidẽ cõmiſſionis
gratia cõmendatur ex tribus. Primo quidem ex perſo-
ne ſue cõditione. Secũdo ex cõmiſſoꝝ magnitudine ibi.
Euangelizare inueſtigabiles ⁊c. Tertio ex fructus vti-
litate ibi. Ut innoteſcat ⁊c. Cõmendat̃ igitur officium ſi
bi cõmiſſum: ex perſone conditione. Si eñ rex aliquis
aliquod quidem magnũ officiũ alicui magno principi et
excellenti cõmitteret nõ multũ ei magnã gratiam faceret
quantũ ad hunc magnũ in magno officio: ſed ſi magnuz
⁊ arduiſſimũ officium alicui paruo cõmittat. multũ eum
mganificat ⁊ magnaz gr̄am facit ei: ⁊ tanto magis q̄to
officij excellentia excedit ip̄m. Secundũ ergo hũc modũ
paulus gr̄am ſibi cõmiſſi officij cõmendat dicẽs. Mihi
omniũ ſanctoꝝ minimo data eſt gratia hec. Et vocat ſe
minimũ non ex poteſtate ſibi cõmiſſa: ſed ex cõſideratiõe
ſtatus p̄teriti. p̄me Cor. 15. Ego ſum minimꝰ apoſtolo
rum qui nõ ſum dignus vocari apl's: quoniã perſecutus
ſum eccl'iam dei. Eſa. 60. Minimus erit in mille ⁊ par-
uulus in gentẽ fortiſſimam. Et hoc in gentibus. id eſt in
ter gentes. Gal. 2. Qui eñ operatus ẽ petro in apoſto-
latum circũciſionis: operatus eſt ⁊ mihi inter gẽtes. Et
cũ cognouiſſent gr̄am dei q̄ data eſt mihi inter gentes.
⁊c. Secundo cõmendat̃ hmõi cõmiſſionis gr̄a ex officij
magnitudine qđ ẽ reuelare ⁊ manifeſtare ſecreta dei que
ſunt magna ⁊ occulta: puta de magnitudine xp̄i ⁊ de ſa-
lute fideliũ facta ꝑ eum. De his autẽ duobꝰ ẽ totum euã
gelium. Quantũ ad primũ dicit. Euãgelizare ⁊c. Qua-
ſi dicat. Hec gratia data ẽ mihi vt annũciem bonũ. p̄me
Cor. 1. Non miſit me xp̄us baptizare ſed euangelizare.
Et ibidem. 9. Ue enim mihi ſi non euangelizauero. Et
hoc inueſtigabiles xp̄i diuitias que ſunt vere diuitie. ſu-
pra. 2. Deus autem qui diues ẽ in miſericordia ⁊c. Ro.
2. An diuitias bonitatis eius ⁊ patientie ⁊ longanimita
tis contemnis. ⁊c. Ro. 10. Diues in omnes q̄ inuocant
illum. Quaſi dicat. Diuitie iſte vere inueſtigabiles ſũt
quia tanta eſt miſericordia eius ꝙ intelligi vel inueſtiga
ri nõ poſſet. Eſa. 33. Diuitie ſalutis ſapiẽtia ⁊ ſciẽtia ti-
mor domini ip̄e theſaurus eius ſcz xp̄i: qꝛ in xp̄o abũdã-
tiſſime fuit timor domini. Eſa. 11. Replebit eum ſpiritꝰ
timoris dñi. In xp̄o enim ſunt omnes theſauri ſapientie
⁊ ſcientie abſconditi. Col'. 2. Et hec ſunt inueſtigabiles
quia perfecte ſapientia ⁊ ſcientia xp̄i inueſtigari nõ poſ-
ſunt. Job. 11. Reperies forſan veſtigia dei ⁊ vſq̧ ad perfectum omnipotentem? Quaſi dicat. Non. Nam ꝑ crea
turas in quibus relucet veſtigiũ creatoris peruenire nõ
poteſt ad perfectam eius cognitionẽ. Huiuſmodi autem
diuitias ſtupens admiratur apoſtolus, dicens. Roma.
11. O altitudo diuitiarum ſapientie. ⁊ ſcientie dei quam.
⁊c. Eccl'. p̄mo. Sapientiã dei precedentem omnia quis
inueſtigabit? ¶ Quantum ad ſecundũ. id eſt ad manife
ſtandum ſalutem fidelibus ex xp̄o prouenientem dicit.
Illuminare omnes non ſolum iudeos ſed etiaz gentiles
per predicationẽ ⁊ miracula. Eccl'. 24. Illuminabo om
nes ſperantes in domino. Act. 9. Uas electiõis eſt. ⁊c.
Mat. 5. Uos eſtis lux mundi. Illuminare inq̄ quantuz
in me eſt omnes. ſ. credere volẽtes. 2. Thy. 2. Qui oẽs
homines vult ſaluos fieri ⁊ ad agnitionẽ veritatis veni
re. Ad hoc. ſ. vt intelligant que ſit diſpenſatio ſacramen
ti: quia nihil valent iſta niſi diſpenſent̃. Quaſi dicat. de
hoc illuminabo. ſ. q̄ mirabilis ⁊ ex quanta dilectione ſit
facta adimpletio archane redemptionis. Huiuſmõi aũt
diuitie inueſtigabiles per xp̄m vobis diſpenſate ſũt. Sz
qꝛ dici poſſet iſtud qđ dicis ⁊ ſi ſit magnũ omnes tamen
hoc ſciunt. ideo ad hoc reſpondet apoſtolus dicẽs ꝙ nõ
quia abſcondita a ſeculis. Ubi ſciendũ ẽ ꝙ omnia q̄ ſunt
in effectu latent virtute in ſuis cauſis: ſicut in virtute ſo
lis cõtinent̃ oĩa que ſunt in generabilibꝰ ⁊ corruptibili-
bus. Sed tamẽ ibi quedã ſunt abſcondita quedã manife
ſta. Nam calor ẽ manifeſte in igne. aliquoꝝ vero rõ que
occulto modo ꝓducit latet in eo. Deus autẽ ẽ omnium
rerũ cã efficiens: ſed producit quedã quorũ ratio poteſt
eẽ manifeſta illa ſcz que mediantibꝰ cauſis ſecũdis ꝓdu
cit. Aliqua vero ſunt in eo abſcondita illa ſcz que imme
diate per ſeip̄m producit. Et quia ſacramentuz humane
redemptionis per ſeip̄m operatus ẽ deus: ideo in eo ſo-
lo hoc ſacramentũ ẽ abſconditũ. Et hoc ẽ qđ dicit. Ab-
ſcondita a ſeculis in deo. i. in ſola noticia dei. Inueſtiga
re autẽ ſecreta prime cauſe maximũ ẽ. p̄me Cor. 2. Sa-
pientiã loquimur inter ꝑfectos. Sapiam vero nõ huius
ſeculi neq̧ principũ huiꝰ ſeculi qui deſtruunt̃ ſed loqui-
mur dei ſapientiã in myſterio que abſcondita ẽ quã pre-
deſtinauit deꝰ ante ſecula qui inq̄ oĩa creauit.

## Lectio tertia.

Ut innoteſcat principibus ⁊ poteſta
tibus in celeſtibus per eccleſiã mul
tiformis ſapientia dei ſcđm p̄finiti-
onem ſeculorum quã fecit in xp̄o ieſu domi
no noſtro: in quo habemus fiduciã ⁊ acceſ-
ſum in cõfidentia per fidem eius.

Poſita dignitate officij ex magnitudine cõmiſſoruz: hic
commendat apoſtolus officij dignitatem ex vtilitate ef-
fectus: que quidem eſt reuelatio magnarum rerum ma-
gnis perſonis. Sunt autem circa hoc tria conſideranda
Primo quidem quibus ſit reuelatum: ⁊ quantũ ad hoc
dicit. Ut innoteſcat principibus ⁊c. Secundo per quem
reueletur qꝛ per eccleſiam. Tertio quid reueletur: quia
multiformis ſapiẽtia dei. Ad cuius quidẽ ſapientie de-
ſcriptionẽ quattuor tãgit apl's. Prĩo eiꝰ multiplicitatẽ
ibi. Multiformis ſapiã dei. Scđo modũ multiplicitatꝭ
ibi. Prefinitiõz ſeculoꝝ. Tertio multiplicitatꝭ auctatẽ.

Unde ſubdit. Quam fecit dominus in xp̄o ieſu domio
noſtro Quarto auctoris effectum. ibi. In quo habemus
fiduciam ⁊ acceſſum. Eſt ergo ſapientia que reuelatur
multiformis ⁊ hec quidē multiformitas tangit̃. Job. xi.
Utinā deus loqueret̃ tecū ⁊ apperiret labia ſua tibi vt
oſtenderet tibi ſecreta ſapientie: ⁊ ꝙ multiplex ſit lex eiꝰ
⁊c. Sap̄. 7. Eſt enī in illa ſcꝫ ſapiētia diuina ſpūs intel-
ligentie ſanctus vnicus ⁊ multiplex ⁊c. Multiplex ſcꝫ ī
effectibꝰ: vnicus ſcꝫ in eſſentia. ¶ Modus aūt multipli-
citatis reuelate ſcīe ē ſm̄ ꝑfinitionē ſeculoꝝ. i. diſtinctio
nem ⁊ determinationē diuerſorum tempoꝝ. Deus enīꝫ
ordinat alia eſſe in vno tempore: alia ī alio: ⁊ ſm̄ hoc hu
iuſmodi ſapientia multiformis dicit̃ ſm̄ ꝑfinitionē ſecu-
loꝝ quia diuerſa tempora diuerſis ornat effectibꝰ. Au-
ctor autē huius multiplicatis ē xp̄s. Unde dicit. Quam
fecit deus in xp̄o ieſu dn̄o nr̄o. i. per xp̄m. Ipſe enim mu
tat tempora ⁊ ſtatuꝫ eoꝝ. Heb. i. Multipharie multiſqꝫ
modis ⁊c. per quē fecit ⁊ ſecula. Pōt autē hoc qđ dicit
quem fecit deus. ⁊c. referri vel ad eternā ꝑdeſtinationē
Nam ip̄am fecit pater ī filio ſuo. ſupra ꝑmo. Elegit nos
in ip̄o ante mūdi cōſtitutionem vt eſſemus ſancti. Ipſe
eīm filius ē ſapientia patris. Nihil autē diffinit vel pre-
ordinat aliquis niſi per ſapientiā. Uel poteſt referri ad ꝑ
deſtinationis eterne cōpletionem quā deus pater ꝑ filiū
cōſumauit. i. Coꝝ. 10. In quos fines ſeculoꝝ deuenerīt
Supple ſumus. ¶ Effectus aūt auctoris ē magnitudo
fructꝰ qui nobis a xp̄o ꝓuenit. qđ ponit̃ cū dicit. In quo
habemus fiduciā ⁊c. Circa qđ duo facit. Primo ponit
que recepimus. Secūdo appropriatū ꝑ qđ recepimꝰ ibi
Per fidē eiꝰ. Bona autē que recepimus ſunt duo. Unū
qđ pertinet ad ſpem obtinendi. ⁊ quantum ad hoc dicit
In quo ſcꝫ xp̄o habemus fiduciā ſcꝫ veniendi ad celum
⁊ eternā hereditatē. Jo. 16. Confidite ego vici mundū.
ij. Coꝝ. 3. Fiduciā talem habemꝰ ꝑ xp̄m ad deū. Aliud
bonū ꝑtinet ad obtinendi facultatē. ⁊ q̄tuꝫ ad hoc dicit
Et acceſſum ſcꝫ habemꝰ. Heb. 4. Adeamꝰ cū fiducia ad
thronū glorie eiuſ. Jere. 3. Patrē vocabis me ⁊ poſt me
ingredi nō ceſſabis. Ro. 5. Per quē acceſſū habemꝰ ꝑ
fidem in gratia iſta in qua ſtamus ⁊ gloriamur ī ſpe glīe
filioꝝ dei. Per quid autē hec denit̃ nobis ſubdit dicens
Per fidē eius ſcꝫ xp̄i. Ro. 5. Juſtificati ex fide pacē ha-
beamus ad deū ꝑ dn̄m noſtrū ieſum xp̄m. Ut ergo bre-
uiter cōprehendamꝰ dico ꝙ reuelata ē ſapiētia dei mul-
tiformis varietatis ſm̄ diſtinctionē ⁊ ꝑfinitionē ſeculoꝝ
que dedit nobis fiduciam ⁊ acceſſum ad p̄rem ꝑ fidē eiꝰ
Quibus autē reuelata ſit iſta multiformis ſapientia dei
oſtendit ⁊ tunc ſumit̃ iſta littera ſuperius dimiſſa. Ut in
noteſcat principibus ⁊ poteſtatibus ex qua apparet ma-
gnitudo. Et qꝛ etiā in terris ſūt ꝑncipes ⁊ poteſtates ad
dit. In celeſtibus. i. in celo vbi nos erimus. ¶ Notāduꝫ
ē autē hic ꝙ principes ⁊ ptātes ſunt duo ordines qui ex
ip̄orū nomine ꝑeminentiam in operando deſignāt. Po-
teſtas ordinat̃ ad reprimendū impedimenta ſalutis: ſed
ordo ꝑncipatuū ꝑeſt ⁊ iniungit ad bene exequendū. Q̄
aūt ad ordinē ꝑncipatus ꝑtineat regulare pꝫ ꝑ illud ps.
Preuenerunt ꝑncipes coniuncti pſallentibꝰ ⁊c. Itēꝫ ꝑn
cipes iuda duces eoꝝ ⁊c. Q̄ autē ad poteſtates ꝑtineat
reꝑmere pꝫ Ro. 13. Uis autē nō timere ptātēꝫ. bonū fac
⁊ habebis laudē ex illa: dei enī miniſter ē tibi in bonum
ſi aūt malefeceris time. Non eīm ſine cauſa gladium por
tat ⁊c. Magni ergo ſunt quibꝰ innoteſcit qꝛ ſanctis an-
gelis per quos dirigunt̃ ⁊ defendunt̃ ſancti. Per quid
aūt eis innoteſcat multiformis ſapiētia dei ſubdit dicēs
Per eccl̃iam qđ quidē habet magnā difficultatē. Nam
glo. habet. i. ꝑ apoſtolos in eccl̃ia ꝑdicantes. Unꝰ qui-
dem intellectus eſſe poteſt ꝙ ſcꝫ angeli didicerūt ab apo
ſtolis: ⁊ hoc videt̃ quandā rōnem habere. videmꝰ enim
ꝙ in celo inter angelos ſuꝑiores qui īmediate a deo illu
minant̃: illuminant ⁊ docēt inferiores angelos qui nō ī
mediate illuminant̃ a deo. Nō videt̃ ergo irrationabile
ꝙ apl̄i qui īmediate a deo ſunt edocti. ſm̄ illud Jo. ꝑmo
Unigenitus filiꝰ qui ē in ſinu patris ip̄e enarrauit vt do
ceant angelos. Sed hoc quidē ſatis ſufficienter dici poſ
ſet niſi aliud occurreret. Cū eīm in xp̄o ſint due nature.
diuina ſcꝫ ⁊ humana. Edocti quidē ſunt apl̄i a xp̄o im-
mediate q̄tum ad humanam naturā. Angeli autem īme
diate naturam diuinā vident: etiā inferiores alꝫ nō eēnt
beati cū in ſola viſione diuine eſſentie rōnalis creature
beatitudo cōſiſtat. Nō eſt ergo cōueniens nec rō aliqua
vt dicamus ſanctos qui ſunt in patria doceri a q̄tūcūqꝫ
perfectis viatoribus. Nam licet inter natos mulierū nō
ſurrexit maior iohanne baptiſta: tamē qui ē in regno ce-
loꝝ maior eſt illo: vt dicitur Mat. 11. Dicere autē ꝙ de
mones doceantur ab hominibꝰ. hoc abſqꝫ ꝑiudicio cre-
dibile ē. Sed ꝙ beati q̄ immediate verbū conſpiciūt qđ
eſt ſpeculum ſine macula in quo relucent oīa: a viatori-
bus doceant̃ dici nō debet nec conueniens videt̃. Dicē-
dum ē ergo ꝙ innotuit angelis per eccl̃iam. i. per apl̄os
ꝑdicantes vt dicit glo. nō ꝙ angeli hoc didicerint ab eis
ſed in eis. Nam ſicut dicit Augꝰ. ſuꝑ Geñ. ad litteram
Deus anteq̄ creaturas crearet: ante dico ordine nature
non ordine temporis cum ſm̄ tempus ſimul omnia crea-
ta ſint rōnes rerum naturaliū indidit mentibus angelo-
rum: quo fit vt angeli dupliciter res naturales cognoſce
rent: qꝛ cognouerūt eas in verbo: ⁊ hec cognitio dicitur
matutina. Itē cognouerūt eas in naturis ꝓprijs: ⁊ hec
dicit̃ cognitio veſpertina. ¶ Ulterius notandū ē ꝙ ſunt
quedam rationes myſteriorum gratie totam creaturam
excedentes ⁊ huiuſmodi rationes nō ſunt indite menti-
bus angelorum: ſed in ſolo deo ſunt occulte. Et ideo an-
geli non cognoſcunt eas in ſeip̄is: nec etiam in deo ſꝫ co
gnoſcunt eas ſm̄ ꝙ in effectibus explicantur. Cum igi-
tur rationes pertinentes ad multiformem ſapientiā dei
ſint huiuſmodi ſcꝫ in ſolo deo abſcondite: ⁊ poſtmodum
in iſtis forinſecis effectibus explicate: manifeſtum eſt ꝙ
angeli eas nec in ſeip̄is nec in ip̄o verbo nec etiā ab apo
ſtolis nec a viatoribus alijs cognouerūt ſed in ip̄is apo-
ſtolis explicatas prius in mente diuina latentes cogno-
uerunt: ſicut domus que eſt in mente artificis vel conce-
ptu de dono facienda: nullus ſcire poteſt q̄diu latet ī mē
te: niſi ſolum ille qui ſolus illabitur animabus ſcꝫ deus
ſed poſtq̄ conceptus eſt iam in effectu extrinſeco expli-
catus quia domus iam facta eſt: ſic aliquis de domo iaꝫ
facta que prius latebat in mente artificis edocetur. non
autem edocetur per domum ſed in domo. Unde iam re-
ſtat vt aliter exponatur hoc quod dicit. Ut īnoteſcat ꝑn
cipibus ⁊c. vt illa coniunctio vt accipiatur nō cauſaliter
ſed quodāmodo conſecutiue ⁊ legatur ſic Illuminare q̄
ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi a ſeculis in deo qui
omnia creauit ita tamē abſconditi vt innoteſcat princi-
pibꝰ: ⁊ id eſt iſtud ſacramentum ita fuit abſconditum in
deo ꝙ inde innotuit principibus ⁊ poteſtatibus non ab
eterno ſed a ſeculo quia omnis creatura principium ha-
bet. Et hoc non per eccleſiam terrenam ſed celeſtem: qꝛ
ibi eſt vera eccleſia que eſt mater noſtra ⁊ ad quā tendi-
mus ⁊ a qua noſtra eccleſia militans eſt exemplata. Et
ſic li per deſignat ordinem nature tantum vt dicatur per
eccleſiam celeſtem. id eſt de vno in aliud. ſicut dicitur il
lud factum eſt notum per totum regnum vel ciuitatē: qꝛ
noua currunt ab vno in aliū ſm̄ ꝙ verba currunt ſic dꝛ
Act. 9. de ſuſcitatiōe thabite beghine ſci petri. Notū aūt
factum eſt ꝑ vniuerſam yopen ⁊ crediderunt multi. ⁊c.

Magiſter tñ aliter recitat lecturā auguſtini hoc mō. Illuminare q̄ ſit diſpenſatio ⁊c. ⁊ hoc ꝑ eccl'iam .i. oēs qui ſunt in eccl'ia terrena: ſed hoc nō ē ſm intentionē auguſtini. ¶ Hic poſſet queri vtrū angeli a p̄ncipio mundi cognouerit myſteriū incarnatiōis. Reſpōdet magiſter dicens ꝙ angelis maiorib⁹ notū fuit ſed nō minorib⁹. Vñ ip̄i ſcʒ minores angeli interrogant. Eſa. 63. Quis ē iſte qui venit de edom tinctis veſtibus de boſra? Sed opio hec ē contra beatū dionyſiū. Dionyſius eñ duas interrogationes angeloꝝ de xp̄o factas ex ſacra ſcriptura accipit. Vnā ex p̄s. Quis eſt iſte rex glorie. Itē accipit aliā ex Eſa. 63. Quis eſt iſte qui venit de edom ⁊c. Prima autē interrogatio ſm eum ē inferiorū angelorū. Secunda ſupremorum qđ patet: quia prime non de⁹ reſpondet ſed alius. Vnde dicit. Domin⁹ virtutum ip̄e eſt rex gl'ie ſecunde vero reſpondet ip̄e deus īmediate. Vnde dicit Ego qui loquor iuſticiā ⁊ ꝓpugnator ſum ad ſaluādum Vult ergo dionyſius ꝙ vterq; aliquid ignorauerunt. ⁊ vterqʒ aliquid ſciuernnt: qꝛ a principio oēs ſciuerūt myſterium incarnationis in generali: ſed rōnes in ſpeciali didicerūt tempore ꝓcedente ſeu ꝓceſſu tp̄is ſm ꝙ ī effectibus extrinſecis explicabant.

## Lectio quarta.

**Propter qđ peto ne deficiatis in tribulationib⁹ meis in vobis que eſt gl'ia veſtra. Hui⁹ rei gratia flecto genua mea ad patrē domini noſtri ieſu chriſti ex quo omnis paternitas in celis ⁊ in terra nominat: vt det vobis ſcđm diuitias glorie ſue virtutem corroborari per ſpiritum eius in interiore xp̄m habitare per fidem in cordib⁹ veſtris: in charitate radicati ⁊ fundati**

Poſtq̄ egit ap'ls de dignitate officij qđ ꝑtinet ad ſuam cōditionem: hic conſequēter agit de his que ꝑtinent ad ſuā afflictionem ſcʒ de paſſionib⁹ ſuis. Circa qđ duo facit. Primo exhortat eos ne pro ſuis tribulationib⁹ conturbent ſed habeant patientiā. Secūdo qꝛ ad hoc ꝙ hō nō cōturbet neceſſariū ē diuinū auxiliū. p̄mittit orationē vt impleant hoc ꝑ diuinā grām ibi. Huius rei grā. ⁊c. Dicit ergo primo. ex magnitudine officij mei ⁊ firmitate eius quā habeo ꝑ fidē xp̄i accidit ꝙ tribulationes patior nec me cōturbant nec a xp̄o auellere poſſunt. Ro. 8 Quis nos ſeparabit a charitate xp̄i. tribulatio ⁊c. Quaſi dicat. Nihil. Propter qđ induco vos ⁊ peto ne deficiatis in tribulatiōib⁹ meis. ne. ſ. occaſiōe tribulationum meaꝝ deficiatis oīno a fide ⁊ ab opib⁹ bonis. Heb. 12. Nō fatigemī animis vr̄is deficientes. Dico aūt ꝙ vos nō debetis deficere qꝛ ſunt ꝓ vobis. i. ꝓ vtilitate vr̄a. 2. Coꝛ. 1. Siue tribulamur ꝓ vr̄a exhortatiōe ⁊ ſalute: ſiue cōſolamur ꝓ vr̄a cōſolatiōe ⁊ ſalute: que operat tolerantiā paſſionū earūdē quas ⁊ nos patimur vt ſpes nr̄a firma ſit ꝓ vobis ſciētes quoniā ſicut ſocij paſſionū eſtis ſic eritis ⁊ cōſolationū. Vel dicit ꝓ vobis. i. ꝓ vr̄a ꝓbatione Sap. 3. Tanq̄ auꝝ ī fornace ꝓbauit electos dñs. ⁊c. Que ē gl'ia vr̄a. ſ. ſi nō deficiatis ſed ſtetis fortes in tribulationib⁹. Nā qui ꝑſeuerauerit vſqʒ ī finē ⁊c. Alio mō que ē gl'ia vr̄a. i. tolerātia paſſionū nr̄aꝝ eſt pro vobis ad gl'iam in hoc ꝙ de⁹ expoſuit ap'los ſuos ⁊ ꝓphetas tribulationib⁹ ⁊ paſſiōib⁹ ꝓpter ſalutē veſtrā. Oſee 6. Propterea dolaui ī ꝓphetis ⁊ occidi eos ⁊c. 2. Coꝛ. p̄mo. Gl'ia veſtra ſum⁹ ſicut vos noſtra. ⁊c. ¶ Cōſequēter cū dicit. Hui⁹ rei grā ⁊c. implorat eis auxiliū ꝑ orationē vt ꝑ exhortationē ſuā ꝓficiāt. Et p̄mo orōnē p̄mittit. Secūdo quaſi ſecurus de exauditione gratias agit. ibi. Ei aūt qui potens eſt ⁊c. Itē p̄ma in tres qꝛ primo ꝓponit orōnis obiectū. Secūdo orōnis intentū ibi. Vt det vobis ſm diuitias ⁊c. Tertio orōnis fructum. ibi. Vt poſſitis cōprehendere ⁊c. Oratio aūt reddit exaudibilis ꝑ humilitatē. p̄s. Reſpexit in orōnem humiliū ⁊c. Eccl'. 35. Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit. ⁊c. Et ideo ſtatim orōnem ſuā ab humilitate incipit dicens Huius rei grā. ſ. ne deficiatis a fide flecto genua mea ad patrē. ⁊c. Qđ ē ſignū humilitatis ꝓpter duo. Prīo qꝛ qui genua flectit quodāmodo paruificat ſe ⁊ ſubijcit ſe ei cui genua flectit. Vnde ꝑ huiuſmōi oſtendit recognitio ꝓprie fragilitatis ⁊ paruitatis. Secūdo qꝛ in genu ē fortitudo corꝑis. Qñ ergo quis genua flectit ꝓteſtat debilitatē ſue virtutis. Et inde ē ꝙ exteriora ſigna corporalia exhibent deo ad cōuerſionē ⁊ exercitiū ſp̄us ⁊ anime interioris. 2. Paralip. vlt. in orōne manaſſes. Flecto genua cordis mei ⁊c. Eſa. 45. Mihi curuabit oē genu. ⁊c. ¶ Deinde deſcribit orōnis obiectū qđ eſt de⁹. ⁊ deſcribit eū ex duob⁹. Prīo ex affinitate. Scđo ex auctoritate. Ex affinitate eñ erigimur ad orandū cū fiducia. Et q̄tū ad hoc dicit. Ad pr̄eʒ dñi noſtri ieſu xp̄i. ſ. cui⁹ nos filij ſumus. Iac. 1. Omne datū optimū ⁊c. Eſa. 63. Tu eñ domine pater noſter. ⁊c. Ex auctoritate autē confirmatur obtinendi qđ petimus fiducia qꝛ ip̄e ē ex quo oīs paternitas in celo ⁊ in terra noīatur. ¶ Hic poſſet queri vtrū in celo ſit paternitas. Poſſet dici breuiter ꝙ in celo. i. in deo hel in diuinis ē paternitas q̄ ē p̄ncipium oīs paternitatis. Sed de hac nō querit ad p̄ſens: qꝛ cuilibʒ fideli nota ē. Sʒ querit vtrū in celis. i. vtrum in angelis ſit aliqua paternitas. Ad hoc dico ꝙ paternitas ē tantū in viuentibus ⁊ cognoſcentib⁹. Eſt autem duplex vita. Vna ſm actū. alia ſm potentiā. Vita quidē ſm potētiā ē habere opera vite in potentia. Vnde dormiens quātū ad actus exteriores dicit viuere in potentia. Viuere autem ſm actū ē qñ exercet quis oꝑa vite in actu. Sic aūt nō ſolū qui dat potentiā vite pater ē eius cui dat: ſed qui dat actū vite ille etiā pater dici pōt. Quicūq; ergo inducit aliquē ad aliquē actū vite: puta ad bene operandum intelligendū: volendū: amādū pater eius dici pōt. p̄me Coꝛ. 4. Nam ſi decēʒ milia pedagogoꝝ habeatis ī xp̄o ſed nō multos patres ⁊c. Cū ergo inter angelos vn⁹ alterū illuminet ꝑficiat ⁊ purget ⁊ iſti ſint actus hierarchici: manifeſtū ē ꝙ vnus angelus ē pater alterius ſicut magiſter ē pater diſcipuli. ¶ Vtrū autē paternitas que ē in celis ⁊ in terra deriuet a paternitate que ē in diuinis dubitat ⁊ videt ꝙ non qꝛ noīa ſic imponim⁹ ſm ꝙ res noīatas cognoſcim⁹. Quicq̄d aūt cognoſcim⁹ ē ꝑ creaturas: ergo noīa impoſita a nobis rebus ip̄is plus ⁊ pri⁹ cōueniūt creaturis q̄ ip̄i deo. Rñdeo ⁊ dico ꝙ nomen alicuius rei noīate a nobis dupliciter pōt accipi: qꝛ vel ē exp̄ſſiuū vel ſignificatiuū conceptus intellectus qꝛ voces ſunt note vel ſigna paſſionū vel cōceptuū qui ſunt in aīa: ⁊ ſic nomē prius ē in creaturis q̄ in deo. Aut inquātū eſt manifeſtatiuū quidditatis rei noīate exteri⁹. ⁊ ſic ē prius in deo. Vnde hoc nomē paternitas ſm ꝙ ſignificat ꝯceptionē intellectus noīantis rem: ſic per prius inuenit in creaturis q̄ in deo. qꝛ ꝑ prius creatura innoteſcit nobis q̄ deus: ſcđm autē ꝙ ſignificat ipſā rē noīatā ſic ꝑ prius eſt in deo q̄ in nobis: quia certe omnis virt⁹ generatiua in nobis eſt a deo. Et ideo dicit. Ex quo omnis paternitas in celo ⁊ in terra nominatur. Quaſi dicat. Paternitas que eſt in ip̄is creaturis eſt quaſi nominalis ſeu vocalis: ſed illa paternitas diuina qua pr̄ dat totam naturam filio abſq; omni imperfectiōe eſt vera paternitas. ¶ Conſequenter cum dicit. Vt det vobis. ⁊c.

oſtendit orationis intentū. Et primo facit hoc Secundo oſtendit per quid poſſet ĩpetrare ſuū propoſitū ibi. Per ſpiritum eius ⁊c. Dicit ergo. Dico ꝙ peto ne deficiatis ſed ſtetis viriliter. Scio tamē ꝙ hoc ex vobis facere nō poteſtis ſine dono dei. ideo peto vt det vobis. Jacob. 1. Omne datuʒ optimū ⁊c. Et hoc quidem ſ᷒ʒ diuitias glorie ſue. id eſt ſᵐ copiaʒ maieſtatis eius ⁊ magnificentie. pſ. Gloria ⁊ diuitie in domo eiꝰ. ꝓuerb. 8. Mecū ſunt diuitie ⁊ gloria Diuitie inq̃ que faciunt virtutē corroborari. Eſa. 40. Qui dat laſſo virtutē. ⁊ his qui nō ſunt: fortitudinem ⁊ robur multiplicat. Et hoc in interiori homine. quia niſi in interioribus fortificetur homo: facilꝭ ab hoſte ſuperatur. Eſa. 9. Confirmet illud ⁊ corroboreʒ in iudicio ⁊ iuſticia amodo ⁊ vſqʒ in ſēpiternū. ¶ Tūc reſumatur illa ꝑticula interpoſita ſciliʒ per ſpiritū in qua oſtendit per quid obtinere poteſt quod petit. Ipſe enim ſpiritus qui roborat eſt ſpiritus fortitudinis: ⁊ eſt cauſa non deficiendi in tribulationibus. quē obtinemus per fidem que eſt fortiſſima. quia fides eſt ſubſtantia rerū ſperandarū. id eſt facit in nob̄ ſubſiſtere res ſperandas. Unde. 1. Pe. 4. Cui reſiſtite fortes in fide Et ideo ſubiūgit Habitare xp̄m per fidem. Et hoc in cordibus veſtris. 1. Pe. 3. Dominū autē xp̄m ſanctificate in cordibus veſtrꝭ Per quod: Dico ꝙ non ſolū per fidem que vt donuʒ eſt eſt fortiſſima. ſed etiā per charitatē que eſt in ſanctis. Et ideo ſubdit In charitate radicati ⁊ fūdati. 1. cor. 13. Omnia ſuffert: omnia credit: omnia ſperat: omnia ſuſtinet: charitas nunq̃ excidit. Cañ. vltimo. Fortis eſt vt mors dilectio. Unde ſicut arbor ſine radice ⁊ domus ſine fundamēto de facili ruit: ita ſpirituale edificiū niſi ſit in charitate fundatū ⁊ radicatū durare non poteſt.

## Lectio quinta.

V T poſſitis cōprehendere cuʒ omnibus ſanctis que ſit latitudo ⁊ longitudo ⁊ ſublimitas ⁊ profundū. Scire etiā ſupereminenteʒ ſcientie charitatem xp̄i: vt impleamini in omnē plenitudinem dei. Ei autē qui potens eſt omnia facere ſuperabundanter q̃ʒ petimus aut intelligimꝰ ſᵐ virtutē que operatur in nobis. ipſi gloria in eccl̄ia et in chriſto ieſu in omnes generationes ſeculi ſeculorum Amen.

Supra oñdit apoſtolus petitionis ſue ꝓ epheſijs ⁊ orationis intentū. ſcilicet corroborationeʒ ſpiritus in fide ⁊ charitate: hic conſequenꝭ oſtendit eoꝝ que petit fructuʒ corroborationis que eſt per fidem ⁊ charitatē que eſt q̄dam cognitio. Ideo primo ꝓponit ipſam noticiā. Secūdo ipſius noticie ſeu cognitionis efficaciā ibi Ut impleamini in omni plenitudine dei. Dicit ergo. Ita ſitis chariſſimi in charitate radicati ⁊ fundati vt poſſitis cōprehendere ⁊c. qđ quidem dupliciter legi poteſt. primo modo vt magis ſequatur intentionē apoſtoli. ¶ Sciendum eſt ergo ꝙ tam in futuro q̃ in preſenti cognitio dei ē nobis neceſſaria. nam in futuro gaudebimus ⁊ de cognitione dei: ⁊ de cognitione aſſumpte humanitatis. Johā. 17. Hec eſt vita eterna vt cognoſcāt te. ⁊ cetera. Johannis 10. Ingredietur ſcilicet in contēplationem diuinitatis: ⁊ egredietur ſcilicet in cōtemplationē humanitatis. ⁊ paſcua inueniet. Et quia fides eſt inchoatio illiꝰ future cognitionis. quia eſt ſubſtantia rerum ſperandarum ⁊c. vt dicitur Heb. 11. Quaſi iā in nobis res ſperandas ꝑ modum cuiuſdam inchoationis facit ſuſtinere. Inde eſt ꝙ fides noſtra in his duobus conſiſtit. ſcilicet in diuinitate ⁊ humanitate xp̄i. 1. coꝝ. 2. Non enim iudicaui me ſcire inter vos niſi ieſum chriſtum ⁊c. Secundū hoc ergo p̄mo premittit eis cognitionē diuinitatis. Secūdo cognitionem miſterioꝝ humanitatis ibi. Scire etiā ſupemīnentē ſcientie ⁊c. Cognitionē autem dei manifeſtat eis ſub his verbis. Ut poſſitis ⁊c. Quaſi dicat. Corroboramini per fideʒ ⁊ charitatē. quia ſi ſic eſtis peruenietis ad vitā eternam: vbi habebitis deum preſentē ⁊ perfecte eū cognoſcetis. Q̄ꝛ autē deus manifeſtetꝭ amanti pateʒ Joh. 14. Qui diligit me diligetꝭ a patre meo: ⁊ ego diligā eū ⁊ manifeſtabo ei meipſum. Q̄ꝛ vero manifeſtetur credenti patet ꝓut dicitur Eſa. 7. ſᵐ aliā litteram. Niſi credideritis non intelligetis. Oportet eñ ſᵐ fidem ⁊ charitatem vt corroboremini vt poſſitis comprehendere. Ubi ſciendum eſt. ꝙ comprehendere qñqʒ ponitur pro includere. ⁊ tunc oportet ꝙ cōprehendens contineat in ſe totaliter cōprehēſum. Quandoqʒ autē ponitur ꝓ apprehendere. ⁊ tunc dicit remotionē diſtantie: ⁊ inſinuat ꝓpinquitatem. Primo autē modo a nullo intellectu creato deus cōprehendi poteſt. Job. 11. Forſitan veſtigia dei cōprehendes ⁊ vſqʒ ad perfectū omnipotentē reperies? Quaſi dicat. Non. quia ſic poſſet eum perfecte cognoſcere quantū cognoſcibilis eſt Et de hac cognitione non intelligitur quod dicitur. Ut poſſitis cōprehendere. ſed ſecundo modo ⁊ eſt vna de tribus dotibus. ⁊ de hac loq̄tur apoſtolus cum dicit. Ut poſſitis cōprehendere id eſt deum habere preſentē ⁊ preſentialiꝭ cognoſcere. Phil. 3. Sequor autē ſi quō cōprehendā in quo ⁊c. Et hec cōprehenſio eſt cōmunis omnibus ſanctis eius. Ideo ſubdit. Cum omnibus ſanctis. pſ. Gloria hec eſt omnibus ſanctis eius. Talibus auteʒ dicitur illud. 1. coꝝ. 9. Sic currite vt cōprehēdatꝭ ⁊c. ¶ Que ſit latitudo ⁊c. Notādum ꝙ verba iſta videntur ortū habere ex verbis. Job. 11. Forſan inquit veſtigia dei cōprehendes? Quaſi dicat incōprehenſibilis eſt. Huius autē incōprehenſibilitatis cauſam aſſignat dicens: Excelſior celo eſt ⁊ quid facies. Profundior inferno eſt: ⁊ vnde cognoſces. Longior terra menſura eius ⁊ latior mari. Ex quo videtꝭ ꝙ iob oſtendat eū eſſe incōprehenſibilem: attribuēs ei quadruplicē differentiā dimenſionum. His eñ verbis alludēs apoſtolus dicit: Ut poſſitis cōprehendere que ſit latitudo ⁊c. Quaſi dicat. Habeatis tantā fidem ⁊ charitatem vt poſſitis tandem cōprehendere quod cōprehenſibile ē Et hoc modo exponit dyoniſius. Non eſt tamen aliquo modo intelligendum has dimenſiones corporaliꝭ eſſe in deo. quia ſpiritus eſt deus vt dicitur Joh. 4. ſunt tamē in deo metaphorice. Unde per latitudinē deſignatꝭ dimēſio ſeu extenſio virtutis ⁊ ſapientie diuine ſuper omnia. Ecc. 1. Effudit illā ſcilicet ſapientiā ſuper om̄ia opa ſua Per longitudinē deſignatꝭ eterna eius duratio. pſ. Tu autē dñe ineternū permanes. ⁊ pſ. Domū tuam dñe decet ſanctitudo in longitudine dieꝝ. Per ſublimitatē vlꝭ celſitudinē vero perfectio ⁊ nobilitas nature eius q̄ in īfinitū excedit omnē creaturā. pſ. Excelſus ſup om̄es gētes dñs Et ꝓfundū id ē incōprehēſibilitas ſapiētie eius Ecc. 7. Alta ꝓfunditas ſcilicet ſapientie diuine q̄s īueniet eaʒ? Sic ergo patet ꝙ finis fidei ⁊ charitatis noſtre eſt vt ꝑueniamus ad perfectā dei cognitionē qua cognoſcamus infinitā ſue virtutis extenſionē: eternā ⁊ infinitā eius durationē: ſue perfectiſſime nature celſitudinē: ſue ſapientie profunditatē ⁊ incōprehenſibilitatē eo modo ſicut eſt attingendū. ¶ Conſequenter quia adhuc alia cognitio eſt neceſſaria ſcilicet cognitio miſterioꝝ humanitatis ideo ſubdit. Scire etiā ſupeminētē ſciētie ⁊c. Ubi ſciendū eſt ꝙ quicq̄d eſt in miſterio redēptiōis humane

⁊ incarnationis xp̄i totū eſt opus charitatis. Naꝫ ꝙ incarnatus eſt: ex charitate ꝓceſſit ſupra. 2. Propter nimiam charitatē ſuā qua dilexit nos ⁊c. Q᷑ vero mortuꝰ fuit ex charitate proceſſit. Joh. 15. Maiorē hac dilectiōe nemo habet ⁊c. infra. 5. Xp̄s dilexit nos ⁊ tradidit ſemetipſum pro nobis oblationē ⁊ hoſtiā deo. propt᷑ hoc dicit gregorius. O ineſtimabilis dilectio charitatis vt ſeruū redimeres filiū tradidiſti. Et ideo ſcire charitatē xp̄i eſt ſcire omnia miſteria incarnationis xp̄i ⁊ redemptiōis noſtre que ex īmenſa charitate dei ꝓceſſerunt: que quideꝫ charitas excedit omnē intellectū creatū ⁊ omniū ſcientiam: cum ſit incōprehenſibilis cogitatu. Et ideo dic̄. Supereminentē ſcientie ſcilicet nature ⁊ omnis intellectus creati. Phil'. 4. Et pax dei que exuperat omnē ſenſum Charitatē xp̄i id eſt quā deus pater fecit ꝑ xp̄m. 2. cor. 5 Deus erat in xp̄o mundum reconciliās ſibi. ¶ Alio modo poteſt legi vt referatur ad perfectionē charitatis noſtre. Quaſi dicat. Corroboramini in charitate radicati ⁊ fundati: ⁊ hoc vt poſſitis cōprehendere nō ſolū cognoſcendo cū omnibus ſanctis. quia hoc donū ſcilicet charitatis cōmune eſt omnibus. cū nullus poſſit eſſe ſanctꝰ ſine charitate vt dicitur Ephe. 3. Poſſitis inꝗ cōprehendere que ſit latitudo ſcilicet charitatis que ſe extēdit vſq; ad inimicos. pſ̄. Latū mādatū tuū nimis. Lata ē eñ charitas ad ſuam diffuſionē. pſ̄. Eduxit me in latitudinem dn̄s. Longitudo aūt eius attendit᷑ ꝗtum ad ſui ꝑſeuerantiā quia nunꝗ deficit ſed hic incipit ⁊ perficitur in gloria. 1. cor. 13. Charitas nunꝗ excidit. Can. vltio. Aque multe non potuerunt extinguere charitatē. Sublimitas autē eius attendit᷑ ꝗtuꝫ ad intentionē celeſtiū: vt ſcilicet deus nō diligat᷑ ꝓpter temporalia. quia huiuſmodi charitas eſſet infirma: ſed vt diligatur ꝓpter ſe tātū. Job. 40. In ſublime erigere ⁊ eſto glorioſus. Profundū vero attenditur ꝗtum ad originē ipſius charitatꝭ Nam hoc ꝙ deum diligimus non eſt ex nobis ſed a ſpirituſancto. quia vt dicitur Ro. 5. Charitas dei diffuſa ē in cordibus noſtris per ſpiritumſanctū ⁊c. Hoc ergo ꝙ vnus habet charitatē longā latam ſublimē ⁊ profundaꝫ ⁊ alius non: venit ex profundo diuine predeſtinationis. Eccl'. 1. Profundum abyſſi quis dimenſus eſt? Ergo vt poſſitis cōprehendere id eſt perfecte conſequi cū omnibꝰ ſanctis que ſit latitudo vt extendatur charitas veſtra vſq; ad inimicos. que ſit longitudo vt ſcilicet nunꝗ deficiat que ſit ſublimitas vt ſcilicet ꝓpter ſeip̄m deus diligatur ⁊ profundum ſcilicet predeſtinationis ⁊c. ¶ Sciēdū eſt autē hic ꝙ xp̄s in cuius poteſtate fuit eligere genus mortis quod vellet: qꝛ ex charitate mortem ſubijt. elegit mortē crucis in qua predicte quatuor dimenſiones ſunt Ibi eſt latitudo ſcilicet in ligno trāſuerſo: cui affixe ſunt manus. quia opera noſtra debent per charitatem dilatari vſq; ad inimicos. pſ̄. Eduxit me in latitudinē dominꝰ Ibi eſt longitudo in ligno erecto cui innitit᷑ totum corpꝰ quia charitas debet eſſe perſeueratiua que ſuſtinet ⁊ ſaluat hominē. Matth. 10. Qui autē ꝑſeuerauerit vſq; in finē hic ſaluus erit. Ibi eſt ſublimitas in ligno ſuperiori cui caput inheret. quia ſpes noſtra debet eleuari ad eterna ⁊ diuina. 1. cor. 11. Caput viri xp̄s eſt. Ibi etiā eſt ꝓfundū in ligno quod latet ſub terra ⁊ ſuſtinet crucē: ⁊ tamen non videtur. quia profunduꝫ amoris diuini ſuſtinet nos: nec tamē videtur. quia ratio predeſtinatiōis vt dictū eſt excedit intellectū noſtrū. Sic ergo debemus comprehendere virtutē charitatis noſtre ⁊ xp̄i ⁊ adhuc ſcire charitatē xp̄i ſupereminentē ſcientie ſcilicet humane. q̇a nullus poteſt ſcire ꝗtum xp̄s dilexit nos. vel ſcire etiam charitatē ſcientie xp̄i. id eſt que habet᷑ cum ſcientia xp̄i. Charitatem dico ſupereminentē alij charitati que eſt ſine ſcientia. Sed nunquid eſt verū ꝙ charitas que eſt cū ſcientia ſupereminеat charitati que eſt ſine ſcientia. ⁊ videtur ꝙ non. quia ſic malus theologus eſſet ſuꝑeminētioris charitatꝭ ꝗ ſancta vetula. Reſpōdeo dico ꝙ hoc intelligitur de ſcientia afficiente Nam ex vi cognitionis inducitur ad magis diligendū'. quia ꝗto deus magis cognoſcitur: tanto ⁊ magis diligitur. Propter quod petebat Auguſtinus nouerim te nouerim me. Vel hoc dicit᷑ propter quoſdam qui habent zelū dei: ſed non ſm̄ ſcientiam. Talium eñ charitati ſuꝑeminet charitas cū habetur ſcientia chriſti. ¶ Conſequenter cū dicit. Vt impleamini ⁊c. Ponit cognitionis diuine efficaciā dicens: Vt impleamini in omnē plenitudinē dei id eſt vt habeatꝭ ꝑfectā participationē omniū donorum dei. vt ſcilicet h̄ habeatis plenitudinē virtutū ⁊ poſtea beatitudinis q̄ q̇deꝫ efficit charitas. Ecc. 24. Tranſite ad me omnes qui cōcupiſcitis me ⁊c. ¶ Cōſequent᷑ ſequitur illa pars. Ei autem qui potens ⁊c. In qua apoſtolꝰ agit deo gratias de ſue petitionis exauditione. Circa quod tria facit. qꝛ p̄rio ponit poteſtatē dei qua poſtulata concedit. Secūdo poteſtatis exemplū ibi. Scd̄m virtutē que operat᷑ in nobis ⁊c. Tertio materiā gratiarūactionis ibi. Ipſi gloria ⁊c. Poteſtatē aūt dei deſcribit infinitā dicens Ei aūt ſciliꝫ deo chriſto ⁊ deo patri qui potens eſt omnia facere ⁊c. Exod. 15. Omnipotens nomē eius. Ro. vltimo. Ei autem qui potens eſt vos confirmare iuxta euangeliuꝫ ⁊c. Et hoc ſuperabundanter facere in nobis oīa ꝗ ſciamꝰ petere per affectū aut intelligere per intellectū. ⁊ hoc eſt quod dicit ꝗ petimus aut intelligimus. ¶ Exemplū autem huiuſmodi abundantie in nobis exhibite oſtēdit dicens: Scd̄m virtutē quā operat᷑ in nobis. Quaſi dicat. Apparet ſi attendamus ea que operatus eſt in nobis ſcilicet hominibus. Nam nec affectus: nec intellectus humanus potuiſſent conſiderare vel intelligere vel petere a deo ꝙ fieret homo: ⁊ ꝙ homo efficeret᷑ deus ⁊ conſors nature diuine. que tamen ſm̄ virtutē operat᷑ in nobis. et hoc in incarnatiōe filij ſui. 2. Pet᷑. 1. Vt per hoc efficiamini diuine conſortes nature. Vnde de his dicit᷑. Eccl'. 18. Quis ſufficiet enarrare opera illius? Quis eñ inueſtigabit magnalia illius. virtutē auteꝫ magnitudinis q̇s annunciabit? Vel operatus eſt in nobis ſcilicet apoſtolꝰ quibus dedit gratiā euangelizandi inueſtigabiles diuitias xp̄i ⁊ illuminare omnes que ſit diſpenſatio ſacramēti abſconditi a ſeculis in deo vt dictū eſt ſupra eodē cap. ¶ Materia autē gratiarūactionis dicit᷑ eſſe duplex beneficiū quod nobis contulit deus. Primū eſt eccleſie inſtitutio. Secundū eſt filij incarnatio. Dicit ergo Ipſi ſcilicet deo patri gloria ſit ſupple in eccleſia id eſt ꝓ his que fecit in eccl'ia quā īſtituit quo ad primū in xp̄o id eſt per chriſtū vel pro xp̄o quē nob̄ dedit. Ipſi inꝗ ſit gloria vt glorioſus appareat nō ſolū ī preſenti ſed in omnes generationes ſeculi ſeculoruꝫ. id eſt ſeculi omnia continentis 1. Thy. 1. Regi autem ſeculoruꝫ īmortali inuiſibili ſoli deo honor ⁊ gloria in ſecula ſeculorum Amen.

## Capitulū quartū.

O Bſecro itaq; vos ego vinctus in domino: vt digne ambuletis vocatione qua vocati eſtis cū omni humilitate ⁊ manſuetudine: cuꝫ patientia ſupportantes inuicē in charitate Solliciti ſeruare vnitatē ſpiritus in vinculo pacis. Vnum corpus ⁊ vnus ſpiritus ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis vr̄e.

Supra cõmemorauit apoſtol⁹ diuina beneficia: per que
vnitas eccleſie cõſtituit̃ ⁊ conſeruat̃:hic monet eos apo
ſtolus ad permanendũ in eccleſie vnitate .Circa qd̃ duo
facit.quia primo monet eos vt in ipſa vnitate ꝑſeuerent
Secundo inſtruit eos quõ in ea permaneãt:ibi.Hoc er=
go dico ⁊ teſtificor in domino ⁊c.Itẽ prima in duas . q̃a
primo monet eos ad ſeruandã eccleſiaſticã vnitatẽ.Se=
cundo proponit ipſius eccleſiaſtice vnitatis formam ibi.
Unus dominus.vna fides ⁊c.Pria iteꝝ in tres. Prio
premittit quedã inductiua ad ſeruandã eccleſiaſticã ve=
ritatẽ.Secundo ponit monitionẽ ibi Cũ omni humilita
te ⁊c.Tertio oſtendit monitionis finẽ ibi.Solliciti ſer=
uare ⁊c. Inducit aũt ex tribus ad ſeruandã eccleſiaſticã
vnitatẽ.Primo ex charitatis affectu.Secundo ex com=
memoratione ſuoꝝ vinculoꝝ. Tertio ex conſideratione
diuinoꝝ.Charitatis autẽ affectũ inſinuat ꝑ obſecratiões
Unde dicit.Itaq3 exquo tot beneficia a dño recepiſtꝭ ob
ſecro vos cũ tamẽ imperare poſſem:ſed propter humili=
tatẽ magis obſecro.ꝓuerb.18.dicitur Cũ obſecrationi=
bus loquit̃ pauꝑ.Itẽ propter charitatẽ que magis mo=
uet ad opus ꝙ̃ timor .philemoñ.1.Fiduciã habẽs i xp̃o
ieſu imperandi tibi quod ad rẽ pertinet ꝓpter charitatẽ
magis obſecro ⁊c. Ex cõmemoratiõe vero ſuoꝝ vincloꝝ
inducit eos dicens:Ego vinctus in domino Ex quibus
inducit eos propt̃ tria.Primo quia amicus magis cõpa
titur amico afflicto ⁊ nitit̃ in pluribus facere voluntate3
ſuam:vt vel ſic eum conſolet̃.Ecc̃.12. Non agnoſcet̃ in
bonis amicus ⁊ non abſcondet̃ a malis inimicus.In bo
nis viri inimici illius in triſticia:⁊ in malicia illius ami=
cus agnitus eſt.Secũdo quia apoſtolus ipſe vincula pa
tiebatur ꝓ ipſoꝝ vtilitate.⁊ ideo inducit eis ad memori
am quaſi volens eos obligare.2.coꝝ.1.Siue aũt tribu=
lamur ꝓ veſtra exhortatione ⁊ ſalute:ſiue conſolamur ꝓ
veſtra conſolatione:ſiue exhortamur ꝓ veſtra exhortatio
ne ⁊ ſalute:que operat̃ tolerantiã earundẽ paſſionu3 q̃s
nos patimur Tertio q2 vt ſupra dictũ eſt cap̃.3.in illa ꝑ
te Que eſt gloria veſtra.huiuſmodi erãt eis ad magna3
gloriã dũ deus ꝓ eis amicos ⁊ electos ſuos expoſuit tri=
bulationibus ꝓ ipſoꝝ ſalute.Et ideo addit.In dño id ẽ
ꝓpter dñm.Uel erant ad gl'iam apl'i ꝙ nõ vt fur aut ho=
micida:ſed vt chriſtianus:⁊ ꝓpt̃ dñm noſtꝝ ieſum xp̃m
vinculatus erat.Ezech.3.Ecce data ſunt ſuꝑ te vincula
⁊ ligabunt te in eis ⁊c.¶Ex conſideratione vero diuĩo=
rum beneficioꝝ inducit eos dicẽs: Ut digne ambuletis
vocatione qua vocati eſtis.id eſt attendẽtes dignitatem
ad quã vocati eſtis ambuletis ſm qd̃ ei cõuenit.Si eni3
quis vocatus eſſet ad nobile regnũ indignũ eſſet ꝙ face
ret opera ruſticana.Sic monet epheſios apl's. Quaſi di
cat Uocati eſtꝭ vt ſitꝭ ciues ſcõꝝ ⁊ domeſtici dei vt dictũ
ẽ ſupra cap̃.2.ñ ẽ ꝗ dignũ vt faciatꝭ oꝑa t̃rena:nec vt de
mundanis curetis.Ideo dicit:Digne ⁊c.Col'.1.Ambu
letis digne deo per oĩa placẽtes.Phil'.1. Digne euã
gelio chriſti cõſeruamini.⁊ quare? quia vocauit vos de
tenebris in admirabile lumẽ ſuũ.1.Pe.2.¶Conſequẽ
ter cũ dicit:Cũ omni humilitate ⁊c. Ponit modum ſue
monitionis dicens: Quõ digne poterũt ambulare.Po
nit ergo quatuor virtutes ⁊ excludit q̃tuor vitia eis op=
poſita.Primũ autẽ vitiũ quod excludit eſt ſuꝑbia.dum
enim vnus ſuꝑbiens vult alij preeſſe: ⁊ alius ſimilit̃ ſu=
perbus non vult ſubeſſe cauſatur diſſenſio in ſocietate ⁊
tollitur pax.Unde ꝓuer.13. Inter ſuperbos ſemper iur
gia ſunt.Ad quod excludendũ dicit:Cum omni humili
tate ſcilicet interiori ⁊ exteriori.Ecc̃.3. Quanto magn⁹
es humilia te in omnib⁹ ⁊c.Phil'.2.In humilitate ſu=
periores inuicẽ arbitrantes.Iac̃.4.Deus ſuperbis re=
ſiſtit:humilib⁹ aũt dat gratiã.Secundũ eſt ira. Iracũdi
em̃ ſunt ꝓpinqui ad iniuriã inferendã verbis vel factis
exquo turbationes oriunt̃.ꝓuerb.15.Uir iracũd⁹ ꝓuo=
cat rixas.qui patiens eſt mitigat ſuſcitatas.Ad hoc ex=
cludendũ dicit:Manſuetudine.que mitigat rixas ⁊ pa=
cem conſeruat.ꝓuerb.3.Manſuetis dabit gratia3.ps̃.
Manſueti autẽ hereditabunt terrã.Ecc̃.3. Fili in man
ſuetudine opera tua perfice ⁊ ſuper gloria hominũ dili=
geris.Tertiũ eſt in patientia. Quãdoq3 em̃ aliquis hu=
milis eſt ⁊ manſuetus in ſe:abſtinens a moleſtijs inferẽ
dis.nõ tamẽ patient̃ ſuſtinet moleſtias ſibi illatas vl' ac=
ceptat.Ideo ſubdit.Cũ patiẽtia ſcilic3 aduerſoꝝ Iac̃.
1.Patientia autẽ opus perfectũ habet.Eccl'.2.In hu=
militate tua patiẽtiã habe . Hebre.10. Patiẽtia vobis
neceſſaria eſt vt voluntatem dei facientes ⁊c. Quartu3
eſt inordinatus zelus .Cum em̃ inordinate zelantes oĩa
que vident iudicãt:nec tempus nec locũ ſeruantes.con=
citatur turbatio in ſocietate.Gal'.5.Si mordetis inuicẽ
⁊ comeditis:videte ne inuicẽ cõſummamini. Et ideo di
cit:Supportantes inuicẽ in charitate ſcilicet mutuo ſu=
ſtinentes defectus aliorũ.⁊ hoc ex charitate:quia quan=
do deficit aliquis non debet ſtatim corrigi : niſi aſſit loc⁹
⁊ tempus:ſed miſericordit̃ expectari:quia charitas om=
nia ſuſtinet.1.coꝝ.13.Non aũt debent huiuſmodi defe=
ctus ſupportari ex negligentia vl' ex conſenſu ⁊ familia=
ritate carnali vel amicitia ſed ex charitate.Gal'.6.Alter
alterius onera portate ⁊c.Ro.15.Debemus nos firmio
res imbecillitates infirmoꝝ ſuſtinere.¶Conſequent̃ cũ
dicit.Solliciti ſeruare ⁊c.Oſtendit monitionis finem .
qui quidẽ eſt vt ſeruetur vnitas ĩter fideles.Circa quod
tria facit.Primo ponit ipſam vnitatẽ que eſt finis.Se=
cundo deſcribit modum vnitatis ibi.In vinculo pacis.
Tertio ponit rationem ſeruande vnitatis ibi.Sicut vo
cati eſtis ⁊c.Dicit ergo primo . Dico ꝙ digne ambule=
tis ⁊c. Et hoc faciatis ſolliciti ſeruare vnitatẽ ſpiritus.
Eſt autẽ duplex vnitas.Una ad malefaciendũ que ẽ ma
la ſcilicet carnis.Eccl'.11. A ſcintilla vna augetur ignis
⁊ ab vno doloſo augetur ſanguis . Alia ẽ vnitas ſpirit⁹
que eſt bona ad faciendũ bonũ.ps̃.Ecce ꝙ̃ bonũ ⁊ ꝙ̃ io=
cundũ ⁊c.Ioh.17.Ut ſint vnũ ſicut ⁊ nos vnum ſum⁹ .
Modus autẽ ſeruande vnitatis eſt in vincl'o pacis Cha
ritas em̃ eſt coniunctio animorũ.Nulla aute3 coniũctio
ſtare poteſt niſi ligetur aliquo vinculo . Eodẽ modo nec
coniunctio animoꝝ per charitatẽ ſtare poteſt:niſi liget̃ .
Huiuſmodi autẽ veꝝ ligamen eſt pax que eſt tranquilli
tas modi ſpei ⁊ ordinis.qñ ſcilicet vnuſquiſq3 habet qd̃
ſuum eſt.Propt̃ quod dicit.In vincl'o pacis .ps̃. Qui
poſuit fines tuos pacẽ ⁊c. Que quidem pax ſeruat̃ ꝑ iu
ſticiã Eſa.32.Opus iuſticie pax Eccl'.6.Ne accidieris
in vinculis eius .Et quare? quia certe vt dicitur ibidem
Uincula illius alligatura ſalutaris.Nunc autẽ q2 in ho
mine eſt duplex vnitas.Una ſcilicet mẽbrorum ad inui=
cem ſimul ordinatoꝝ.Alia corporis ⁊ anime tertium cõ
ſtituentiũ.Apoſtolus autẽ loquitur hic de vnitate eccle
ſie ad modũ vnitatis que eſt in homine.ideo ſubiungit .
Unum corpus.quaſi dicat . Ligemini vinculo pacis vt
ſitis vnum corpus.Q̃tum ad primam vnitatẽ . vt ſcilic3
omnes fideles ſint ordinati ad inuicẽ ſicut membra vnũ
corpus conſtituentia . Ro.12. Multi vnũ corpus,ſum⁹
in chriſto ⁊c.Et vnus ſpiritus.quantũ ad ſecundũ ſcili=
cet ſpiritualem conſenſum per vnitatem fidei ⁊ charita=
tis.Uel vnum corpus quo ad proximũ : ⁊ vnus ſpiritus
quo ad deum.quia qui adheret deo vnus ſpiritus eſt.1.
coꝝ.6.¶Deinde cũ dicit.Sicut vocati eſtis ⁊c .Sub=
dit rationẽ huius vnitatis.quia ſicut videmus ꝙ quan=
do aliqui ſunt vocati ſimul ad aliquid pariter habendũ
⁊ mutuo percipiendum ſolent ſimul etiam manere ⁊ ſi=

mul ire. ita ſpiritualiter dicit: Quia vos eſtis vocati ad
vnum ſcilicet finale premium ideo debetis ſimul cū vni-
tate ſpiritus ambulare in vnā ſpem vocationis. Hebre.
3. Fratres facti vocationis celeſtis participes .1. coꝝ. 1.
Uidete vocationem veſtram ⁊c. Sed poſſet aliquis di-
cere. Quis vocauit nos ⁊ ad quid? Reſpondet. 1. Pe.
5. Deus autē omnis gratie qui vocauit nos in eternam
gloriam ſuam ⁊c. vbi eſt beatitudo veſtra. Apocal. 19.
Beati qui ad cenā nuptiaꝝ agni vocati ſunt.

## Lectio ſecunda.

**V**Nus dominus: vna fides: vnuʒ ba-
ptiſma. Unus deus et pater omni-
um qui ſuper om̄es et per omnia et
in omnibus nobis.

Poſita eoruʒ exhortatione pro ſeruāda eccleſiaſtica vni-
tate: in hac parte apoſtolus formam dicte vnitatis ipſis
epheſijs inſinuat. Ubi ſciendum eſt ꝙ cuʒ eccleſia dei ſit
ſicut ciuitas eſt aliquod vnū ⁊ diſtinctū cū non ſit vnum
ſicut ſimplex. ſed ſicut compoſitum ex diuerſis partibus
Et ideo apoſtolus duo facit. Primo oſtendit id quod ē
commune eccleſie. Secundo oſtendit id quod eſt diſtin-
ctum in ipſa ibi. Unicuiqꝫ aūt noſtruʒ data eſt gratia ⁊c.
In qualibet autē ciuitate ad hoc vt ſit vna: quatuor de-
bent eſſe communia ſcilicet vnꝰ gubernator: vna lex: ea-
dem inſignia: ⁊ idem finis: hec autē quatuor dicit apo-
ſtolus eſſe in eccleſia. Dicit ergo. Dico ꝙ debetis habe-
re vnum corpus ⁊ vnum ſpiritum. quia eſtis in vnitate
eccleſie que eſt vna. Prīo quia habet ducem vnum ſcili-
cet chriſtum. Et quantū ad hoc dicit. Unus dominꝰ non
plures: pro quorum diuerſis volūtatibus oporteat vos
diſcordare. Dicitur enim Hebreoꝝ. 3. Chriſtꝰ eſt tanꝗ
filiꝰ in domo ſua Act. 2. Certiſſime ergo ſciat omnis do-
mus iſrael. quia dn̄m eum ⁊ xp̄m deus fecit ieſum quē
vos crucifixiſtis. 1. coꝝ. 8. Unus dn̄s noſter ieſus xp̄s.
Zacha. 14. In illa die erit dominus vnus ⁊ nomen eius
vnum. Secundo quia lex eius eſt vna. Lex enim eccle-
ſie ē lex fidei. Ro. 3. Ubi eſt ergo nūc gloriatio tua? Ex-
cluſa ē. Per quam legē? Factorum? Non. ſed per legē
fidei. Sed fides quandoqꝫ ſumitur pro ipſa re credita ſʒ
illud Hec eſt fides catholica ⁊c. i. iſta debēt credi Quā-
doqꝫ vero ſumitur pro habitu fidei quo creditur in corde
Et de vtroqꝫ poteſt hoc dici. De primo vt ſit ſenſus vna
eſt fides id eſt ideʒ iubemini credere ⁊ eodem modo ope-
rari. quia vnum ⁊ idem eſt quod creditur a cunctis fide-
libus Unde vniuerſalis ſeu catholica dicit̄. vnde. 1. cor.
1. Idipſum dicatis id eſt ſentiatis omnes ⁊c. Alio mo-
do vna eſt fides id eſt vnus habitꝰ fidei quo credit̄. vna
inꝗ non numero ſed ſpecie. quia idem debet eſſe in cor-
de omnium. Et hoc modo idem volentiū dicitur vna vo-
luntas. ¶ Tertio eadem ſunt inſignia eccleſie ſcilicet ſa-
cramenta chriſti inter que primuʒ eſt baptiſma: quod eſt
ianua omnium alioꝝ. Et ideo dicit. Unū baptiſma. Di-
citur autem vnuʒ triplici ratiōe. Primo quia baptiſma-
ta non differunt ſꝫm baptizantes. quia a quocunqꝫ confe-
ratur vniformē virtutem habet. quia qui baptizat inter-
ius vnus eſt ſcilicet chriſtus. Iohan. 1. Super quem vi-
deris ſpiritum deſcendentē ⁊ manentē ſuper eo: hic eſt ꝗ
baptizat in ſpirituſancto. Secundo dicitur vnum. qꝛ da-
tur in nomine vnius ſcilicet trinitatis. Matth. vl. Ba-
ptizātes eos in nomīe patris ⁊ filij ⁊ ſpirituſſancti. Ter-
tio quia iterari non poteſt. Penitentia autē matrimoni-
um euchariſtia ⁊ extrema vnctio: iterari poſſunt. non au-
tem baptiſmus. Hebreoꝝ. 6. Impoſſibile eſt eos qui ſe-
mel ſunt illuminati per baptiſmū ⁊ guſtauerunt donum
celeſte ⁊ participes facti ſunt ſpirituſſancti. guſtauerunt
nihilominus bonū dei verbum virtuteſqꝫ ſeculi venturi
⁊ prolapſi ſunt per peccatum. renouari rurſus ad penitē-
tiam. Non iteratur autē vel propter caracterem: vel ꝗa
cauſa eius non iteratur. Romanoꝝ. 6. Conſepulti enim
ſumus cum illo per baptiſmum in mortē ⁊c. Nunc auteʒ
chriſtus ſemel pro peccatis mortuꝰ ē vt dicitur. 1. Pe. 3.
¶ Quarto in eccleſia eſt idem finis qui eſt deus. Filius
eñi ducit nos ad patrem. 1. coꝝ. 15. Cū tradiderit regnū
deo ⁊ patri cū euacuauerit omnem principatum ⁊ virtu-
tem ⁊ poteſtatem oportet autem illuʒ regnare ⁊c. Et ꝗ-
tum ad hoc ſubiungit dicens: Unus deus ⁊c. Ubi pͥmo
ponit apoſtolus eius vnitatem. Secundo eius dignita-
tem ibi. Qui eſt ſuper omnes ⁊c. Circa primum duo di-
cit. Primuʒ pertinet ad naturam diuinam. Unde dicit.
Unus deus. Deut. 6. Audi iſrael dominus deus tuus
vnus eſt. Aliud pertinet ad eius beniuolentiā ad nos et
ad pietatem. Unde dicit. Et pater omniuʒ Eſa. 63. Tu
domine pater noſter ⁊ redēptor noſter. Malach. 2. Nū-
quid non pater vnus omniū noſtrū? nūquid non deꝰ crea-
uit nos? Dignitatem autē eius commendat ex tribꝰ. Ex
altitudine diuinitatis cum dicit. Qui eſt ſuper omnes.
pſ. Super omnes gentes dominus ⁊c. Ex amplitudine
eius poteſtatis cum dicit. Per omnia. Iere. 23. Celum
⁊ terram ego impleo ⁊c. pſ. Omnia ſubieciſti ſub pedi-
bus eius ⁊c. Luc. 10. ⁊ Matth. 11. Om̄ia mihi quippe
tradita ſunt. quippe quia per ipſum facta ſunt. Iohā. 1.
Sed modo quo dicitur Sap̄. 11. Om̄ia in numero ⁊ pō-
dere ⁊ menſura diſpoſuiſti. Itē ex largitate gratie cū di-
cit. In omnibus vobis ſcilicet per gratiā. Iere. 14. Tu
autem in nobis es domine ⁊c. Sed primum appropriat̄
patri qui eſt fontale principiuʒ diuinitatis ⁊ omnes crea-
turas excellit. Secundū filio qui eſt ſapientia attingens
a fine vſqꝫ ad finem fortit̄. Sap̄. 8. Tertiū vero ſpiritui
ſancto qui replet orbem terrarum. Sap̄. 1.

## Lectio tertia.

**V**Nicuiqꝫ autē noſtrum data eſt gra-
tia ſcd̄m menſuram donationis xp̄i
Propter quod dicit: Aſcendens in
altum captiuā duxit captiuitateʒ: dedit do-
na hominibus. Q autē aſcendit quid ē ni-
ſi quia ⁊ deſcendit primum in inferiores ꝑ-
tes terre. Qui deſcēdit: ipſe eſt ⁊ qui aſcen-
dit ſuper omnes celos vt adimpleret oīa.

Supra oſtendit apoſtolus eccleſiaſticam vnitatem quā-
tum ad id quod in eccleſia eſt commune: hic idem oſten-
dit quantum ad hoc ꝙ ſingulis fidelibus membris ec-
cleſie eſt propriū et ſpeciale. Circa quod tria facit. qꝛ pri-
mo proponit diſtinctionem. Secundo inducit ad hoc au-
ctoritatem ibi. Propter quod dicit ⁊c. Tertio ponit au-
ctoritatis expoſitionem ibi. Q autē aſcendit ⁊c. Dic er-
go Habemus in eccleſia vnum deum: vnam fidem ⁊c. ſʒ
tamen diuerſas gratias diuerſis particulariter collatas
habemus. quia vnicuiqꝫ noſtrum data eſt gratia. Quaſi
dicat Nullus noſtruʒ eſt qui nō ſit particeps diuine gra-
tie ⁊ communionis. Iohannis. 1. De plenitudine eiꝰ om-
nes accepimus gratiaʒ pro gratia. Sed certe iſta gratia
non eſt data omnibus vniformiter ſeu equaliter: ſed ſcd̄ʒ
menſuram donationis chriſti id eſt ſꝫm ꝙ chriſtus eſt da-
tor ⁊ eam ſingulis menſurauit. Romanoꝝ. 12. Habētes
donationes ſꝫm gratiam que data eſt nobis differentes.
Hec differentia non eſt ex fato: nec a caſu: nec ex merito:
ſed ex donatione chriſti. id eſt ſꝫm ꝙ chriſtus nobis con-

menſurauit. Ipſe em̄ ſolus recepit ſpiritum non ad men
ſuram. Joh.1. ceteri autē ſancti ad menſurā recipiunt.
Ro.12. Unicuiq ſicut deus diuiſit menſurā fidei. 1. cor.
3. Unuſquiſq propriā mercedē accipiet ⁊c. Matth. 25.
Unicuiq ſm propriā virtutē ⁊c. Quia ſicut in poteſta-
te xp̄i eſt dare vel non dare: ita dare tantum vel minus.
¶ Sequitur Propter quod dicit ⁊c. hic ponit quandā
auctoritatē aſſumptā de pſ̄. ⁊ refertur ad hoc quod dixit
Scd̄m menſurā donationis xp̄i. vbi tria facit. Primo cō
memorat xp̄i aſcenſionē. Secundo humani generis libe
rationē. Tertio ponit donorū ſpiritualiū collationem.
Partes conſequentur ſe. Oſtendit ergo primum dicēs
ſic. Proptē quod ſcilicet ſignificandū dicit ſcilicet ꝓphe-
ta dauid in pſ̄. Aſcendens xp̄s in altum ⁊c. Michee. 2.
Aſcendit ante eos pandēs iter ⁊c. Job. 39. In altū alas
erigit ⁊c. Aſcendens inꝗ ſed non ſolus. quia captiuam
duxit captiuitatē. eos ſcilicet quos dyabolus captiua-
uerat: humanū em̄ genus captiuatū erat ⁊ ſancti in cha-
ritate decedentes qui meruerunt gloriam in captiuitate
dyaboli detinebātur quaſi captiui in lymbo Eſa. 5. Du
ctus eſt captiuus populus meus ⁊c. Hanc ergo captiui-
tatem xp̄s liberauit ⁊ ſecum duxit in celū. Eſa. 49. Nū-
quid tolletur a forti preda aut quod captum fuerit a ro-
buſto ſaluabitur ac ſaluū poterit eſſe. quia hec dicit dn̄s
Equidē ⁊ captiuitas a forti tolletur ⁊ quod ablatū fuerit
a robuſto ſaluabitur. Sed certe hoc non verificatur ſolū
ꝗtum ad iam mortuos ſed etiā quantū ad viuentes qui
captiui tenebantur ſub peccato quos a peccato liberans
ſeruos fecit iuſticie vt dicitur. Ro. 6. Et ſic quodammo
do eos in captiuitatem duxit non ad perniciē ſed ad ſalu
tem. Luce. 5. Ex hoc iā homīes eris capiēs. Nō ſolū au
tem homines a captiuitate eripuit ⁊ ſue ſeruituti ſubiecit
ſed etiā eos ſpiritualibus bonis dotauit. Unde ſubdit:
Dedit dona hominibus ſcilicet gratie ⁊ glorie. pſ̄. Gra
tiam ⁊ gloriam dabit dominus. 2. Pe. 1. Per quē ⁊ p̄-
cioſa nobis promiſſa donauit ⁊c. Nec eſt contrariū quod
in littera precedenti dicitur. Accepit dona in hominibꝰ
quia certe ipſe dedit vt deus ⁊ accepit vt homo in fideli
bus ſicut in membris ſuis. Dedit in celo ſicut deus ⁊ ac
cepit in terra ſm modum loquēdi quo dicitur. Matth.
25. Qd̄ vni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis. ¶ De-
inde cum dicit. Q autem aſcendit ⁊c. Exponit propoſi-
tam auctoritatē ⁊ primo quantū ad aſcenſionē. Secun-
do quantū ad materiam donatiōis ibi. Et ipſe dedit ⁊c.
Circa primū duo facit. Primo oſtendit quomodo deſcē
dit ibi. Qui deſcendit. Secundo quomodo aſcendit ibi
Qui aſcendit ⁊c. ¶ Circa primū conſiderandū eſt ꝙ cū
chriſtus vere ſit deus inconueniens videbatur ꝙ ſibi cō
ueniret deſcendere: quia nihil eſt deo ſublimius. Et ideo
ad hanc dubitationē excludendam ſubdit apoſtolꝰ. Q
autē aſcendit quid eſt: niſi quia ⁊ deſcendit primū ⁊c.
Ac ſi diceret. Ideo poſtea dixi ꝙ aſcendit. quia ipſe pri-
mo deſcenderat vt aſcenderet: aliter enim aſcendere non
potuiſſet. Quo autē deſcendit ſubdit dicens: quia in in-
feriores partes terre. Quod poteſt intelligi dupliciter.
Uno modo vt per inferiores partes terre intelligant iſte
partes terre in quibus nos habitamus: que dicunt infe-
riores eo ꝙ ſunt infra celū ⁊ aerē. In has aūt partes ter-
re dicitur deſcendiſſe filius dei nō motu locali ſed aſſum
ptione inferioris ⁊ terrene nature ſꝫ illud Phil. 2. Ex-
inaniuit ſemetipſū ⁊c. Alio modo poteſt intelligi de ī-
ferno qui etiam infra nos eſt. Illuc em̄ deſcendit domi-
nus ſm animā vt inde ſanctos liberaret. Et ſic videtur
hoc eis conuenire quod dixerat. Captiuam duxit capti-
uitatem Zach. 9. Tu quoq in ſanguine teſtamenti qui
eduxiſti victos tuos de lacu in quo nō erat aqua. Apoc.
10. Uidi alium angelum fortē deſcendentē de celo ⁊c.
Exod. 3. Uidi afflictionē populi mei q̇ eſt in egypto ⁊c.
Et ſequitur. Et deſcendi liberare eum. ¶ Deinde cū di-
cit. Qui deſcendit ⁊c. Manifeſtat eius aſcenſionem ꝗ-
tum ad tria. Primo quantū ad perſonā aſcendentis cū
dicit. Qui deſcendit ipſe eſt qui aſcendit ⁊c. In quo de-
ſignatur vnitas perſone dei ⁊ hominis. Deſcendit enim
ſicut dictum eſt filius dei aſſumendo humanam naturā
aſcendit autē filius hominis ſm humanam naturam ad
vite īmortalis ſublimitatem. Et ſic eſt idem filius dei q̇
deſcendit: ⁊ filius hominis qui aſcendit. Johan. 3. Ne-
mo aſcendit in celum niſi qui deſcendit de celo filius ho
minis qui eſt in celo. vbi notatur ꝙ humiles qui volūta
rie deſcendunt ſpiritualiter deo ſublimante aſcendunt.
quia qui ſe humiliat exaltabitur. Luce. 14. ⁊. 18. Secū-
do oſtendit terminum aſcenſionis cū dicit: Super om̄es
celos. pſ̄. Qui aſcendit ſuper omnes celos ad orientem
Nec ſolum intelligendum eſt ꝙ aſcēderit ſup omnes ce
los corporales: ſed etiam ſuper omnē ſpiritualē creatu-
ram. ſupra cap̄. 1. Conſtituēs illū ad dexterā ſuā in cele-
ſtibus ſuper omnem principatum ⁊ poteſtatē ⁊ virutē
⁊ dominationē ⁊ omne nomē quod nominat ⁊c. ¶ Ter-
tio ponit aſcenſionis fructum cum dicit: Ut adimpleret
omnia. id eſt omne genus hominum ſpiritualibꝰ donis
repleret. pſ̄. Replebimur in bonis domꝰ tue. Ecc̄. 24.
A generationibꝰ meis adimplemini. Ul' vt adimpleret
omnia. id eſt vt ad effectum perduceret om̄ia que de ip̄o
erant ſcripta Luce vlti. Oportet impleri omnia que ſcri
pta ſunt in lege ⁊ prophetis ⁊ pſalmis de me.

## Lectio quarta.

e T ipſe dedit quoſdam quidē apo-
ſtolos. quoſdam autē ꝓphetas. ali
os vero euangeliſtas. alios autē pa
ſtores ⁊ doctores ad conſummationem ſan-
ctorum in opus miniſterij in edificationem
corporis chriſti: donec occurramus omnes
in vnitatē fidei ⁊ agnitionis filij dei in virū
perfectū. in mēſurā etatis plenitudīs xp̄i.
Hic exponit apoſtolus quod ſupra dixerat de donatione
donorum. Circa quod duo facit. Primo oſtendit ꝙ do-
minus ſingulis fidelibus dedit donorū diuerſitatē. Secū
do oſtendit illorum donorū fructū ⁊ vtilitatē ibi. Ad cō-
ſummationem ſanctorū ⁊c. Et quia per dona chriſti di-
uerſi ſtatus ⁊ munera in eccleſia deſignantur. conſiderā
dum eſt ꝙ inter dona chriſti primo ponit apoſtolos. Un
de dicit. Et ipſe dedit quoſdā quidē apoſtolos. Luc. 6
Elegit ex ipſis quos ⁊ apoſtolos nominauit. 1. cor. 12.
Quoſdam quidem poſuit in eccleſia: primū apoſtolos
Secundo ꝓphetas. Tertio doctores. Quarto virtutes
Apoſtoli primo loco ponūtur. quia ipſi priuilegiati fue-
runt in omnibus donis xp̄i. Habuerunt em̄ plenitudinē
gratie ⁊ ſapientie quidem ꝗtum ad reuelationē diuino-
rum miſteriorū. Luce vlti. Aperuit eis ſenſum vt intel-
ligerent ⁊c. Mar. 4. ⁊ Luc. 8. Uobis datū eſt noſce mi
ſterium regni dei ⁊c. Johā. 15. Omnia que audiui a pa-
tre meo nota feci vobis. Habuerunt etiam copiā eloq̄n-
tie ad annunciandum euangelium. Luce. 21. Dabo vo
bis os ⁊ ſapientiam cui non poterunt reſiſtere ⁊ contra-
dicere omnes aduerſarij veſtri. Matth. vltimo. Euntes
in mundum vniuerſum predicate ⁊c. Habuerunt etiam
prerogatiuam auctoritatis et potentie quantum ad curā
dominici gregis Johā. vltimo. Paſce oues meas. 2. co
rinth. 10. De poteſtate noſtra quā dedit nobis deus in

edificationem non in deſtructionē veſtram ⁊c. Ideo apo-
ſtolus ſubiungit hic tres gradus eccleſiaſticos ſm parti-
cipationē ſingulorum premiſſorum. Nam ꝙtuꝫ ad reue-
lationem diuinorum miſteriorum ſubdit Quoſdam au-
tem prophetas qui prenunciatores fuerunt incarnatio-
nis chriſti de quibus dicitur. i. Pe. i. Prophete qui de
futura in vobis gloria prophetauerunt. Matth. xi. Om-
nes enim prophete ⁊ lex vſqꝫ ad Johannem propheta-
uerunt. Sed apoſtoli prophetantes fuerunt poſt aduen-
tum chriſti gaudia vite future. Apocalipſ. i. Beatus ꝗ
legit ⁊ audit verba prophecie huius ⁊c. Item exponen-
tes antiquorum prophetarum propheciās. i. corin. 14.
Emulamini ſpiritualia magis autem vt ꝓphetetiſ. Mat-
thei. 23. Ecce ego mitto ad vos ꝓphetas ⁊ ſapiētes ⁊c.
¶ Quantum vero ad annunciandum euangelium ſubdit
Alios vero euangeliſtas qui ſcilicet habent officium p̄-
dicandi euangelium. vel etiā conſcribendi ꝙuis non eſ-
ſent de principalibus apoſtolis. Romanoꝝ. 10. Quam
ſpecioſi pedes euangelizantiū pacem ⁊c. Eſa. 41. Dabo
hieruſalem euangeliſtam. ¶ Quantum vero ad curam
eccleſie ſubdit. Alios autem paſtores curā ſcilicet domi-
nici gregis habentes. Et ſub eodem addit. Et doctores
ad oſtendendum ꝙ proprium officiū paſtorum eccleſie ē
docere ea que pertinent ad fidem ⁊ bonos mores. Diſpē-
ſare autem temporalia non pertinet ad epiſcopos ꝗ ſunt
apoſtolorum ſucceſſores ſed magis ad dyaconos. Actu-
um. 6. Non eſt equum nos derelinquere verbū dei: ⁊ mi-
niſtrare menſis. Tit. i. Amplectentē eum qui ſꝫ doctri-
nam eſt. fidelem ſermoneꝫ. Dicitur de epiſcopo. Iere.
3. Dabo vobis paſtores iuxta cor meū ⁊ paſcent vos ſci-
entia ⁊ doctrina. ¶ Deinde cum dicit. Ad conſummati-
onem ſanctorum ⁊c. Oſtendit fructum predictorum do-
norum ſeu officioruꝫ. Et circa hoc duo facit. quia primo
aſſignat fructum. Secundo oſtendit qualiter fideles ad
hunc fructum poſſent aduenire ibi. Ut iam non ſim⁹ par-
uuli ⁊c. Prima iteruꝫ in duas. Primo proponit effectū
proximū. Secundo oſtendit fructū vltimum ibi. Donec
occurramus omnes ⁊c. Effectus autem proximus predi-
ctorum donorum ſeu officiorum poteſt attendi quantuꝫ
ad tria. Uno modo quantuꝫ ad ipſos qui ſunt in officijs
cōſtituti quibus ad hoc ſunt collata dona ſpiritualia: vt
miniſtrent deo ⁊ proximis. Et quantū ad hoc dicit. In
opus miniſterij per quod ſcilicet procuratur honor dei:
⁊ ſalus proximorum. i. coꝝ. 4. Sic nos exiſtimet homo
vt miniſtros chriſti ⁊c. Eſa. 61. Miniſtri dei dicetur vo-
bis. Alio modo quantū ad perfectionem iam credentiū
cum dicit: Ad conſummationē. id eſt perfectionem ſan-
ctorum. id eſt eoꝝ qui iam ſunt ſanctificati per fidē chri-
ſti. Etenim ſpecialiter debent intendere prelati ad ſub-
ditos ſuos vt eos ad ſtatum perfectionis perducant vn-
de ⁊ ipſi perfectiores ſunt: vt dicit Dioniſius in eccleſia-
ſtica hierarchia. Hebre. 6. Ad perfectionē feramur ⁊c.
Eſa. 10. Conſummatio abbreuiata inundabit iuſticiam.
Conſummationē enī ⁊ abbreuiationē dn̄s deus exerci-
tuum faciet ⁊c. ¶ Tertio quantū ad conuerſionē infide-
lium ⁊ quantuꝫ ad hoc dicit. In edificationem corporis
xp̄i id eſt vt conuertanẗ infideles ex ꝗbus edificat̃ eccl̃ia
chriſti. que eſt corpus eius. i. coꝝ. 14. Ad edificationeꝫ
⁊ exhortationem ⁊ conſolationē. Et ſequitur ibidē. Nā
maior eſt qui prophetat ꝙ qui linguis loquitur: niſi for-
te interpretetur vt eccleſia edificationē accipiat. Et ibi-
dem. Omnia ad edificationem fiant. ¶ Deinde cum di-
cit. Donec occurramus ⁊c. Aſſignat fructum vltimum.
Et poteſt intelligi dupliciter. Uno modo de fructu ſim-
pliciter vltimo: qui erit in reſurrectione ſanctorū. Et ſm
hoc duo tanguntur. Primo quidem congregatio reſur-
gentium ⁊ corporalis ⁊ ſpiritualis. Corporalis quidem
erit congregatio in hoc ꝙ omnes ſancti reſurgentes cō-
gregabunẗ ad chriſtum. Matth. 24. Ubicūqꝫ fuerit cor-
pus illuc congregabunẗ ⁊ aquile. Et quantū ad hoc di-
cit. Donec occurram⁹ omnes ⁊c. Quaſi dicat. vſqꝫ ad
hoc extenditur predictuꝫ miniſteriū ⁊ conſummatio ſan-
ctorum: ⁊ edificatio eccleſie: donec in reſurrectiōe occur-
ramus chriſto. Matthei. 25. Ecce ſpōſus venit exite ob-
uiā ei Amos. 4. Prepara te in occurſum dei tui iſrael.
⁊c. Et etiam occurramus nobis inuicem. i. theſ. 4. Si-
mul rapiemur cum illis in nubibus obuiam chriſto in ae-
ra. Philipenſ. 3. Si quo modo occurram ad reſurrectio-
nem que eſt ex mortuis. Spiritualis autem congregatio
attenditur quantū ad meritum quidem ſm fidem. ⁊ ꝙtū
ad hoc dicit. In vnitatem fidei. ſupra eodem. Unus do-
minus vna fides ⁊c. Item ſupra in eodē. Solliciti ſerua-
re vnitatem ſpiritus ⁊c. Quantū vero ad primū ſm dei
perfectam viſionem ⁊ cognitionem de qua. i. corinthio-
rum. 13. Tunc cognoſcam ſicut ⁊ cognitus ſuꝫ. Et quā-
tum ad hoc dicit. Et agnitionis filij dei. Iere. 31. Om-
nes enim cognoſcent me. ¶ Secundo ponit predictum
fructum quantum ad perfectionem reſurgentiū. Et pri-
mo ponit ipſam perfectionem cum dicit. In virum perfe-
ctum. Ubi non eſt intelligendum ſicut quidam intellexe-
runt. ꝙ ſcilicet femine mutentur in ſexum virilem in re-
ſurrectione. quia vterqꝫ ſexus permanebit non quidē ad
cōmixtionem ſexuum que tunc decetero non erit ſcðꝫ il-
lud Matthei. 23. In reſurrectione eniꝫ non nubent ne-
qꝫ nubentur: ſed ſunt ſicut angeli. Sed ad perfectionem
nature ⁊ glorie dei qui talem naturā condidit. Dicit er-
go virum perfectum ad deſignandum omnimodam per-
fectionem illius ſtatus. i. corinthioꝝ. 13. Cū venerit qð
perfectum eſt euacuabitur quod ex parte eſt. Et propter
hoc vir magis ſumitur ſm ꝙ diuiditur contra puerum.
ꝙ ſcðm ꝙ diuiditur contra feminam. Secundo oſten-
dit exemplar huius perfectionis cum dicit. In menſurā
etatis plenitudinis chriſti. Ubi conſiderandū eſt. ꝙ cor-
pus chriſti verum eſt exemplar corporis miſtici. vtrūqꝫ
enim conſtat ex pluribus membris in vnū collectis. Cor-
pus autem chriſti fuit perductum ad plenam etatem vi-
rilem. ſcilicet trigintatrium fere annorum in qua mortu-
us fuit. Huiuſmodi ergo etatis plenitudini conformabiẗ
etas ſanctorum reſurgentium: in quibus nulla erit imꝑ-
fectio nec defectus ſenectutis. Philipenſ. 3. Reforma-
bit corpus humilitatis noſtre configuratum corpori cla-
ritatis ſue. ¶ Alio modo poteſt intelligi de fructu vlti-
mo preſentis vite: in qua quidem ſibi occurrunt omnes
fideles ad vnam fidem ⁊ agnitionem veritatis. Iohan.
10. Alias oues habeo que non ſunt de hoc ouili ⁊c. In
qua perficitur etiam corpus chriſti miſticum ſpirituali ꝑ-
fectione ad ſimilitudinem corporis chriſti veri. Et ſcðm
hoc totum corpus eccleſie dicitur corpus virile ſcðm il-
lam ſimilitudinem qua vtitur apoſtolus. Galathas. 4.
Quāto tēpore heres paruul⁹ eſt nihil differt a ſeruo ⁊c.

## Lectio quinta.

Ut iam non ſimus paruuli fluctuan-
tes ⁊ circumferamur omni vēto do-
ctrine in nequicia hominuū. in aſtu-
cia ad circūuentionem erroris Ueritatē au-
tem facientes in charitate creſcamus in illo
per omnia qui eſt caput chriſtus: ex quo to-
tum corpus compactum ⁊ connexū per om-
nem iuncturam ſubminiſtratiōis ſcðm ope

**rationem in menſuram vniuſcuiuſq; membri augmentum corporis facit: in edificationem ſui in charitate.**

Poſita donoꝝ ſpiritualiū diuerſitate ⁊ fructu eoꝝ: hic oſtendit apoſtolus quō ad fructū illum perueniam⁹. Circa quod duo facit. P̄rio duo impedimēta remouet. Secūdo modū veniendi docet ibi. Veritatē facientes ⁊c. Dicit ergo: bene dictum ē ꝙ hic ē fructus vltimus iſtorum donorū ꝙ ſcꝫ occurram⁹ domino in virū perfectum ⁊c. Ergo oportet nos videre vt iam nō ſimus paruuli ſꝫ certe viri perfecti quia ꝗdiu aliquis ē puer non ē perfectus vir. Oportet ergo ꝙ deſerat puericiam qui domīo debꝫ occurrere. Sic faciebat apl's. p̄me Coꝝ. 13. Quando factus ſum vir euacuaui ea q̄ erant paruuli. Conditio autē pueri ē ꝙ non ē fixus vel determinatus in aliquo ſed credit omni verbo. Si ergo volum⁹ exhibere nos vt viros ꝑfectos oportet ꝙ deſeram⁹ cogitationē fluctuantem id ē inſtabilem. Et hoc ē qđ dicit. Fluctuantes. prime Coꝝ. 14. Nolite paruuli effici ſenſibus ſed malicia paruuli eſtote. Dicuntur autē fluctuantes a fluctu quia tales ad modū fluctus nō ſunt firmi ī fide. Iac. p̄mo. Qui enī heſitat ſimilis ē fluctui maris qui a vento mouetur et circumfertur. Nunc aūt neceſſe ē nos ſtabiles eſſe ⁊ non fluctuare. Et quia ventus ē praua doctrina: de qua merito dicitur Prouer. 25. Ventus aquilo diſſipat pluuias. Mat. 7. Deſcendit pluuia: venerūt flumina: flauerunt venti ⁊ irruerūt in domū illam ⁊ cecidit ⁊ fuit ruina eius magna. Ideo dicit. Et nō circumferamini omni vento doctrine ⁊c. Quaſi dicat. Nulla doctrina ꝑuerſa ꝓflante ad cōmotionem cordis ⁊ ruinā ſpiritualis edificij debemus moueri quia non eſt bona doctrina: qđ patet ex tribus. Primo ex eius principio ꝙ eſt nequicia hominum: ideo non eſt bona doctrina ſed falſa ⁊ neq̄ quā dogmatizat aliquis ad perditionem animaruꝫ: vt obtineat principatum: ſicut doctrina arrij nequiſſimi qui crepuit medius vt de ip̄o poſſit exponi illud. Eccl'. 31. Teſtimonium nequicie eius verum eſt. Item talis doctrina peruerſa ē quod patet. Secundo ex eius proceſſu qui ē aſtucia: quia cum dolo id ē vnum intendit ⁊ aliud ſimulat ꝓpter quod apoſtolus dicit. ſcđe Coꝝ. 11. Timeo ne ſicut ſerpens euam ſeduxit aſtucia ſua: ita corrumpantur ſenſus veſtri ⁊ excidant a ſimplicitate que ē in chriſto ieſu. Tertio patet hoc idem ex effectu: quia effectus talis doctrine ē ad circumuentionem erroris non ad denarios: vel alia temporalia acquirenda: ſed ad ſeminandos errores ſeducunt ⁊ circumueniunt tales doctores: de quib⁹ dicitur. ſcđe Thy. 3. Mali homines ⁊ ſeductores proficient in peius errantes ⁊ in errorem mittentes. ¶ Deinde cum dicit. Veritatem autem facientes ⁊c. oſtenſis impedimentis per que a fructu donorum ſpiritualium impeditur quis hic oñdit qualiter ad fructum debitum peruenitur. Et arguit ſic. Statim dictum ē ꝙ ſi volum⁹ ad ſpiritualium donorum fructum peruenire oportet vt iā non ſimus paruuli ⁊c. Sed tamdiu ſum⁹ paruuli ꝗdiu virilem ſtatū nō attingimus ac creſcim⁹. ergo nobis neceſſarium ē vt creſcamus. Et hoc ē quod dicit Veritatē autem facientes ⁊c. Duo ergo facit. Primo oſtendit in quo debemus creſcere. Secundo per quem ibi. In illo per omnia ⁊c. Dicit ergo quantum ad primum veritatē facientes creſcamus: ⁊ hoc in duob⁹ ſcilicet in bono opere ⁊ forma boni operis que duo ſunt: veritas ⁊ charitas. Veritas autem quandoqꝫ dicitur omne opus bonum. vt Thob. p̄mo. In captiuitate tamen poſitus viam veritatis non deſeruit. Faciamus ergo veritatem ſcꝫ omne opus bonum vel veritatem doctrine quia non ſufficere nobis debet audire vel docere veritatē: ſed oportet facere: ꝓpter hoc dicebat apoſtolus prime Thy. 4. Hoc enī facies ⁊ teip̄m ſaluuꝫ facies ⁊ eos q̄ te audiunt. Eſtote ergo factores verbi ⁊c. vt dicitur Iac. p̄mo. Quia factores iuſtificabuntur: vt habetur Ro. 2. Et hoc ſi fiat in charitate que ē forma boni operis. p̄me Coꝝ. 16. Viriliter agite ⁊ confortetur cor veſtrum ⁊ omnia opera vr̄a ī charitate fiant. Quia certe aliter nihil valerent. prime Coꝝ. 13. Si tradidero corpus meum ita vt ardeam charitatem autem non habuero nihil mihi prodeſt. Sed q2 in via dei non progredi ē regredi: ideo ſubdit apoſtolus Ut creſcamus in illo. ⁊c. vbi tria facit. Primo oſtendit auctorem noſtri augmenti. Secundo eius veritatē Tertio modum augmenti. Secunda ibi. Ex quo totum corpus. Tertia ibi. Scđm operationem in menſuram vniuſcuiuſqꝫ membri. Dicit ergo. Creſcamus in illo ſcilicꝫ chriſto. de quo p̄me Pet'. 2. In eo creſcatis in ſalutem. In illo inq̄ qui ē caput noſtrum chriſtus: ⁊ in eccleſia q̄ ē corpus ip̄ius: vt dicitur Col'. p̄mo. Creſcamus inq̄ nō in poſſeſſionibus: ſicut dicitur Iob. p̄mo. Poſſeſſio ei⁹ creuit in terra: ſed in ſpiritualibus. Nec in vno tantum: ſed per omnia: id ē in omni bono fructificantes ⁊ creſcētes. p̄me Coꝝ. 10. Omnia in gloriam dei facite. ⁊c. Et ibi ſequitur. Sicut ⁊ ego per omnia omnib⁹ placeo. De hoc commendat corinthios apoſtolus dicēs. p̄me Coꝝ. 11. Omnia precepta inquit mea tenetis. ¶ Conſequēter cum dicit. Ex quo totū corpus ⁊c. oſtendit veritatē xp̄i per quem creſcere debeamus. ¶ Ubi ſciendū ē ꝙ corp⁹ naturale tria habet. ſ. cōpactionē mēbroꝝ adinuicem: ligatiōeꝫ per neruos ⁊ mutuā ſubmīſtratiōeꝫ. 1. Coꝝ. 12. Si dixerit pes quoniaꝫ nō ſū man⁹ nō ſū de corpore: nō ideo nō ē de corpore. Et ſi dixerit auris quoniam nō ſuꝫ oculus nō ſum de corpore ⁊c. Si totum corpus eſt odoratus vbi auditus. Spiritualiter ergo ſicut vnū corpus efficitur ex multis his trib⁹ modis ſcꝫ per compactionē ſeu adunationem: ꝑ ligationem ⁊ per mutuā operationē ⁊ ſubuentionē: ita vt omnia que ſunt a capite corporali. ſcꝫ compactio: neruorum ligatio: ad opus motio fluunt a capite noſtro xp̄o in corpore eccleſie Et primo cōpactō ꝑ fidem. Unde dicit. Ex quo ſcꝫ xp̄o qui eſt caput noſtrū vt modo dictum eſt: totum corp⁹ compactum ē id eſt coadunatum. p̄s. Diſperſiones iſrael congregabit. Abac. 2. Congregabit ad ſe omnes gentes ⁊ coaceruabit ad ſe omnes populos. De hoc dicitur Col'. 2. Caput ex quo totum corp⁹ per nexus ⁊ coniunctiones ſubminiſtratum ⁊ conſtructum creſcit in augmentū dei. Secundo fluit a chriſto capite in corp⁹ eccleſie ſue myſticum connexio ⁊ colligatio quia oportet adunata aliquo nexu vel vinculo necti vel colligari. Et ꝓpter hoc dicit. Et connexuꝫ per omnem iuncturā ſubminiſtrationis: id eſt per fidē ⁊ charitatē que connectunt ⁊ coniungunt mēbra corporis myſtici ad mutuā ſubminiſtrationē. Eccl'. 39. Omnia opera domini bona ⁊ omne opus hora ſua ſubminiſtrabit. Unde ip̄e apoſtolus confidēs de iſta mutua ſubminiſtratione que ē inter membra eccleſie per diuinā cōiunctionē dicebat Phil'. p̄mo. Scio enim ꝙ in hoc proueniet ī ſalutē per noſtram or̄onem ⁊ ſubminiſtrationem ſpirit⁹ ieſu chriſti. Tertio a capite xp̄o in membris vt augmententur influitur virtus actualiter operandi. Unde dicit Scđm menſurā vniuſcuiuſqꝫ membri augmentum corporis faciens. Quaſi dicat. Non ſolum a capite noſtro chriſto ē membrorum eccleſie cōpactio per fidem nec ſola cōnexio vel colligatio per mutuam ſubminiſtrationeꝫ charitatis: ſꝫ certe ab ip̄o ē actual' mēbroꝝ operatio ſiue ad op⁹ motio ſꝫ mēſurā ⁊ competentiā cuiuſlibet membri.

Unde dicit ꝙ facit augmentum corporis ſm operatiões ⁊ menſuram vniuſcuiuſq; membri debite menſurati: qꝛ non ſolum per fidem corpus myſticum cõpaginatur nec ſolum per charitatem ſubminiſtrationem connectentem augetur corpus: ſed per actualem motionem ad operationem quã deus facit in nobis. Unde Eſa. 26. Oia opera noſtra operatus eſt deus: qui in omnibus operatur vt dicitur pme Coꝝ. 12. Et hec expoſitio concordat gloſatori Sꝫ ad quid augmentat deus vnumquodq; mẽbꝛũ? vt corpus edificet. ſupra. 2. In quo omnis edificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in domino: in quo et vos coedificamini ⁊c. Unde pme Coꝝ. 3. Dei edificatõ eſtis. Et hec oĩa fiunt in charitate: quia vt dicitur pme Coꝝ. 8. Charitas edificat. Uel in charitate facit deus hec omnia id eſt ex mera dilectione. Jere. 31. In charitate perpetua dilexi te. ideo attraxi te miſerans. Rurſuſq; Edificabo ⁊ edificaberis. Hoc eſt ergo qd̃ dicit. In edificationem ſui in charitate.

## Lectio ſexta.

Oc ergo dico ⁊ teſtificoꝛ ĩ dño vt iã
b nõ ambuletis ſicut ⁊ gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui: tenebriſ obſcuratũ habẽtes intellectũ. alienati a vita dei ꝑ ignorantiã q̃ ẽ in illis ꝓpter cecitatẽ cordis ipoꝝ: qui deſperantes ſemetipos tradiderũt impudicicie in operationẽ imũdicie omnis in auariciam.

Supra monuit apl's epheſios vt manerent in eccl'aſtica vnitate deſcribẽdo modum eius ⁊ formam: in hac parte docet eos viã per quã poſſint manere in eccleſiaſtica vnitate. Et primo facit hoc. Secundo oſtendit poteſtatem hanc adimplenda precepta in fine epiſtole ibi. Decetero fratres confortamĩ. ⁊c. Prima in duas. Primo proponit precepta ad omnes. Secundo pertinentia ad ſingulos gradus eccleſie ibi. Mulieres viris ſuis ſubdite ſint ⁊c. Prima in duas. Primo proponit quedã precepta generalia ad que reducuntur omnia alia. Secundo ponit ſpẽalia ibi. Propter qd̃ deponẽtes mendaciũ ⁊c. Prima iterũ in duas quia cum intentio apoſtoli ſit eos reuocare a veteri cõſuetudine ad nouã chriſti doctrinam Primo oſtendit doctrinã xp̃i eſſe cõtrariam antique peruerſitati gentilitatis. Scd̃o inducit eos vt eã deponant ⁊ eã que chriſti eſt aſſumant ibi. Deponite vos ſm pſtiſtinam ⁊c. Prima in duas: quia primo deſcribit cõuerſationẽ gentilium. Secundo oſtendit ꝙ ei contrariat̃ doctrina chriſti ibi. Uos autẽ nõ ita ⁊c. Prima ĩ tres. Primo hortat̃ eos vt declinẽt cõuerſationẽ gentilium. Secundo deſcribit eam quantũ ad interiorẽ animũ ibi. Tenebris obſcuratũ ⁊c. Tertio quantũ ad exteriorẽ modũ ibi. Qui deſperãtes ⁊c. Dicit ergo ad hoc ꝙ poſſitis ĩplere ea que dicta ſunt: dico. i. nõ obſecro vt prius: ſꝫ dico ⁊ teſtificor hoc qd̃ dixi Gal'. 5. Teſtificor aũt oĩ homini rurſum circũcidenti ſe quoniam debitor ẽ vniuerſe legis faciende. 2. Thy. 4. Teſtificor corã deo ⁊ xp̃o ieſu ⁊c. Et quid? Ut iam ſcꝫ tẽpore fidei ⁊ cõuerſiõis ad xp̃m quia iam vos mundi eſtis. Jo. 15. Non ambuletis. i. viuatis. Gal'. 5. Si ſpiritu viuimus ſpũ ⁊ ambulemus ⁊c. Et hoc ſicut gentiles ambulant. prime Coꝝ. 12. Scitis quoniam cum gẽtes eſſetis ad ſimulacra muta prout ducebamĩ euntes ⁊c̃. Non ſic igitur ambuletis Prouerb̃. pmo. Fili mi ne ambules cum eis: prohibe pedẽ tuum a ſemitis eorum ⁊c̃. ¶ Conſequenter cum dicit. In vanitate ſenſus ſui. reddit cauſam huius ꝓhibitionis. Ubi notandum eſt ꝙ cum ambulare ſpũaliter ſit proficere ſꝫ illud. Eſa. 26. Rect⁹ callis iuſti ad ambulãdũ ⁊c̃. Gen̄. 17. Ambula coraꝫ me ⁊ eſto ꝑfect⁹. dꝛ abrae. Ad hoc ergo vt hõ iuſte ambulet. i. ſpũaliter ꝓficiat oportet tria q̃ in ipo ſunt regulari ⁊ ordinari. In homĩe enim eſt rõ iudicans de particularibus agendis. Itẽ intellectus vniuerſalium pncipiorum qui eſt ſinderiſis. tertio lex diuina ſeu deus. Quandocunqꝫ ergo aliquis ſm iſta tria ſibi inuicem ordinata dirigit̃: ita ꝙ actio ordinet̃ ſm iudicium rõnis: ⁊ hec ſcꝫ rõ iudicet ſm intellectum rectũ vel ſindereſim: ⁊ hec ſcꝫ ſindereſis ordinetur ſm legẽ diuinam: tunc actio eſt bona ⁊ meritoria. Sed vita gentiliũ nõ eſt talis imo deficit in predictis tribus. quia pmo deficit a rõne iudicante quia ambulant in vanitate ſenſus ſui. Senſus aũt eſt vis apprehenſiua per quã iudicam⁹ ſingularia. Unde aliquis homo rectus dicitur quando bene iudicat de agendis. Sed ſenſus iſte quandoqꝫ eſt rectus: quandoqꝫ ẽ vanus. Rectus dicitur quãdo debita regula regit̃ qua venit ad debitũ finem. Uanus auteꝫ quando indebita regula ductus nõ venit ad debitũ finẽ Sap̃. 13. Uani ſunt oẽs homĩes in quibus nõ ſubeſt ſcientia dei ⁊c̃. Ro. 1. Euanuerunt in cogitatiõibus ſuis. ⁊c. Jere. 2. Ambulauerũt poſt vanitates ſuas ⁊ vani facti ſunt ⁊c. Quare? quia certe rõ iſtorũ in agendis nõ dirigebat̃ ab intellectu illuminato ſed erroneo. Et hoc eſt qd̃ ait. Tenebris obſcuratũ habentes intellectũ. Ro. 1. Obſcuratũ eſt inſipiens cor eorum. p̃s. Neſcierunt neqꝫ intellexerunt: in tenebris ambulant. Et rõ ẽ qꝛ tales nõ ſunt ꝑticipes diuini luminis ſeu legis diuine illuminantis ⁊ regulãtis: ꝓpter qd̃ ſubdit. Alienati a vita dei id ẽ a deo qui eſt vita anime. Jo. 14. Ego ſum via veritas ⁊ vita. Uel a vita dei. i. a charitate ⁊ gr̃a ſpũali qua anima viuit formaliter Ro. 6. Gratia autẽ dei vita eterna. Iſti autem erant ſine ſpe vite eterne qꝛ ponebãt mortalitatẽ anime contra fidẽ ⁊ ꝓphetiã. Sap̃. 2. Neſcierũt ſacramenta dei neqꝫ ſperauerũt mercedẽ iuſticie neqꝫ iudicauerũt honorẽ animaꝝ ſanctarum ⁊c̃. Uel a vita dei id ẽ a vita ſancte viuendi que ẽ per fidem. Gal'. 2. Uiuo ego iã nõ ego ⁊c̃. Juſtus aũt ex fide viuit: vt dicit̃ Ro. pmo. Uel que ẽ per charitatẽ. pme. Jo. 3. Nos ſcimus quia tranſlati ſumus de morte ad vitam quoniam diligimus fr̃es ⁊c. Nõ ſic autẽ iſti ſed magis alienati. ¶ Modum autẽ huius alienationis tangit ſcꝫ ignorantiaꝫ nõ ſtellaꝝ vel curſus ſyderuꝫ ſed nature diuine. pme Coꝝ. 15. Ignorantiam quidem dei quidam habent quia certe tunc ſolũ in iudea notus erat de⁹: ſed modo vt dꝛ Act̃. 17. tẽpora huius ignorantie deſpiciens deus tunc annunciat hominib⁹ vt omnes vbiq; penitentiã agant ⁊c. Huius aũt ignorantie deus nõ erat cã quantũ de ſe erat quia vt dꝛ Roma. pmo. Deus illis reuelauit: ſed certe cauſa erat illis propter cecitatẽ cordis ipſoꝝ. Et vere dicit cecitatẽ ꝙ ex creaturis nõ poterãt venire in noticiam creatoris: qꝛ vt dicit̃ Sap̃. 2. Excecauit eos malicia eorum ⁊ neſcierunt ſacramẽta dei neqꝫ mercedem ſperauerunt iuſticie. Et hoc ẽ qd̃ ſequitur. Qui deſperãtes. ⁊c. Ubi oſtendit apoſtolus quales erant in exteriori conuerſatione quoniã ſine ſpe ⁊ hoc quia alienati a vita. Job. 7 Deſperaui nequaꝙ̃ vltra iam viuaꝫ ⁊c. Jere. 18. Deſperauimus poſt cogitatiões noſtras ibimus: ⁊ vnuſquiſqꝫ poſt prauitates cordis ſui malefaciem⁹. Et hoc ẽ quod ſequit̃. Tradiderũt ſemetipos impudicicie ⁊c. Et hoc legi poteſt dupliciter vl' ſeparatim vt dicatur in auaricia: id eſt quia auari erant. Romañ. primo. Repletos omni iniquitate et malicia: fornicatione. auaricia. ⁊c. Hebreorum. 13. Sint mores ſine auaricia. ⁊c̃. Quia vt dicitur

Eccl.10. Auaro nihil ē ſceleſti⁹ Propter qđ Abbac.2.
Ue qui congregat auariciā malā domui ſue ⁊c. Poteſt
etiam legi coniunctim cum precedentibus: vt dicatur
in auaricia id eſt auare ita vt ſit modificās precedentia.
Et ſm hoc aggrauat eoꝝ vitā tripl'r. qꝛ p̄mo peccauerīt
nō ex paſſione ſed poti⁹ ex electōe. Vn̄ dicit. Tradide-
rūt ſemetipſos ipudicicie. Quaſi dicat. Nō paſſionibus
vel infirmitate peccauerūt ſed ſemetipſos tradiderūt ⁊c.
Judith.7. Sponte tradam⁹ nos oēs pp'lo holofernis.
⁊c.2.Coꝛ.12. Nō egerūt pniam ſup imundicia ⁊ forni
catione ⁊ ipudicicia quā geſſerūt. Scđo ex actuali effre-
natiōe.1.Pet.2. Poſt carnē in cōcupiſcentiā imundi-
cie ambulāt ⁊c. Et iō dicit. In opatiōez oīs imundicie.
Ezech.14. Iſti poſuerūt imūdicias ſuas in coꝛdib⁹ ſuis
⁊c. Tertio aggrauat eoꝝ petm̄ ex cōtinuatiōe: qꝛ inceſ-
ſanter peccabāt Oſee.4. Foꝛnicati ſūt ⁊ nō ceſſauerunt
qm̄ dn̄m reliquerūt. Vn̄ dicit. In auaricia.i. ardenter ⁊
inſaciabilit.2.Pet.2. Oculos habētes plenos adulte-
rij ⁊ inceſſabilis delicti: pellicientes aīas inſtabiles coꝛ
exercitatū auaricie habētes maledictiōis filij ⁊c.

## Lectio ſeptima.

**Os aūt non ita didiciſtis xp̄m ſi ta-
v mē illū audiſtis ⁊ i ipſo edocti eſtis
ſicut ē veritas i ieſu Deponite vos
ſcđm priſtinā cōuerſationē veterē hominez
qui coꝛrūpitur ſcđm deſideria erroꝛis. Re-
nouamini aūt ſpū mentis vr̄e ⁊ induite no-
uum hominē qui ſcđm deuz creatus ē in iu
ſticia ⁊ ſanctitate.**

Oſtenſa ꝑuerſitate gentilis cōuerſatiōis: hic oñdit apl's
ꝙ doctrina xp̄i totalit cōtraria ē iſti cōuerſationi ⁊ ſtatui
Et qꝛ ꝑuertētes q̇dā doctrinā xp̄i dixerūt nō eē aliā vitā
poſt iſtā: ſꝫ aīam moꝛi cū coꝛpe vt aīalia: iō apl's oſtendit
Prio doctrinā xp̄i cōtrariā eſſe vite ⁊ ſtatui precedenti.
Scđo oñdit cōditiōes debitas doctrine xp̄i ibi. Deponi
te vos ⁊c. Dicit ergo. Ita dictū ē ꝙ illi deſperantes ⁊c.
vos aūt nō ita audiuiſtis xp̄m ſcꝫ eē imitandū. Qūo er-
go. Ipi em̄ vos a deo didiciſtꝭ vt diligatꝭ inuicē Theſ.
4. Itaqꝫ frēs ſtate ⁊ tenete traditiōes quas credidiſtis
Et Theſ.2. Qūo tenebim⁹. Et.1.Theſ.2. Qm̄ cum
accepiſſetis a nobis verbū audit⁹ dei accepiſtis illud nō
vt verbū hoīm ſed ſicut ē vere verbū dei ⁊c. Col.2. Ra
dicati ⁊ ſupedificati in ipo ⁊ cōfirmati in fide ſicut didici
ſtis abundātes in illo in gr̄aꝝ actione. Et hoc certe ſi tn̄
illū audiſtis qꝛ auditus deſeruit diſcipline. Si ꝓ quia.
Quia hec ē ānūciatio quam audiſtis: vt dꝛ.1.Jo.1. Et
hoc q̄tū ad p̄dicatōez fidei Eccl.24. Qui audit me nō
cōfundet Prouer.15. Auris q̄ audit increpatiōes vite i
medio ſapiētū cōmoꝛabit ⁊c. ¶ Et in illo edocti eſtis ſcꝫ
qūo ꝑtinētia ad fidē ſūt cuſtodiēda ⁊ adiplenda. Mar.
vlt. Fecerunt ſicut erāt edocti ⁊c. Et hoc ſicut ē Vitas.
Quaſi dicat. Si audiuiſtis fidē xp̄i p̄dicari ⁊ qūo p̄di-
cata debeant adimpleri eſtis edocti ſicut ieſus de quo p̄-
dicat vobis q̄ ē veritas. ¶ Uos aūt nō ita.ſ. oꝫ ambula-
re ſicut aliqui deſperātes. Sed quō? Subdit. Deponite
vos ⁊c. Que q̇dem lr̄a pōt legi dupl'r. Vno mō vt dicat
deponere: ⁊ tunc cōſtruit cū p̄cedentib⁹ ſic. ita ē veritas
in qua edocti eſtis in ieſu deponere vos ⁊c. Si aūt dicat
deponite: q̄ lr̄a cōius habet. dicem⁹ ꝙ qꝛ cōtraria ē ⁊ vi
ta ⁊ doctrina gentiliū vite ⁊ doctrine ieſu in qua edocti
eſtis reſtat vt deponatis ⁊c. Duo ergo facit qꝛ cū primo
extirpanda ſint vitia q̄ inſerant virtutes. Primo docet
eos ſtatū priſtine ac veteris cōuerſatiōis deponere. Se
cundo nouū ſtatū ieſu aſſumere ibi. Renouami aūt ſpū.
⁊c. Dicit ergo deponite ⁊c. vbi tria ſūt cōſiderāda. Pri
mo q̇d intelligit p veterē hoīem. Dicunt aliq̄ ꝙ hic hō
vetus exterioꝛ: nou⁹ vero dꝛ interioꝛ. Sꝫ dicendum ē ꝙ
hō vetus dꝛ tam interior q̄ exterior q̄ ſubijcit vetuſtati
q̄tū ad aīam p pctm̄ ⁊ q̄tū ad coꝛp⁹. qꝛ mēbra coꝛporis
ſunt arma peccati. Et ſic ſubiectus hō pctō ſm aīam et
corpus dꝛ vetus hō ſm ꝙ illa vetuſta ſūt q̄ ſunt i via cor
ruptiōis vel in ipo corrūpi. qꝛ qđ antiquat ⁊ ſeneſcit ꝓ-
pe interitū ē. vt dꝛ Heb.8. Et ſic hō ſubiectus pctō dꝛ ve
tus. qꝛ ē in via corruptiōis ꝓpter qđ ſubdit. Qui corrū-
pit ſm deſideria erroris. Nā vnūqđqꝫ corrūpit cū rece-
dit ab oꝛigine nature ſue. Natura aūt hoīs ē vt deſideri
um eius tendat ad id qđ ē ſm rōnem. Perfectio autē et
bonū rōnis ē veritas. Qn̄ ergo rō tendit ad errorē ⁊ de-
ſideriū ex hoc errore corrūpit. tūc vetus hō dꝛ. Dicit au
tē ſm deſideria ſcꝫ mala. Ro.13. Carnis curā ne feceritꝭ
in deſiderijs. p̄me Thy.6. Deſideria multa ⁊ nociua et
inutilia q̄ mergunt hoīem in interitū ⁊ ꝑditionē ⁊c. Qꝛ
aūt hec deſideria in quibuſdā trahunt ex infirmitate. in
quibuſdā vero ex malicia ſicut in illis qui dicūt deuꝫ ꝓ-
uidentiā nō hr̄e. iō dicit. Erroris qꝛ in talibus errātibuſ
corrūpit intellectus ⁊ affectus. Uel ſm deſideria errorꝭ
id ē q̄ hoīes faciunt errare. ſm illud Sap̄.2. Hec cogi-
tauerūt ⁊ errauerūt ⁊c. Prouer.14. Imprudentia ſtul-
toꝝ erratis. Sꝫ quō deponendus ſit docet apl's dicens.
Col.3. Expoliantes vos veterē hoīez cū actibus ſuis.
⁊c. Nō ergo ſubſtātialit dꝫ deponi vel expoliari ſꝫ ſoluꝫ
q̄ ad opa mala vel cōuerſationē.1.Pe.2. Cōuerſatiōez
vr̄am inter gētes habētes bonā. p̄me Thy.4. Exēplū
eſto fideliū in verbo ⁊ cōuerſatione. ¶ Deinde cuꝫ dicit
Renouami ⁊c. oſtendit ꝙ debemus nouuꝫ ſtatum idue
re. circa qđ tria facit. Prio oñdit p qđ conſeq̄ poſſimus
hāc nouitatē. Secundo in q̄ hec nouitas ꝯſiſtat. Tertio
q̄ ſit. Quātuꝫ ad p̄muꝫ dic̄. Renouami ſpiritu. ⁊c. vbi
notādum ē ꝙ lꝫ ſpūs multiplicit dicat. in hoīe tamē tri
plex ſpūs inuenit. ſ. ſpūs ſanctus. p̄me Coꝛ.3. Neſcitis
ꝙ tēplum dei eſtis ⁊ ſpūs dei habitat in vobis. Itē ſpūs
rōnalis. Gal.5. Caro cōcupiſcit aduerſus ſpm̄. Itē ſpi-
ritus fantaſticus. Oſee.14. Scitote iſrael ſtultū ꝓphe-
tam inſanū viꝝ ſpiritalē.i. fantaſticū. Hoc ergo qđ dicit
Spū mentis ſumit ꝓ ſpiritu ſcō. Dicit autē cām renoua
tiōis eē ſpm̄ ſcm̄ qui habitat i mente nr̄a. Gal.4. Mi-
ſit deus ſpm̄ filij ſui in coꝛda ⁊c. p̄s. Emitte ſpm̄ tuum ⁊
creabunt ⁊c. Uel pōt accipi ſpūs ꝓ ſpiritu rōnali. ⁊ tunc
ſpūs idem eſt ꝙ mens nr̄a ⁊ eſt ſimile huic qđ dꝛ Col.2
In expoliatiōe corꝑis carnis.i. corꝑis q̄ eſt caro. ita hic
ſpū mentis.i. ſpū q̄ eſt mens. hoc aūt dicit qꝛ in nobis ē
ali⁹ ſpūs q̄ nō ē mens: q̄ ſcꝫ ē cōis nobis ⁊ brutis. Dicit
aūt: renouami ſpū mentis: qꝛ illud qđ non ē coꝛruptū eſt
nouū nec renouatiōe indiget. Nā ſi adā coꝛrupt⁹ nō fuiſ
ſet renouatiōe nō indiguiſſet nec nos etiā. Sed qꝛ coꝛru
ptus fuit renouatiōe indiguit ⁊ ei⁹ poſterioꝛes. Et iō oꝫ
renouari nos in p̄nti ſm aīam ⁊ in futuro ſm coꝛpus qn̄
coꝛruptibile hoc induit incoꝛruptionē ⁊ moꝛtale imoꝛ-
talitatez: vt dꝛ.1.Coꝛ.15. Dicit ergo renouami ſpū hic
ſcꝫ qꝛ niſi in p̄nti ſpūs renouet nūq̄ coꝛp⁹ ei⁹ inouabitur
Uel pōt exponi ſpū mentis.i. mēte vr̄a ſpūali facta. ⁊ in
idē redit. In quo aūt hec renouatio cōſiſtat quantū ad ſe
cundū ſubdit cū dicit. Induite nouū hoīem ⁊c. Hic ad-
uertēdū eſt ꝙ ſicut vniuſcuiuſqꝫ rei primū vetuſtatis p̄n
cipium fuit adam per quem peccatuꝫ in omnes intrauit
ita principiuꝫ primū nouitatis ⁊ renouatiōis xp̄s ē qꝛ ſicͭ
in adam oēs moꝛiunt: ita ⁊ in xp̄o om̄s viuificabuntur.
Unde Gal.vi. In xp̄o ieſu neqꝫ circūciſio neqꝫ p̄pucium
aliq̇d valet ſꝫ noua creatura. Induimi ergo dn̄m noſtrū

ieſum xp̄m. Ro.13. Que aūt ſit renouatio oñdit cū dicit: Qui ſm deū creatꝰ ē ⁊c. Hoc aūt pōt intelligi tripliciṫ. Uno mō ſic vt ly qui referaṫ ad ſpm̄.i.ſpūs q̄ ē mēs nr̄a ⁊ creatꝰ eſt a deo ſcꝫ in originali iuſticia ſcꝫ ī ſui nouitate. Uel recreatus noua creatiōe vt eſſet iuſtus. ſupra. 2. Creati in xp̄o ieſu in opibus bonis. Uel ly q̄ pōt referri ad nouum hoīem ſcꝫ xp̄m Et tunc cōſtrueṫ ſic. Qui creatus ē.i.formatꝰ in vtero virginis ſm deū.i.nō ſemie humano ſꝫ ſpū ſcō. Uel creatꝰ ē ſm eſſe gr̄e ⁊ plenitudinis ⁊ hoc in iuſticia quo ad hoīes in ſcītate quo ad deum: et hoc veritatis nō falſitatis. Luc.2. In ſcītate ⁊ iuſticia. Uel vt ſcītas ſit ī corde. veritas ī ore: iuſticia in ope.

## Lectio octaua.

p Ropter qđ deponentes mendaciuꝫ loquimini veritatē vnuſquiſq; cum proximo ſuo: qm̄ ſumus inuicē mēbra. Iraſcimini ⁊ nolite peccare. Sol nō occidat ſuper iracundiam veſtram. Nolite locum dare diabolo.

Supra poſita generali monitiōe vt nouitatē induerent: hic apl's ponit p̄cepta ſpālia. Circa qđ duo facit. Prio ī hibet eis pctā interiora corrūpentia ſpm̄. Scđo pctā exteriora q̄ corrūpunt carnē ibi. Fornicatio aūt ⁊c. Pria ī duas. Prio ꝓhibet pctā q̄ ī deordinatiōe ꝓpria cōſiſtūt Scđo pctā q̄ cōſiſtunt ī deordinatione alteriꝰ ibi. Oīs ſermo malꝰ ⁊c. Pria iterū in tres: qꝛ p̄mo ꝓhibet pctm̄ corrūpens rōnalē. Scđo pctm̄ deordinās iraſcibilē ibi. Iraſcimī ⁊ nolite peccare ⁊c. Tertio pctm̄ ꝑtinēs ad cō cupiſcibilē ibi. Qui furabaṫ ⁊c. Circa p̄mum tria facit. Prio qꝛ vnū iſtoꝝ ꝓhibet. Scđo inducit ad aliud. Tertio rōnem aſſignat. Prohibet ergo illud. p̄mo qđ ad veterē hoīeꝫ ꝑtinet ita vt iſta lr̄a ſit expoſitiua huiꝰ qđ p̄dixerat. Induite nouū hoīeꝫ: ad quē induendū p̄mo ꝓhibet mēdaciū qꝛ ꝑ hoc pctm̄ oris: corrūpiṫ veritas rōnis Vn̄ dicit. Propṫ qđ ſcꝫ nouū hoīeꝫ induendū deponentes mendaciū: qꝛ vt đr in p̄s. Perdes oīs qui loquunṫ mendaciū.ſ.ꝑniciosū. ¶ Et poſtea inducit ad nouitateꝫ dicens Zach.4. Loq̄mini veritateꝫ vnuſq̄ſq; cū ꝓximo ſuo. Et quare? Qm̄ ſumꝰ inuicē mēbra. Mēbra eñi ſe inuiceꝫ diligūt ⁊ ſe iuuāt mutuo ī veritate. Ro.12. Unū corpꝰ ſumꝰ in xp̄o: ſinguli aūt alter alterius membra.

¶ Sequiṫ. Iraſcimī ⁊c. vbi ꝓhibet pctm̄: corrūpens iraſcibileꝫ. Circa qđ tria facit. Prio ponit monitiōeꝫ. Secūdo eā exponit ibi. Sol nō occidat ⁊c. Tertio rōnem reddit ibi. Nolite locū ⁊c. Monitiōeꝫ aūt ponit cū dicit. Iraſcimī ⁊c. Qđ pōt exponi dupl'r. qꝛ duplex ē ſpēs ire quedā bona: q̄dā mala. Mala q̄dem qn̄ inordinate tendit in vindictā ſcꝫ contra iuſticiā: bona vero qn̄ in vindictā debitā qn̄ ſcꝫ q̄s iraſciṫ qn̄ oꝫ cū q̄bus ⁊ q̄tū oportet. Et de vtraq; pōt exponi. Si de mala: ſic eſt ſenſus. Nō p̄cipit ſꝫ ꝑmittit. Quaſi dicat. Si ſic eſt ꝙ motus ire inſurgat qđ humanū eſt nolite peccare.i.nolite perducere ad effectū ꝑ ꝯſenſū. p̄me Coꝝ.10. Temptatio vos nō ap p̄hendat niſi hūana qꝛ certe qui aliṫ iraſciṫ fratri ſuo reꝰ erit iudicio: vt đr Mat.5. De hac ira monebat Ioſeph fratres ſuos Gen̄.45. Ne iraſcimī in via. Si aūt exponaṫ de bona ſic teneṫ nō ſolum ꝑmiſſiue vt p̄mo ſed imperatiue: iraſcimī ſcꝫ cōtra pctā vr̄a: qm̄ duplex eſt vindicta quam hō appetit. Una de ſeip̄o peccāte: ⁊ ſic pnīa eſt quedā vindicta quā hō facit ⁊ capit de ſeip̄o. Et hec eſt bona ira: ⁊ de hac diciṫ īperatiue. Iraſcimī ſcꝫ cōtra pctā vr̄a: ⁊ nolite peccare ſcꝫ decetero: nec talia ꝯmittere ꝯtra q̄ iterū oporteat iraſci. Nō credūt aliq̄ ꝙ hō ſecure poſſit ſibiipſi iraſci ꝓpter pctā ſua ſed nō ꝓximo ſuo propter ſua ſed nō eſt ita ſicut contra ſeipſum poteſt quis iraſci propter peccata propria ita proximo ſuo proter ſua ergo iraſcimini cōtra vitia aliena: ⁊ boc cum zelo. Numeri.25. Phinees auertit iram meam a filijs iſrl': quia zelo meo cōmotꝰ eſt cōtra eos. Sic helyas.3. Reg.19. Zelo zelatꝰ ſū ꝓ dño deo exercituū quia dereliq̄rūt pactū dñi filij iſrl' ⁊c. Et nolite peccare p̄ueniendo rōneꝫ ſed potiꝰ ſeq̄n̄do. Iac.1. Sit aūt oīs hō velox ad audienduꝫ tardus aūt ad loq̄n̄dū ⁊ tardus ad irā ⁊c. ¶ Sequitur: Sol nō occidat ⁊c. vbi exponit qđ dixerat ⁊ ſm tres p̄dictas expoſitiōes pōt tripliciṫ exponi. quia ſi de mala ira tunc ſic. Sol ⁊c.i.nō ꝑſiſtatis in ira ꝯcepta: ſed ante ſolis occaſum deponatis qꝛ lꝫ ꝑmittaṫ motus ꝓpter fragilitatē nō ꝑmittiṫ mora. Si de bona ⁊ hoc ꝯtra pctā ꝓpria: tunc ſic. Sol id ē xp̄s. Mal'.4. Orieṫ vobis timentibꝰ nomē meū ſol iuſticie ⁊c. Nō occidat ſuꝑ iracūdiam vr̄am.i.ſuꝑ pctā vr̄a: ꝓ quibꝰ iterū oporteat vos iraſci: ⁊ voſmet inter ip̄os punire. Si cōtra pctā aliena ſic accipiṫ ſol.ſ.rōnis. Eccl'.12. Memēto creatoris tui ī diebus iuuētutis tue anteꝙ veniat tp̄s afflictionis ⁊ appropinquēt āni de quibus dicas. Nō mihi placēt anteꝙ tenebreſcat ſol ⁊c. Sol nō occidat ſuꝑ iracūdiā vr̄am.i.obtenebreṫ dictamē rōnis. Iob.5. Uix ſtultū interficit iracūdia. ¶ Sequiṫ. Nolite locuꝫ dare dyabolo: vbi aſſignat rōnem monitiōis. Dyabolus eñi hꝫ locū in nobis ꝑ peccatū vel ꝑ cōſenſū. Io.13. Cū diabolus iā miſiſſet in cor vt traderet eū iudas ⁊c. Et ſequiṫ ibidē ꝙ poſt buccellā introiuit in eū ſathanas. Nūc aūt hmōi paſſiones multū inclināt ad cōſenſū ⁊ maxime qn̄ ꝑuertūt iudiciū rōnis. ⁊ hoc ſpēaliter facit ira q̄ cōſiſtit in accenſione ſanguinis q̄ quidē rōne velocitatis ſui motus p̄cedit iudiciū rōis. Et qꝛ ſic nobis ꝑturbatis diabolus īcipit locū hr̄e ī nob̄ iō dicit. Nolite locū dare diabolo. Quaſi dicat. Nō ꝑſeueretis in ira qꝛ ꝑ hoc datis locū diabolo. qꝛ totꝰ diabolus iracūdus ē. p̄s. Liberator meꝰ de inimicis meis iracundis. Intrat aūt hoīem cū furore ⁊ ira. Apoc.12. Deſcendit diabolus ad vos habēs irā magnā. Hoc aūt non pōt facere ſaltē in aīa q̄diu hō iuſtus ē. Hec aūt iuſticia ꝑ iram amittiṫ qꝛ ira viri iuſticiā dei nō opaṫ: vt đr Iac. p̄mo. Si ergo nō vultis locū dare diabolo ſaltē in aīa: ſol non occidat ſuꝑ iracundiam veſtram. Eccle.11. Auſer iram a corde tuo.

## Lectio nona.

q Ui furabaṫ iā nō fureṫ: magis aūt laboret: operādo manibꝰ ſuis quod bonū ē: vt habeat vnde tribuat neceſſitatē patienti. Omnis ſermo malus ex ore veſtro nō procedat: ſed ſi quis bonꝰ ad edificationē fidei: vt det gr̄am audientibꝰ.

Excluſa ſupra vetuſtate hoīs quātū ad vim rōnalē ⁊ iraſcibilē: hic prohibet eā quātū ad cōcupiſcibilē ꝓueniētē ex eoꝝ inordinata ꝯcupiſcētia. Circa qđ duo facit. Primo ꝓhibet ꝯcupiſcibilis vetuſtatē. Scđo hortaṫ ad eiꝰ nouitatē ibi. Magis aūt laboret ⁊c̄. Ad vetuſtatē auteꝫ ꝯcupiſcibilis ꝑtinet furtū qđ ꝓuenit ex corrupto ⁊ inordinato appetitu rei tēporalis. Iō dicit. Qui furabatur: iā nō fureṫ ⁊c. Quaſi dicat. Qui habebat cōcupiſcibileꝫ corruptā ⁊ vetuſtā ex corrupto appetitu rerū tēporaliuꝫ iā nō fureṫ.ſ.ſi vult ꝯcupiſcibilē renouare: qꝛ vt dicitur Eccl'.5. Suꝑ furem cōfuſio. ꝓpter hoc đr Exo.20. Nō furtū facies. Et qꝛ aliquis poſſet ſe excuſare pre pauꝑtate. ideo dicit. Magis laboret ⁊c. ſicut ip̄e fecit apl's vt đr Act.20. Argentū ⁊ aurū nullius cōcupiui aut veſteꝫ vos ip̄i ſcitis quoniaꝫ ad ea que mihi opus erant ⁊ his q̄

mecum ſunt miniſtrauerūt manꝰ iſte.⁊c. Itē.2. Theſ.
3. Ipi eñ ſcitis quēadmodum opoꝛteat vos imitari nos
qm̄ nō inquieti fuimus inter vos neqꝫ gratis panē man
ducauimus ab aliquo ſed in laboꝛe ⁊ fatigatiōe nocte ac
die laboꝛantes ne quē veſtrū grauaremus ⁊c. Unde no-
tandū ē ꝙ opus manuale ad tria inducit. Pꝛio ad neceſ
ſitatē victus acquirendaꝫ. Gen̄.3. In ſudore vultus tui
veſceris pane tuo. Et iō qui nō habet vnde licite viuat
tenet manibꝰ laboꝛare. 2. Theſ.3. Si qs nō vult opari
nō manducet. Quaſi dicat. Sicut qui nō comedit ī ne-
ceſſitate peccat: ita ⁊ ſi nō laboꝛat. Et ſic ponit hic ad ex
cludendū furtū. Quandoqꝫ vero inducit contra ociū qꝛ
multa mala docuit ocioſitas. Eccl.33. Et iō qui habent
vitam ocioſaꝫ tenent manibꝰ laboꝛare. 2. Theſ.3. Au-
diuimus quoſdā inter vos ambulare inquiete nihil ope
rantes ſed curioſe agentes. His autē qui huiuſmōi ſunt
denunciamus ⁊ obſecramꝰ in dn̄o ieſu xp̄o vt cū ſilentio
operantes ſuū panē mādućent. qn̄qꝫ eni inducit ad car-
nis macerationē ⁊ domationē. Unde ponit iter alia opa
cōtinentie. 2. Coꝝ.11. In laboꝛibus: in vigilijs: in ieiu-
nijs ⁊c. Triplex ergo ē rō iniungendi laboꝛē coꝛpoꝛaleꝫ
ſed pꝛima oībus neceſſaria eſt ⁊ hoc de neceſſitate pꝛece
pti qꝛ alijs modis poteſt excludi ociū: ſimiliter ⁊ laſcinia
carnis pōt alio mō domari ⁊ refrenari ⁊ ſufficit qūocūqꝫ
fiat. ¶ Sequit qō bonū eſt. qō dupliciter pōt intelligi.
Uel in vi accuſatiui ⁊ ſic conſtruet. Magis autē laboꝛet
operando manibꝰ ⁊ quidē non illicita: ſed qō bonum ē.
Gal. vlt. Bonū autē facientes nō deficiamꝰ. Eſa. pꝛimo
Quieſcite agere peruerſe diſcite bene facere. Uel pōt in
telligi in vi noīatiui laboꝛet ⁊c. qō bonū eſt: quaſi hec ſit
rō quare laboꝛandū ē. Quaſi dicat. Nō ſolū ē neceſſariū
laboꝛare: īmo etiā bonū eſt laboꝛare vt laboꝛās poſſit vi-
uere ⁊ vt habeat vnde tribuat neceſſitatē patienti. Ecc.
29. Fenerare pꝛimo tuo in tēpoꝛe neceſſitatis illius ⁊c.
¶ Deinde cū dicit. Omnis ſermo malus ⁊c. Ponit per
tinentia ad veterē hominē in deoꝛdinatiōe ad aliuꝫ: ⁊ fa
cit duo: quia pmo ꝓhibet vetuſtatē ⁊ inducit nouitatem
Secūdo inducit exemplū in pꝛincipio qnti capituli ibi.
Eſtote ergo ⁊c. Ad pꝛimū autē pōt quis male ſe habere
dupliciter. Uno modo ledendo eum verbis malis. Alio
modo malis exēplis quo ꝓhibet pꝛimū. Scđo ſecundū
ibi. Et nolite contriſtare ⁊c. Pꝛima iterū in duas. Pꝛi-
mo ꝓhibet vetuſtatē. Scđo inducit ad nouitatē ibi. Sꝫ
ſi quis ⁊c. Dicit ergo. Oīs ſmo malus ⁊c. Sermo oris
pꝛetendit ⁊ annunciat que ſunt in anima: qꝛ voces ſūt no
te paſſionū anime. Ille ē bonꝰ ſermo qui indicat bonam
diſpoſitionē interioꝛē. malus vero qui malā. Triplicit
aūt homo oꝛdinat interius ſcꝫ ad ſe: vt ſcꝫ omnia ſint ra-
tioni ſubiecta: ad deū vt rō ſit ei ſubdita ad pꝛimū quā-
do diligit eum vt ſeipm̄. Eſt ergo qn̄qꝫ ſermo malus qn̄
indicat hominē inoꝛdinatū in ſe: ⁊ hic ē ſermo falſus eiꝰ
qui aliud loquit aliud intēdit. ⁊ ſimiliter ſermo inutilis
⁊ vanus. Itē eſt ſermo malus qui indicat hoīem inoꝛdi
natum contra deū ſicut piuria blaſphemie ⁊ hmōi. Iteꝫ
qn̄ ē cōtra pꝛimū ſuuꝫ ſicut iniurie doli ⁊ fallacie. Et iō
dicit. Oīs ſermo malus ex oꝛe vr̄o nō ꝓcedat. Oīs vo
equipollet huic ſigno nullꝰ. Sap.1. Cuſtodite ergo vos
a murmuratiōe q nihil pꝛodeſt ⁊ a detractiōe parcite lin
gue qꝛ ſermo obſcurus inuacuū nō ibit. qꝛ certe deū non
pterit oīs cogitatꝰ ⁊ nō abſcondit ſe ab eo vllus ſermo:
vt dꝛ Eccl.42. Nunc ergo vos deponite omnē iram in
dignatiōem maliciā: blaſphemiā: turpē ſermonē de oꝛe
vr̄o. Col.3. ¶ Sequit. Sed ſi quis bonꝰ eſt ⁊c. inducit
ad nouitatē qꝛ ſermo bonꝰ bene dicendꝰ eſt ꝓ loco ⁊ tē-
poꝛe. Pꝛouer.15. Sermo opoꝛtunꝰ ē optimꝰ. Si quis
ergo loquit quaſi ſermones dei. 1. Pet.4. Et ad quid
ſubdit. Ad edificationem fidei. i. vt coꝛroboꝛet fides in
coꝛdibus infirmoꝝ. 1. Coꝝ.14. Oīa ad edificationē fi-
ant. ⁊ hoc vt det gr̄am audientibꝰ ſcꝫ ſi talis bonus ſer-
mo ſit ꝓbatus vel talis ſermo eſt conferens. qꝛ frequen-
ter homo ex bono ſermone: ⁊ ꝑ virtutē boni ſermonis au
diti cōpūctus diſponit ad gr̄am. Act.10. Adhuc loquē
te petro verba hec cecidit ſpūs ſanctꝰ ſuꝑ oēs qui audie
bant verbū. Sic loquebat dn̄s: de quo dꝛ Luc.4. Mi
rabant ex verbis gr̄e q ꝓcedebant de oꝛe ipſiꝰ. Eccl.10.
Uerba oris ſapientis gratia.

## Lectio decima.

Et nolite contriſtare ſpm̄ ſanctū dei
in quo ſignati eſtis in die redempti
onis. Oīs amaritudo ⁊ ira ⁊ indig-
natio ⁊ clamoꝛ ⁊ blaſphemia tollat a vobis
cū omni malicia. Eſtote autem inuicē beni
gni: miſericoꝛdes: donantes inuicē ſicut et
deus in xp̄o donauit vobis.

Supꝛa monuit apl's abſtinere a vbis infectiuis: hic mo
net abſtinere a verbis ⁊ factis turbatiuis ſeu contriſtati-
uis pꝛimoꝝ. Circa qō duo facit. Pꝛio ꝓhibet qō perti
net ad vetuſtatē. Scđo ꝑſuadet qō ꝑtinet ad nouitateꝫ
ibi. Eſtote aūt inuicē benigni ⁊c. Pꝛima iteꝝ in duas.
qꝛ pmo ꝓhibet qō ad vetuſtatē ꝑtinet ī generali. Scđo
in ſpēali. ibi. Omnis amaritudo ⁊c. Dicit ergo. Nolite
contriſtare ſpirituꝫ. ⁊c. Contra ſpiritus ſanctus eſt deus
in quo nō cadit paſſio aliqua nec triſticia. Rn̄deo ſpūs
ſanctꝰ dꝛ ꝯtriſtari qn̄ ꝯtriſtat ille in quo ē ſpūs ſanctꝰ. Lu
ce.10. Qui vos ſpernit me ſpernit. Eſa.63. Ipi autē ad
iracūdiā ꝓuocauerūt eū ⁊ afflixerūt ſpm̄ ſcm̄ eiꝰ ⁊ conuer
ſus ē eis ī inimicū Uel dicendū eſt ꝙ ē methaphoꝛica lo
cutio. Sicut eñ deꝰ dꝛ iraſci ꝓpter ſilitudinē effectꝰ ita
etiā dꝛ cōtriſtari: qꝛ ſicut qn̄ aliquis cōtriſtat recedit a cō
triſtante: ita ſpūs ſcūs a peccante. Et ſic ē ſenſus. Noli-
te cōtriſtare ſpm̄ ſcm̄ dei. i. nolite eū fugare vł expellere
ꝑ pctm̄. Sap.1. Spūs ſanctꝰ eñ diſcipline effugiet fictū
⁊ aufert ſe a cogitationibꝰ q ſunt ſine ītellectu ⁊ coꝛripie
tur a ſuꝑueniente iniqtate. Igit nō ē cōtriſtandꝰ ſpūs ſā
ctus ⁊ hoc ꝓpt bn̄ficiū Iō ſubiūgit. In q ſignati eſtis. i.
refoꝛmati eſtꝭ ⁊ ab alijs diſticti Qui aūt hēbit hoc ſignū
ſecū hēbit vitā eternā. Iō ergo ē cuſtodiēdꝰ ⁊ nullo mo-
do ꝯtriſtādus qꝛ ſine eo nō ē vita eterna. 2. Coꝝ.1. Qui
ſignauit nos deꝰ ⁊ dedit nobis pignus ſpūs. Et qn̄: In
die redēptiōis. i. baptiſmi. Io.3. Niſi qs renatꝰ fuerit ex
aq̄ ⁊ ſpū ſcō ⁊c. Act.1. Uos baptizabimi ſpū ſcō nō poſt
multos hos dies. Dicit aūt redēptiōis qꝛ ī baptiſmo fit
hō ꝑticeps redēptōis facte ꝑ xp̄m. ¶ Sequit. Oīs ama
ritudo ⁊c. Ubi oñdit in ſpāli q ꝑtinēt ad vetuſtatē. Qn̄-
qꝫ eñ homo contriſtat amicū ſuum ex ira: aliqn̄ ex indu-
ſtria. Sꝫ in ira ē triplex gradus: qꝛ in coꝛde ſicut q tātuꝫ
interiꝰ iraſcit. In ꝓlatiōe: ſicut q dicit racha. In contu-
melie ꝓlatione ſicut q dicit fatue. Pꝛio ergo ponit qō ꝑ
tinet ad irā coꝛdis. Scđo qō ꝑtinet ad inoꝛdinatā ꝓlati
onē. Tertio qō ꝑtinet ad ꝯtumeliam. In ira aūt coꝛdis
iſta ſe cōſequunt. Pꝛio qꝛ ira ē effectꝰ triſticie ⁊ hec ī ſa-
cra ſcptura dꝛ amaritudo. 1. Re.1. Cū eēt āna amaro aīo
⁊ oꝛaret deū flēs ⁊c Et iō dicit oīs amaritudo ⁊c. q ē per
memoꝛiā iniurie pterite Eccl.21. Nō ē ſenſus vbi abun-
dat amaritudo. Scđo qꝛ ſtatim appetit vindictā. iō dic.
Et ira q ē appetitꝰ vindicte. Iac.1. Ira eni viri dei iuſti
ciam non operat. Et qꝛ iratꝰ indignū reputat qō ei ꝑcat
⁊ indignū eſſe ꝙ ſine punitione tranſeat. ideo ſequitur.
Et indignatio. Sed quantū ad inoꝛdinatā pꝛolationem

ſic ē clamor. Eſa. 5. Expectaui vt faceret iudiciū: ⁊ ecce iniquitas ⁊ iuſticia ⁊ ecce clamor. Ideo dicit. Et clamor Similiter ⁊ blaſphemia vel cōtra deū vel cōtra ſanctos Leuit. 24. Quicunqȝ blaſphemauerit nomen domini morte moriat̄. Ideo dicit. Et blaſphemia Et addit. Tollatur a vobis cū omni malicia ſcȝ operis. 1. Pet. 2. Deponentes omnē maliciā ⁊ omnē dolum ⁊ ſimulationem. ¶ Deinde cum dicit. Eſtote autē. ꝛc. ponit pertinentia ad nouitatē contrariam paſſionibꝰ p̄miſſis: contra amaritudinē benignitatē. Unde dicit. Eſtote aūt inuicē benigni qꝛ benignus ē ſpiritus ſapientie. ꝛc. Unde dicit. Miſericordes. Luc. 6. Eſtote ergo miſericordes ſicut ⁊ pater veſter miſericors ē. Contra indignationē cōdonationē. Unde dicit. Donantes inuicē. Col. 3. Donantes vobiſmetip̄is ſi quis aduerſus aliquē habet querelam ſicut deus donauit vobis. Ro. 8. Qui etiam ꝓprio filio ſuo nō pepercit. Et paulopoſt ſequit̄. Quō non etiā cū illo nobis omnia donauit.

## Capitulū quintū.

e Stote ergo imitatores dei ſicut filij chariſſimi: ⁊ ambulate in dilectione ſicut ⁊ xp̄s dilexit nos: et tradidit ſemetip̄m ꝓ nobis oblationē ⁊ hoſtiā deo in odorē ſuauitatis.

Poſita exhortatione ad benignitatē ⁊ miſericordiā que ſunt effectus charitatis: hic oſtendit eis exemplū. Circa qḋ duo facit. Primo inducit eos ad imitationē exemplaris. ſ. dei. Secūdo oſtendit in quo debent ip̄m imitari. ibi. Et ambulate ꝛc. Dicit ergo. Dixi ꝙ debetis donare inuicē ſicut ⁊ deus in xp̄o donauit vobis ergo eſtote imitatores dei: qꝛ hoc neceſſariū eſt licet difficile ſit. Eccl. 2. Quid ē inq̄ homo vt poſſit ſequi regē factorē ſuū? Nunq̄ tamē perficiet̄ natura humana niſi in cōiunctione ad deū. Unde Iob. 23. Ueſtigia eius ſecutꝰ ē pes meus: ergo imitandus ē quō habemus poſſibilitatē: qꝛ ad filiū ꝑtinet patrem imitari. Et ideo ſubdit. Sicut filij patrē ſcȝ per creationē. Deutero. 32. Nonne ip̄e ē pater tuus qui poſſedit ⁊ fecit ⁊ creauit te. Et addit. Chariſſimi quos ſcȝ elegit ad ꝑticipationem ſuij p̄ius. ¶ Sequitur. Et ambulate. ꝛc. Ubi primo ponit imitandi moduȝ qꝛ in charitate. Scḋo oſtendit īmenſe charitatis ſignuȝ ibi. Et tradidit ꝛc. Q ergo ſimus filij chariſſimi hoc facit charitas dei. Ro. 8. Nō eni accepiſtis ſp̄m ſeruitutis iterū in timore ſed accepiſtis ſp̄m adoptionis filiorū in quo clamamꝰ abba pater. Ip̄e eīm ſp̄s teſtimoniū reddit ſpiritui noſtro ꝙ ſumus filij dei. Debemꝰ ergo ip̄m in dilectione imitari. Et dicit ambulate. i. ſemꝑ ꝓficite. Gen. 15. Ambula corā me ⁊ eſto ꝑfectus. Et hoc in dilectione qꝛ dilectio ē tale bonū in quo debet hō proficere: ⁊ tale debitū qḋ debet homo ſemꝑ ſoluere. Ro. 13. Nemini quicquā debeatis niſi inuiceȝ diligatis. Uel in dilectione q̄ ē via ſequēdi deū magis de ꝓpinquo. prime Cor. 13. Adhuc excellentiorē viā vobis demonſtro. Si linguis hominū loquar ⁊ angelorū ꝛc. Col. 3. Sup oīa hec charitatē habētes ꝛc. Et hoc exemplo xp̄i. Un̄ ſubdit. Sicut ⁊ xp̄s dilexit nos. Io. 13. Cū dilexiſſet ſuos q̄ erant in mundo in finē dilexit eos. ¶ Et qꝛ ſm̄ gregoriū ꝓbatio dilectionis exhibitio eſt operis. ideo ſubdit. Et tradidit ſemetip̄m ꝓ nobis. Apo. 1. Dilexit nos ⁊ lauit nos a peccatis nr̄is. Gal. 2. In fide viuo filij dei qui dilexit me ⁊ tradidit in mortem ſemetip̄m ꝓ me. Eſa. 53. Tradidit in mortē animā ſuam. ꝛc. ¶ Hec aūt mors fuit nobis vtilis ⁊ neceſſaria: ideo ſubdit. Oblationē ⁊ hoſtiam ꝛc. Loquit̄ autē hic ap̄ls more veteris legis ī qua vt dicit̄ Leuit. 4. quādo quis peccauerat offerri debebat ꝓ eo hoſtia ⁊ oblatio que dicit̄ ꝓ peccato. Item qn̄ quis agebat gratias deo vl' aliq̄d cōſequi volebat oportebat offerri hoſtiā pacificam. vt dicit̄ Leuit. 3. Que q̄dem erat in oblationē ſuauiſſimi odoris dn̄o. vt dicitur ibidem. Hec autē facta ſunt per xp̄m: qꝛ vt a pc̄tis mundaremur ⁊ gloriā cōſequeremur tradidit ſemetip̄m pro nobis in oblationē per ea que in vita geſſit. Eſa. 53. Oblatus ē qꝛ ip̄e voluit ꝛc. Et hoſtiā pro peccato. ⁊ hoc in odorē ſuauitatis. Alludit auteȝ huic qḋ dicit̄ Leuit. 3. Sed certe ille odor nō erat tunc deo acceptus ſm̄ ſe ſed ſm̄ ſuā ſignificationē inquantū ſignificabat oblationem odoriferam corporis xp̄i filij dei. Gen̄. 2. Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni. Can̄. 1. Trahe me poſt te curremus in odorē vnguentoꝝ tuoꝝ. Sic aūt debemꝰ nos ſacrificare deo ſp̄ualiter. p̄s. Sacrificiū deo ſp̄s. ꝛc.

## Lectio ſecunda.

f Ornicatio aūt ⁊ oīs īmundicia aut auaricia nec nominet̄ in vobis ſicut decet ſctōs: aut turpitudo: aut ſtultiloquiū: aut ſcurrilitas que ad rē nō ꝑtinet ſed magis gratiarū actio.

Supra poſita monitiōe ap̄ls vt depoſita vetuſtate epheſij nouitatē aſſumerent ꝓhibendo vitia ſp̄ualia: hic prohibet eiſdem vitia etiā carnalia. Diuidit̄ autē in duas. Primo eīm prohibet vetuſtatē vitiorū carnaliū. Secundo inducit ad nouitatē ibi. Uidete itaqȝ frēs ꝛc. Prima iterū diuidit̄ in tres. Primo excludit vetuſtatē vitioruȝ Scḋo ꝓponit penā eoꝝ. ibi. Hoc aūt ſcitote. ꝛc. Tertio excludit fallaciā ibi. Nemo vos ſeducat ꝛc. Pria iterū in duas. Prīo excludit quedā vitia p̄ncipalia. Secūdo excludit quedam adiuncta ibi. Aut turpitudo ꝛc. Excludit autē tria vitia. ſ. luxuriā naturalē que ē cum nō ſua. Unde dicit. Fornicatio ꝛc. Oſee. 4. Sp̄s eīm fornicationū decepit eos. 1. Cor. 6. Fugite fornicationeȝ. Sic faciebat iob. 31. Pepigi fedus cū oculis meis vt nec cogitarē de virgine Dicit̄ autē fornicatio a fornice. i. arcu triūphali iuxta quos erant lupanaria. Prouerb. 20. Et omnis īmundicia ꝛc. i. omnis pollutio contra naturā ſcȝ que nō ordinat̄ ad generationē. Gal. 5. Manifeſta ſunt oꝑa carnis q̄ ſunt fornicatio īmūdicia luxuria ꝛc. Tertō excludit auariciā. Sȝ quare hoc? Nunq̄d ē idē cū pc̄tis carnalibꝰ. Rn̄deo dicendū ē ꝙ nō nec totaliter diuiſa ſȝ mediū inter ſp̄ualia ⁊ carnalia pc̄tā qḋ pȝ ſic. In pc̄tō ſūt duo. ſ. obiectū pc̄tī ⁊ delectatio in obiecto. Quedā ergo ſūt pc̄tā quoꝝ obiectū ⁊ delectatio ē ſp̄ualis ſic ira. Naȝ vindicta q̄ ē obiectū ire ⁊ delectatio eiꝰ ē q̄d ſp̄uale: ⁊ ſilr̄ inanis glīa. Quedā vero ſūt oīo carnalia ⁊ obiectū ⁊ delectatio ſicut gula ⁊ luxuria: ſȝ auaricia tenet medium qꝛ eiꝰ obiectū ē carnale ſcȝ pecunia ſȝ delectatio ē ſp̄ualis: qꝛ aīo quieſcit q̄s in pecunia ⁊ iō cōnumerat̄ auaricia cū pc̄tis carnalibꝰ rōne obiecti: cū ſp̄ualibꝰ vero rōne delectatiōis. Heb. vlt̄. Sint mores ſine auaricia. Uel dicendū ē ꝙ auaricia opponit̄ iuſticie: vn̄ ponit̄ ꝓ ſp̄ē luxurie q̄ ē adulteriū qḋ ē iniuſtus vſus mulieris alterīꝰ: ſic auaricia iniuſtꝰ vſus pecunie. Sȝ ſupra dixit Qui furabat̄ ꝛc. hic aūt dicit ꝙ nec noīet̄ ꝛc. qꝛ in pugna ſp̄ali vitia carnalia prīo occurrūt vīcēda qꝛ fruſtra pugnat q̄s ꝯtra ītrīſeca niſi p̄mo vīcat extrīſeca ſcȝ carnalia: ꝯtra q̄ ſp remanet bellū. Et iō dic̄. Nec noīet̄ ī vobis ſic̄ decȝ ſctōs ſ. abſtinere a factis a cogitationibꝰ ⁊ a dictis. Eſa. 41. Perdā babylonis nomē ⁊ reliq̄as ⁊ ꝓgeniē ⁊ germen.

Eccľ.41. Curam habe de bono nomine: quia hoc decet ſanctos. 2ᶜ. corinth. 6. In omnibus exhibeamꝰ noſmet ipſos ſicut dei miniſtros ⁊c. ¶ Sequit̃. Aut turpitudo. ⁊c. Ubi ponit quedā vitia adiuncta. Circa quod duo facit. Primo adiūcta vitia excludit. Secūdo ad contraria eoꝝ inducit. ibi. Sed magis gratiarūactio ⁊c. Tria ergo vitia excludit ſcꝫ turpitudinē que eſt in tactibus turpibus ⁊ amplexibus ⁊ oſculis libidinoſis. Prouerb. 6. Qui aūt adulter eſt ꝓpter cordis inopiā perdet animā ſuā ⁊ turpitudinē ⁊ ignominiā congregat ſibi. Itēz ſtultiloquiū. id eſt verba ꝓuocantia ad malū. Eccľ. 9. Colloquiū illius quaſi ignis exardeſcit. ſcꝫ male mulieris. Et ſcurrilitatē. id eſt verbū ioculatoriū per quod aliqui volūt inde placere alijs. Mat. 12. De omni verbo ocioſo quod locuti fuerint homines reddent rationē de eo in die iudicij. Et hec oīa ſunt mortalia inquantū ad mortalia peccata ordinant̃. qꝛ aliquid etiam ſi bonū ſit ex genere inquantū ad mortale ordinat̃ eſt mortale. ¶ Deinde inducit ad cōtraria ſcꝫ gratiarūactiones. Unde dicit Sed magis gratiarūactio. Eſa. 51. Gaudiū ⁊ leticia inuenient̃ in ea gratiarūactio ⁊ vox laudis.

## Lectio tertia.

h Oc enim ſcitote intelligētes: ꝙ omnis fornicator. aut immundus. aut auarus quod eſt ydolorum ſeruitꝰ nō habet hereditatē in regno xp̄i ⁊ dei. Nemo vos ſeducat inanibus verbis. propter hoc enim venit ira dei in filios diffidentie. Nolite ergo effici participes eorum.

Supra ꝓhibuit apľus peccata carnalia: hic cōminatur penam damnatiōis que peccatoribus infligit̃. Circa qđ duo facit. Primo eñ de hoc eos certificat. Secundo ſigillatim peccata recitat ibi. Q omnis fornicator ⁊c. Dicit ergo hoc ſcitote intelligētes. id eſt actualiter nō ſolū habitualiter ꝓ certo habete. 1ᶜ. Ioh. 3º. Hec ſcripſi vobis vt ſciatis ⁊c. Et quid? ꝙ omnis fornicator aut immūdus aut auarus: quod eſt ydoloꝝ ſeruitus nō habet hereditatē in regno xp̄i ⁊ dei. Nota ꝙ vocat hic auaritiaꝫ ydolatriā quoniā ydolatria eſt quādo honor ſoli deo debitus impendit̃ creature. Nunc autē deo dupliciter honor debet̃. ſcꝫ vt in eo finem noſtrū cōſtituamus ⁊ vt in eo fiduciā noſtrā finaliter ponamꝰ. ergo qui hoc in creaturis ponit reus eſt ydolatrie. hoc autē facit auarus qui finem ſuū in re creata ponit et etiā totam ſuam fiduciaꝫ. Oſee. 8. Argentū ſuū ⁊ aurum ſuū fecerūt ſibi ydola vt interirent. Et hoc quia vt dicit̃ Prouerb. 11. Qui confidit in diuitijs ſuis corruet. Sed cū in alijs peccatis ponat homo finem ſuū in creatura cui amore inheret quare etiā in illis non dicit̃ peccator ydolatrare? Reſpōdeo Ydolatrare eſt aliquid exterius indebite colere Nūc autem in alijs peccatis ponit̃ finis in interioribus quaſi in ꝓpria exaltatione. Sed qui ponit finē in diuitijs ponit in eis finem vt in re exteriori ſicut ydolatria. Sed nunquid auari honorē deo debitū exhibentes creature: realiter ſunt ydolatre ⁊ per ſe. Dico ꝙ non: quia in moralibus actus ſeu opera iudicant̃ ex fine. Ille ergo per ſe eſt ydolatra qui intendit per ſe cultum exhibere creature. Hoc aūt non intendit auarus per ſe ſed per accidēs hoc facit inquantū ſuperflue ⁊ inordinate diligit Et quid de tali. Non habebit hereditatē. quippe quia filij et heredes vt dicit̃ Rom. 8. Nunc autē tales nō ſunt filij qui ſic carnales ſunt. ergo hereditatē non habēt. quia vt dicit̃. 1ᶜ. corinth. 15. Caro ⁊ ſanguis regnū dei nō poſſidebūt. id eſt deū qui dicit Ezech. 44. Ego hereditas eoꝝ

¶ Sed poſſet queri ſi hereditas iſta eſt ip̄e deus cuꝫ ſit īdiuiſibilis ⁊ impartibilis. quare dicit in regno xp̄i ⁊ dei diuiſiue ac ſi hereditas iſta ſit diuiſibilis. Reſpondeo. Hereditas noſtra cōſiſtit in fruitione dei. nūc autē deus aliter ſe fruit̃ ⁊ nos eo. quia deus ſeip̄o perfecte fruit̃. qꝛ ſeip̄m perfecte cognoſcit. ⁊ totaliter diligit quantuꝫ cognoſcibilis ⁊ diligibilis eſt. non autē ſic nos. quia licet ip̄m perfecte cognoſcamus in patria ⁊ per cōſequens diligamus quia qui aliquid ſimplex attingit ip̄m totuꝫ cognoſcit: ⁊ ſi nō totaliter. ſicut lux ſolis ſi eſſet punctalis humanus oculus ip̄am totam apprehēderet non totaliter. oculus vero aquile ip̄m totaliter cōprehēderet. Sic ⁊ ſi deū perfecte cognoſcimus in patria ⁊ perfecte diligimus: ſed ip̄m totaliter non cōprehendimus. ideo videt̃ ibi eſſe quedā imperfectio ⁊ particularitas Et ideo dicit Xp̄i ⁊ dei coniūctum. quaſi partē cum parte ponendo. id eſt quia per xp̄m ⁊ non per aliū habet̃ hereditas. ¶ Deinde cum dicit. Nemo vos ſeducat. hic excludit fallatias ſeductoꝝ. Et circa hoc duo facit. Primo eniꝫ ponit ammonitionē. Secūdo ſubiūgit ipſius rationē ibi. Eratis eñ aliquādo tenebre ⁊c. Prima iterū in duas: quia primo monet eos vt non ſeducant̃ verbis eis credendo. Secūdo vt non cōmunicent eis mala faciēdo ibi. Et nolite cōmunicare ⁊c. Prima adhuc in duas. quia primo remouet ſeductiōes. Secūdo oſtendit ſeductionis ſignū ibi. Propter hoc eñ venit ira dei ⁊c. Notandū eſt ergo ꝙ in vitijs carnalibus ſolū docuit cauere ſeductionē. qꝛ a principio vt hoīes poſſent libere frui ꝯcupiſcentijs cogitauerūt inuenire rōes ꝙ fornicatiōes ⁊ hmōi venerea nō eſſent peccata. Et ideo dicit inanibus verbis: qꝛ ſine ratiōe ſunt talia verba que dicunt ꝙ huiuſmōi non ſint peccata nec excludāt a regno dei ⁊ xp̄i. Col. 2º. Videte ne quis vos ſeducat per prophetiā ⁊ inanē fallatiaꝫ. Et ꝙ tales ſint ſeductores ⁊ talia verba ſeducētia oſtendit. quia niſi peccata carnalia eſſent peccata nō punirent̃ a deo. quia cū deus ſit iuſtus nō infligit penam ſine culpa Nunc talia autē puniūtur a deo. ergo peccata ſunt. Minorē probat cū dicit: Propter hec enim venit ira dei ſcꝫ ꝓpter peccata carnalia in filios diffidentie: vt patuit in diluuio. Geñ. 6. Item in ʒodomitis. Geñ. 19. Item tribus beniamin fere tota ꝯſumpta fuit ꝓpter hec. Iudicū 20. Dicit autē filios diffidentie. quia ſicut peccātes diffidunt de vita eterna. quia qui ſic faciens ſperaret vitam eternā magis eſſet preſumptio ꝙ̄ ſpes que eſt certa expectatio future beatitudinis ex meritis ⁊c. Unde ſupra. 4. Qui deſperantes ſemetip̄os tradiderūt impudicitie in operationē immūdicie omnis in auaritia. Sap. 7. Nullum ꝑatū ſit quod nō pertranſeat luxuria noſtra ⁊c. Et ſequit̃ in fine capituli. Quia tales nō ſperauerūt mercedem iuſticie ⁊c. Dicit ergo ꝙ in filios diffidentie. id eſt qui nō confidunt de gaudijs eternis venit ira dei. ſcilicꝫ propter peccata vel diffidētie. id eſt de quibus nō eſt cōfidendum quantū eſt ex parte meritoꝝ. Et ideo cōcludit Nolite effici participes eoꝝ cōmunicando. ſcꝫ eis in talibus operibus. 2ᶜ. corinth. 6º. Que eniꝫ participatio iuſticie cū iniquitate. aut que ſocietas lucis ad tenebras aut que cōmunicatio xp̄i ad belial. aut que pars fidelis cum infideli ⁊c.

## Lectio quarta.

e Ratis eniꝫ aliquando tenebre: nūc autem lux in domino. Ut filij lucis ambulate. Fructus enim lucis eſt in omni bonitate ⁊ iuſticia ⁊ veritate. Probantes quid ſit beneplacitū deo. Et nolite

**cõmunicare operibus infructuoſis tenebrarum magis autem redarguite.**

Supra ꝓhibuit apoſtolus peccata carnalia cõminando penam ⁊ remouẽdo fallaciam: hic aſſignat ratiõnẽ ſumptam ex eoꝝ conditione. ⁊ duo facit. Proponit eñ primo eoꝝ conditionẽ. Secũdo ex eis duas cõcluſiones inducit. ibi. Ut filij lucis ſitis ꝛc. Ponit autẽ duas conditiones. Primo preteritã. Secũdo conditionẽ preſentẽ ibi. Nunc autẽ lux ꝛc. Dicit ergo eratis aliquãdo tenebre. id eſt excecati ignorãtia ⁊ errore. ſupra quarto. Tenebris obſcuratũ habentes intellectũ. ps. Neſcierũt neq; intellexerũt in tenebris ambulãt. Item tenebroſi per peccatũ. Prouerb. 4°. Uia impioꝝ tenebroſa neſciũt vbi corruant. Sed notandũ eſt q̃ indeterminate non dicit tenebroſi: ſed tenebre. quia ſicut quilibet videt̃ eſſe id quod principaliter eſt in eo ſicut tota ciuitas videt̃ eſſe rex ⁊ quod rex facit ciuitas dicit̃ facere. ita quãdo peccatũ regnat in homine. tũc totus homo dicit̃ peccatuꝫ ⁊ tenebre. ¶ Sequit̃. Nunc autem lux ꝛc. Ubi ponit conditionẽ preſentẽ. quaſi dicat. Nunc autẽ habetis lucem fidei. Philip. 2°. Inter quos lucetis ſicut luminaria in mũdo. Math. 5. Uos eſtis lux mũdi. Sed contra dicitur de iohãne baptiſta. Non erat ille lux. quomõ ergo fideles alij lux dicunt̃. Reſpondeo. Non dicunt̃ lux per eſſentiã ſed per participationẽ. ¶ Deinde cum dicit Ut filij lucis ambulate ꝛc. concludit duas cõcluſiones. Dixerat enim q̃ tenebre fuerũt. ⁊ q̃ nunc ſunt lux. Et ideo primo cõcludit vt ſe conformẽt ei quod nũc ſunt. Secũdo vt vitent ea que prius fuerũt ibi. Et nolite cõmunicare. Prima in duas. Primo ponit ammonitionẽ. Secũdo eam exponit ibi. Fructus enim lucis ꝛc. Dicit ergo. quia nũc lux eſtis faciatis opera lucis. ergo vt filij lucis ambulate. Ioh. 12. Ambulate dum lucem habetis ꝛc. ¶ Hoc autẽ exponit cũ dicit. Fructus enim ꝛc. Ambulat autẽ quis vt filius lucis dupliciter. Primo quantũ ad ſubſtantiã vel genus operis. Secũdo quantũ ad modum vel intentionẽ facientis. Primo ergo ponit opera que oportet facere. Secũdo qua debent fieri intentione ibi. Probãtes ꝛc. Dicit ergo. dixi vt ambuletis vt filij lucis. fructus autẽ lucis eſt. id eſt opera fructifera ⁊ clara. Eccl. 24°. Flores mei fructus honoris ꝛc. Et hoc in omni bonitate ꝛc. Ubi aduertenduꝫ eſt q̃ omnis actus virtutis ad tria reducit̃. Nam oportet q̃ agens ordinetur in ſe ⁊ ad proximũ ⁊ ad deũ. In ſe vt ſit bonus in ſeip̄o. ⁊ ꝓpter hoc dicit. In omni bonitate. ps. Bonitatẽ ⁊ diſciplinã ⁊ ſcientiã doce me ꝛc. Item ad proximũ per iuſticiã. Ideo dicit. In iuſticia. ps. Feci iudiciũ ⁊ iuſticiam ꝛc. Ad deũ per cognitionẽ ⁊ confeſſionẽ veritatis Et ideo dicit. Et veritate. Zacha. 8°. Ueritatẽ tantum ⁊ pacem diligite. Uel aliter vt bonitas referat̃ ad cor. iuſticia ad opus. veritas ad os. Supra. 4°. ⁊ Zacha. 8°. Loquimini veritatẽ vnuſquiſq; cũ proximo ſuo. ¶ Deinde cum dicit. Probantes ꝛc. oſtendit qua intentione debeant operari. quia nõ ex abrupto. ſed ꝓbantes id eſt ratiõe diſcernentes. Opus ſuũ probet vnuſquiſq; vt dicitur Gal. 6. Et hoc quid ſit beneplacitũ deo. id eſt vt intendatis facere quod placet deo. Rom. 12°. Probetis que ſit volũtas dei bona ⁊ beneplacẽs ⁊ perfecta. ¶ Deinde cum dicit. Et nolite cõmunicare ꝛc. hortat̃ eos ne redeant ad ſtatũ quem reliquerũt. quia vt dicitur Gal. 2°. Si eñ que deſtruxi hec iterum reedifico. preuaricatorem me cõſtituo. 2e. petri. 2°. Canis reuerſus ad ſuuꝫ vomitũ ⁊ ſus lota in volutabro luti. Diuidit̃ autem iſta pars in duas. Primo ponit monitionẽ. Secundo aſſignat rationẽ. ibi. Que autẽ in occulto ꝛc. Prima iterũ in duas. Primo monet eos ne malefaciant. Secũdo vt mala reprehendãt. ibi. Magis autẽ redarguite ꝛc. Dicit ergo. Probantes quid beneplacitũ eſt deo et nolite cõmunicare operibus infructuoſis tenebrarũ. id eſt operib⁹ carnalibus ducẽtibus ad tenebras perpetuas. que quidẽ ſunt infructuoſa. quia nõ habent niſi momentaneã delectationẽ citiſſime tranſeuntẽ. Rom. 6°. Queꝫ ergo fructũ habuiſtis tũc in quibus nũc erubeſcitis. Iude. 2°. Arbores autũnales infructuoſe bis mortue eradicate fluctus feri maris deſpumãtes ſuas confuſiones ꝛc. Item tenebroſa ꝓpter turpitudinẽ quia cõmunicãt in eis cũ brutis. Iob. 24. Oculus adulteri obſeruat caliginem dicens: nõ me videbit oculus ⁊ operiet vultum ſuũ. perfodit in tenebris domos ꝛc. Iſtis ergo nolite cõmunicare imitando coadiuuãdo conſentiẽdo. Eccl. 13°. Que cõmunicatio homini ſancto ad carnẽ? Sed certe hoc nõ ſufficit niſi etiã eos reprehendatis. quia vt dicit Auguſt. Aliquãdo deus punit cõmunicantes inſontes quia aliqui boni nõ reprehendũt malos. Eccl. 17. Mãdauit autẽ vnicuiq; de ꝓximo ſuo. Et ideo dicit magis autẽ redarguite. 2e. thymo. 4°. Argue. obſecra. increpa ꝛc. Sed nũquid ſemper peccamus ſi non reprehẽdimus? Auguſti. Quod eñ non reprehẽdis ex timore caritatis: ne ſcꝫ peior efficiat̃. et ſcandalizatus affligat bonos. nõ peccas. Si autẽ ex timore cupiditatis. ne ſcꝫ indignet̃ ⁊ perdas beneficia tua ſic peccas.

## Lectio quinta.

**Que autem in occulto fiunt ab ipſis turpe eſt ⁊ dicere. Omnia autẽ que arguũtur a lumine manifeſtantur. Omne enim quod manifeſtatur lumen eſt. Propter quod dicit: Surge qui dormis et exurge a mortuis ⁊ illuminabit te xp̄us.**

Supra poſuit apoſtolus monitiões: hic aſſignat rationes earũ. Duas autẽ monitiões poſuit. Prima vt non cõmunicarent operibus tenebraꝝ. Secũda vt redarguerent peccatores. Scđm hoc ergo duo facit. Primo ponit rationẽ prime monitiõis. Secũdo rationẽ ſecunde. ibi. Omnia enim que arguũtur ꝛc. Dicit ergo. Bene dixi: nolite cõmunicare. imo debetis ⁊ tales increpare et redarguere. Quare? Quia que in occulto fiunt ab ip̄is turpe eſt ⁊ dicere. hoc autẽ eſt de vitijs carnalib⁹ in quibus eſt turpitudo magna. quia minimũ eſt ibi de bonis ratiõis cum huiuſmodi actus cõmunis ſint nobis ⁊ brutis. ¶ Sequit̃. Omnia que arguũtur ꝛc. hic ponit apoſtolus rationẽ ſecũde monitiõis. ⁊ facit duo Primo eñ ponit rationẽ. Secũdo aſſignat confirmationẽ ibi. Propter quod dicit ꝛc. Quantũ ergo ad primũ vult ꝓbare q̃ eos deceat delinquentes arguere. et hoc probat ſic. Quicquid oſtendit̃ malũ eſſe redarguit̃. omnis enim redargutio manifeſtatio quedã eſt. Sed omnis manifeſtatio fit per lumen vos autẽ eſtis lux. ergo decet vos arguere ⁊ eos manifeſtare. Ponit autẽ huius ratiõis maiorem ibi. Omnia autẽ que arguũtur ꝛc. Minorẽ autẽ ponit ibi. Omne quod ꝛc. Ideo decꝫ eos arguere. quia vt dicit̃. 1e. corinth. 2°. Spiritualis iudicat omnia et ip̄e a nemine iudicat̃. Unde glo. ſic exponit. Omnia ſcꝫ peccata que arguũtur a lumine. id eſt a bonis ⁊ ſanctis hominibus qui ſunt filij lucis manifeſtant̃ ſcꝫ per confeſſionem. Prouerb. 28. Qui autẽ cõfeſſus fuerit ⁊ reliquerit ea miſericordiã conſequet̃. Omne autẽ ſcꝫ maluꝫ qđ manifeſtat̃ per confeſſionẽ lumen eſt. id eſt in lumĩe vertit̃. Deinde cõfirmat hoc per auctoritatẽ dicens: Propter quod ſurge ꝛc. Gloſa ſic exponit. Propter hoc q̃

fit lumen. dicit ſcilicȝ ſpiritusſanctus. O tu qui dormis ſurge ⁊c. Sed hec non eſt cõſuetudo pauli. Et ideo dicē dum eſt ꝙ apl'us introducit figurã poſitam. Eſaie. 60°. Surge illuminare hieruſalē ⁊c. dicens: Propter quod dicit ſcilicȝ ſcriptura. Surge a negligentia boni operis. tu ſcȝ qui dormis. Prouer. 6. Uſquequo piger dormi/es. p̃s. Nunq̃d qui dormit nõ adijciet vt reſurgat. Item exurge a mortuis. id eſt ab operibus mortuis ſeu mortificantib⁹ Heb. 9. Emũdabit conſcientiã noſtrã ab operib⁹ mortuis ⁊c. Eſa. 26. Uiuēt mortui tui interfecti mei reſurgēt. Exurge ergo ⁊ illuminabit te xp̃us. p̃s. Dominus illuminatio mea ⁊c. Idem. Illumina oculos meos ne vnq̃ obdormiã in morte. Sed nũquid poſſumus per nos reſurgere a peccato. quia dicit: Surge ⁊ illumĩabit te xp̃s. Reſpondeo. Dicendũ eſt ꝙ ad iuſtificationē impij duo requirũtur. ſcȝ liberũ arbitriũ cooperans ad ſurgendũ ⁊ ip̃a gratia. Et certe hoc ip̃m habet liberũ arbitriũ a gratia preueniẽte. ⁊ poſtea meritorie operari a gratia ſubſequente. Unde dicit Treno. vlt. Conuerte nos deus ⁊ conuertemur.

## Lectio ſexta.

v Idete itaqꝫ fratres quomodo caute ambuletis: non quaſi inſipiẽtes: ſed vt ſapientes: redimentes tempus quoniã dies mali ſunt. Propterea nolite fieri imprudẽtes ſed intelligentes que ſit voluntas dei.

Supra ꝓhibuit fallatiarũ carnaliũ vetuſtatē: hic hortatur ad contrariã nouitatē. Et primo hortat̃ ad nouitatē contrariã fallacie. Secũdo ad nouitatē contrariã luxurie ibi. Et nolite inebriari ⁊c. Prima in tres. Primo inducit ad cautelã contrariã fallacie. Secũdo oſtendit nouitatē cautele ibi. Redimentes tempus ⁊c. Tercio docet modũ cautele ibi. Propterea nolite fieri ⁊c. Dicit ergo itaqꝫ ſcȝ ex premiſſis videte quomõ caute ambuletis Cautio eſt quedã conditio prudentie per quã aliquis vitat impedimẽta agendoꝝ ⁊ hanc cautelã debent omnes habere. Prouerb. 4°. Oculi tui videãt recta ⁊ palpebre tue precedãt greſſus tuos. Hoc autē pertinet ad ſapientes. ⁊ ideo dicit. Non quaſi inſipiẽtes. qui ſcȝ neſciunt vitare impedimẽta. p̃s. Turbati ſunt omnes inſipientes corde. ſed vt ſapiẽtes. Eccl. 2. Sapientis oculi in capite eius ſtultus in tenebris ambulat. Quidã dicũt ſi non caſte tamen caute. Sed ſic nõ accipit apoſtolus. ſed dicit caute. ac ſi diceret. cauete ab omnibus cõtrarijs caſtitati. Neceſſitatē autē huius cautele oſtendit cũ dicit. Redimẽtes tempus ⁊c. quod poteſt exponi dupliciter. Redimit em̃ aliquis quãdoqꝫ rem ſuaȝ dando enxenia vel aliquid ꝓ ea. ſicut dicit̃ aliquis redimere vexationē ſuam dando enxenia vel pecuniã vel quãdo dimittit in iure ſuo. Dicit ergo. Totũ tempus hoc eſt tempus calũnie. et ideo redimentes tempus quoniã dies mali ſunt. Ex quo peccauit adam ex tũc ſemper parate ſunt inſidie impellẽtes ad peccatũ. Non ſic autē in ſtatu innocentie in quo nõ oportebat hominē ab aliquo licito abſtinere. quia in eius volũtate non erat impellẽs aliquid ad peccatũ. Modo autē oportet nos tempus redimere quoniã dies mali ſunt. id eſt debemus maliciã dierũ vitare. diē malũ precauere vt dicit̃ Eccl. 7. Et etiã a quibuſdã licitis abſtinere. 1ᵉ. corinth. 10. Omnia mihi licent. ſed nõ omnia edificãt. In hũc autem modũ dicit̃ aliquis vexationē ſuaȝ redimere quia dimittit aliquid de iure ſuo perire. Uel aliter. Redimẽtes tempus ⁊c. Contingit quãdoqꝫ ꝙ aliquis per magnũ tempus vite viuit in peccato ⁊ hoc eſt tempus perditũ. Sed quomõ redimet cum homo nõ ſufficiat ad debita perſoluenda. Reſpondeo. Dicenduȝ eſt ꝙ tanto magis debet vacare operibus bonis quãto prius inſtetit malis. 1ᵉ. petri. 4. Sufficit em̃ preteritũ tempus ad voluntatē gentiũ conſumandã his qui ambulauerũt in luxurijs vinolentijs deſiderijs ⁊c. ſed prima expoſitio eſt melior. ¶ Deinde cũ dicit. Propterea nolite fieri ⁊c. docet modũ cautele dicens. ꝓpterea ſcȝ vt poſſitis tempus redimere nolite fieri imprudẽtes. ¶ Nota ꝙ differẽtia eſt ĩter ſapientiã ⁊ prudentiã. Prudentia em̃ eſt quedã ſapientia ſed nõ vniuerſalis ſapientia. Prouer. 10. Sapiẽtia eſt id eſt prudentia. Sapiẽs em̃ ſimpliciter dicit̃ qui habet de omnibus ordinare. ſapiens autēȝ ſm̃ quid dicit̃ qui habet ordinare de his de quibus eſt ſapiẽs. 1ᵉ. corinth. 3°. Ut ſapiens architect⁹ fundamentũ poſui. quia ſapiẽtis eſt ordinare. vt dicit̃. 1. methaphiſice. Omnis autē ordinator reſpicit finē. Ille ergo ſimpliciter eſt ſapiens qui cognoſcit finem vel qui agit ꝓpter fineȝ vniuerſalē ſcȝ deũ. Deutro. 4. Hec eſt em̃ ſapientia veſtra ⁊c. Sapientia em̃ eſt diuinarũ reruȝ cognitio. vt dicit Aug. 4. de trinita. Prudẽtia vero eſt particularis rei ꝓuidẽtia. quãdo ſcȝ quis ordinat facta ſua. Et ideo ſapiẽtia eſt viro prudentia. ꝓpter hoc ergo dicit: Nolite fieri imprudẽtes ſed intelligentes ⁊c. ſicut ratio ſpeculatiua ordinat de agendis ⁊ iudicat. oportet autē concluſiões habere ⁊ iudicare per principia ⁊ ſimiliter in operabilibus. Iſtud autē primũ principiũ per qḋ debemus iudicare om̃ia ⁊ regulare, eſt voluntas dei. Et ideo intellectus in moralibus ⁊ diuinis debet habere ꝓ principio voluntatē dei. quia ſi hãc habeat ꝓ principio fit prudẽs intellectus. Deutro. 32. Utinã ſaperent ⁊ intelligerẽt ⁊c. hoc autē docuit dominus. Math. 6°. Fiat voluntas tua.

## Lectio ſeptima.

e T nolite inebriari vino: in quo ẽſt luxuria. ſed impleamini ſpirituſancto. loquẽtes vobiſmetip̃is in pſalmis. hymnis. ⁊ canticis ſpiritalibus. cantantes ⁊ pſallentes in cordibus veſtris domino. gratias agentes ſemper pro omnib⁹ in nomine dñi noſtri ieſu xp̃i deo et patri. Subiecti inuicem in timore xp̃i.

Supra induxit ad nouitatē cõtra vetuſtatē fallacie: hic hoc idem facit contra vetuſtatē vitioꝝ carnaliũ. Uel dicamus ꝙ prius reprehendit peccata carnalia quantum ad luxuriã. hic quantũ ad gulã. Duo autē facit. Primo em̃ prohibet vetuſtatē. Secũdo inducit ſtatim ad nouitatē ibi Sed impleami ⁊c. Dicit ergo: dixi ꝙ fornicatio ⁊ omnis immũdicia nõ nominet̃ in vobis. ſed ad hoc cauendũ debetis a vino ſuperfluo abſtinere. quia cibus et potus ſuperflu⁹ eſt cauſa luxurie et precipue vinũ quod calefacit ⁊ mouet ſpũs. Prouerb. 20. Luxurioſa res vinũ ⁊ tumultuoſa ebrietas Heſter. 1. Cũ eſſȝ rex hylarior ⁊ poſt nimiam potationē incaluiſſet mero ⁊c. Oſee. 4. Fornicatio ⁊ vinũ ⁊ ebrietas auferũt cor. Unde hiero. Quē zodoma non vicit. vina vicerũt loth. Nolite ergo ⁊c. ſed impleamini ſpirituſancto. Inter omnia que multos ſpiritus generãt eſt vinũ. vnde generat animoſitatē ⁊ facit hoies per talenta loqui. vt dicit̃. 2. Eſdre. 3°. Et ideo cõuenienter docet eos cõtra hoc repleri ſpirituſancto qui generat feruorē deuotiõis. Ro. 12. Spiritu feruentes. Item gaudiũ ⁊ leticiã ſpiritualē. Ro. 14. Iuſticia ⁊ pax ⁊ gaudiũ in ſpirituſancto. Item facit audacter loqui. Actu. 2. Repleti ſunt oẽs ſpirituſancto ⁊ ceperũt

loqui ⁊c. Et ideo qui eos loquẽtes audiebãt credebant eos ebrios. Sed nunquid habemus ſpiritũſanctũ in noſtra poteſtate? Reſpondeo ⁊ dico ꝙ habere ſpiritũſanctũ eſt dupliciter vel receptiue ⁊ ſic nõ eſt in noſtra poteſtate eũ recipere ſed ex dono dei eum recipimus. Ro. 5 Caritas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris ⁊c. Uel etiaꝫ diſpoſitiue ⁊ ſic nõ ſumus ſufficientes eũ recipere. id eſt nos diſponere ſine gratia dei. 2ᵉ. corinth. 3°. Non ſum⁹ ſufficientes cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis ſed ſufficiẽtia noſtra ex deo eſt Uel aliquis dicit̄ recipere ſpiritũſanctũ nõ tamen plenus eſſe ſpirituſancto quãdo ſcꝫ habet gratiã ſpirituſſancti quantũ ad aliquã ⁊ nõ quantum ad omnẽ hominis operationẽ. Tunc autẽ dicit̄ plenus ſpirituſancto quãdo eo vtitur generaliter. Modus autẽ repletiõis eſt in dilectione dei ⁊ ꝓximi. Et ideo cũ dicit loquentes ⁊c. Primo tangit modum repletiõis ex parte dei. Secũdo ex parte proximi ibi. Subiecti inuicem ⁊c. Circa primũ tria facit. Primo ponit̄ ſpiritualis meditatio. Secũdo ſpiritualis exultatio ibi. Cantantes ⁊c. Tercio gratiarũactio ibi Gratias agẽtes ⁊c. Prima in duas. quia primo ponit modũ meditatiõis. Secũdo materiã eius. ibi. In pſalmis ⁊c. Dicit ergo loquentes vobis ⁊c. Eſt autẽ duplex locutio. Una exterior homĩs ad hominẽ. Alia interior hoĩs ad ſeip̄m. Talis autẽ debet eſſe compũctiua. Job. 10°. Loquar in amaritudine anime mee. Item debet fieri in ſecreto. Mat. 6. Tu autꝫ cũ oraueris intra cubiculũ tuũ ⁊ clauſo hoſtio ora patrem tuũ. Et ſap. 8. Intrans in domũ meã conquieſcaꝫ cũ illa. ¶ Materiã vero meditatiõis tangit cũ dicit. In pſalmis ⁊c. Pſallere eſt vti pſalterio. Et ſic in pſalmis id eſt bonis op̄atiõibus. p̄s. Sumite pſalmũ ⁊ date tympanũ pſalteriũ iocundũ ⁊c. Et hymnis. id eſt laudibus diuinis p̄s. Hymnus oĩbus ſanctis eius ⁊c. Et canticis ſpiritualibus. ſcꝫ de ſpe eternoꝝ. Ro. 12. Spe gaudentes. p̄s. In decacordo pſalterio cum cantico in cythara. p̄s. Cantate dño canticũ nouũ ⁊c. Meditemur ergo de recta operatiõe quid faciendũ: de diuina laudatiõe quid imitandũ: de celeſti iocundatiõe quid ⁊ quomõ ſeruiendum. Sic ergo effectus ſpirituſſancti primo eſt ſacra meditatio. Secũdo ſpiritualis exultatio. quia ex frequenti meditatiõe ignis caritatis in corde accendit̄. p̄s. Concaluit cor meũ ĩtra me ⁊ ĩ meditatiõe mea exardeſcet ignis ⁊c. Et hinc generat̄ leticia ſpiritualis in corde. Et ideo dicit. Cantãtes ⁊ pſallentes. id eſt vt affectus veſtri afficiant̄ gaudio ſpirituali ad operãda bona. 1ᵉ. corinth. 14 Pſallã ſpiritu: pſallã ⁊ mente. Col. 3. In omni ſapientia docentes ⁊ commonentes voſmetip̄os in pſalmis et hymnis ⁊ canticis ſpiritalibus in gratia cãtantes ⁊ pſallentes in cordibus veſtris dño. Ex hoc error hereticoꝝ confundit̄ dicentiũ ꝙ vanũ eſt cantare dño cantica vocalia ſed ſpiritualia tantũ. Naꝫ in laudibus eccleſie eſt aliquid per ſe cõſiderandũ. ⁊ hoc eſt quod apl̄us dicit. In cordibus. Aliquid vero ꝓpter aliud. ⁊ hoc ꝓpter duo. ſcꝫ ꝓpter nos vt mens noſtra incitet̄ ad deuotionẽ interiorẽ. ſed ſi ex hoc aliquis cõmoueat̄ ad diſſolutionẽ vel gloriã inanẽ hoc eſt cõtra intentionẽ eccleſie. Item propter alios quia per hoc rudes efficiũtur deuotiores. 4. Regũ. 3. Cũq; caneret pſaltes facta eſt ſuper eũ manus dñi. Tertius effectus eſt gratiarũactio. qꝛ ex hoc ꝙ aliquis ſic affectus eſt ad deum recognoſcit ſe oĩa habere a deo. Quanto eñ aliquis magis afficit̄ ad deũ ⁊ ip̄m cognoſcit tanto videt eũ maiorẽ. ⁊ ſe minorẽ. ymmo prope nihil in cõparatione ad deũ. Job. 42. Oculus meus videt te: iccirco me reprehendo ⁊c. Et ideo dicit. Gratias agentes ꝓ omnibus ſcꝫ donis. vel proſperis vel aduerſis. p̄s. Benedicã dominũ in om̃i tempore ⁊c. quia hec etiã ſunt nobis in via. Jacobi. 1. Om̃e gaudiũ exiſtimate ⁊c. Actu. 5. Ibant apoſtoli gaudẽtes ⁊c. 1ᵉ. theſ. 5. In omnibus gratias agite. Sed hoc in noĩe domini noſtri ieſu xp̄i: quia oĩa bona proueniũt per eum. Romã. 5 Pacẽ habemus ad deũ per dñm noſtrũ ieſum xp̄m per quẽ ⁊ acceſſuꝫ ⁊c. Sed addit deo inquantũ actor noſter eſt per creationẽ. ⁊ patri quantũ miſit nobis xp̄m ꝑ quẽ regenerauit nos. Et ſic gratias deo quantũ ad bona nature patri quantũ ad bona gratie. Sed quantũ ad proximũ ponit modũ repletionis dicens: Subiecti inuiceꝫ in timore xp̄i. i. non ꝓpter timorẽ humanũ ſed xp̄i.

## Lectio octaua.

Mulieres viris ſuis ſubdite ſint: ſicut domino: quoniam vir caput eſt mulieris: ſicut xp̄us caput eſt eccleſie: ip̄e ſaluator corporis eius. Sed ſicut eccleſia ſubiecta eſt xp̄o: ita et mulieres viris ſuis in oĩbus. viri diligite vxores veſtras ſicut ⁊ xp̄us dilexit eccleſiam ⁊ ſeip̄m tradidit pro ea vt illam ſanctificaret: mundans eã lauacro aque in verbo vite vt exhiberet ip̄e ſibi glorioſam eccleſiam non habentem maculam aut rugam aut aliquid huiuſmodi: ſed vt ſit ſancta ⁊ immaculata. ita ⁊ viri debent diligere vxores ſuas vt corpora ſua

Supra apoſtolus poſuit precepta generalia ad omnes: hic ponit ea que pertinẽt ad ſpeciales quaſdã perſonas ⁊ ſtatus. Et quia ſm philoſophũ in politicis. Dom⁹ habet tres cõnexiones ſine quibus nõ eſt perfecta. ſcꝫ viri ⁊ mulieris. patris ⁊ filij. dñi ⁊ ſerui. ideo hec tria proſequẽs inſtruit. Primo mulierẽ ⁊ virũ. Secũdo patreꝫ et filium. cap. 6°. ibi. Filij obedite ⁊c. Tercio ſeruos ⁊ dominos ibi. Serui obedite ⁊c. Prima in duas. Primo eñ monet mulieres de ſubiectiõe. Secũdo viros de dilectiõe ibi. Uiri diligite ⁊c. Prima in duas. Primo ponit ammonitionẽ. Secũdo eius rationẽ ibi. Quoniã vir caput eſt ⁊c. Dicit ergo mulieres viris ſuis ſubdite ſint. quia certe mulier ſi primatũ habeat cõtraria eſt viro ſuo vt dicit̄ Eccl. 25. Et ideo ſp̄ealiter monet eas de ſubiectione. Et hoc ſicut dño: quia proportio viri ad vxorem quoddãmodo eſt ſicut ſerui ad dominũ inquantũ debet regi mãdato domini. ſed differẽtia eſt in hoc ꝙ domin⁹ vtit̄ ſeruis ſuis quo ad id quod eſt ſibi vtile. ſed vir vtitur vxore ⁊ liberis ad vtilitatẽ communẽ. Et ideo dicit. Sicut dño. Non ꝙ vere ſit dñs ſed ſicut dominus. 1ᵉ. petri. 3. Mulieres ſubdite ſint viris ſuis ⁊c. ¶ Deinde ſubdit rationẽ ſuam. Circa quod tria facit. Primo eam ꝓponit. Secũdo exemplũ inducit. ibi. Sicut xp̄us ⁊c. Tercio ex exemplo intentũ concludit ibi. Sed ſicut ⁊c. Ratio autẽ hec eſt: quoniã vir eſt caput mulieris: in capite autẽ viget ſenſus viſus. Eccl. 2. Sapiẽtis oculi in capite eius. Et ideo vir debet gubernare mulierẽ vt caput eius. 1ᵉ. corinthio. 11°. Caput quidem mulieris vir. ¶ Deinde ponit exemplũ cũ dicit. Sicut xp̄us caput eſt eccleſie. ſupra p̄mo. Ip̄m dedit caput ſupra omnẽ eccleſiã que eſt corpus ip̄ius. Et hoc non ad vtilitatẽ ſuã ſed eccleſie. quia ip̄e eſt ſaluator corporis eius. Act. 4. Nõ eſt eñ aliud nomen ſub celo datũ hominib⁹ in quo oporteat nos ſaluos fieri. Eſa. 12°. Ecce deus ſaluator meus ⁊c. ¶ Ex hoc autẽ cõcludit intentionẽ cũ dicit. Sed ſicut ⁊c. Quaſi dicat. Non eſt ꝯueniens ꝙ membrũ repugnet ip̄i capiti in aliquo. nũc autem ſicut xp̄us caput eſt

eccleſie: ſuo mõ ita vir eſt caput mulieris. nõ debet ergo
mulier inobediens eſſe viro. ſed vt eccleſia ſubiecta eſt
xp̃o. p̃s. Nonne deo ſubiecta erit aĩa mea ꝛc. Ita ⁊ mu
lieres viris ſuis. Geneſ. 3°. Sub viri poteſtate eris. Et
hoc in oĩbus ſcꝫ que non ſunt cõtra deũ. quia dicit Act.
5. Obedire oportet deo magis ꝙ̃ hominibus. ¶ Dein-
de cũ dicit. Viri diligite vxores veſtras ꝛc. monet viros
ad dilectionẽ vxoꝝ. Et primo facit hoc. Scd̃o aſſignat
rationẽ huius ibi. Sicut xp̃us ꝛc. Dicit ergo. Viri dili-
gite vxores veſtras. quia certe ex amore quem habet vir
ad vxorẽ magis caſte viuit et pacifice vterqꝫ ſe habet. ſi
autẽ vir aliã diligit ꝙ̃ ſuam: ſe ⁊ ſuã diſcrimini exponit.
Col. 3°. Viri diligite vxores veſtras ⁊ nolite amari eſſe
ad illas. Tangit autẽ rationẽ huius triplicẽ. Primã ſu
mit ex exemplo xp̃i cum dicit. Sicut ⁊ xp̃us ꝛc. Secun-
dam ex parte viri ibi. Qui ſuã vxorem diligit ꝛc. Ter-
tiã ex pte mãdati diuini ibi. Propter hoc relinquet ꝛc.
Circa primũ tria facit. Primo ꝓponit exemplũ dilectio
nis xp̃i. Secũdo ſignũ ibi. Et tradidit ꝛc. Tercio cõclu
dit intentũ ibi. Ita ⁊ viri ꝛc. Dicit ergo. Sicut et xp̃us
dilexit eccleſiã. ſupra eodẽ. Eſtote imitatores dei ſicut fi
lij cariſſimi ꝛc. Signũ autẽ dilectiõis xp̃i ad eccleſiam
oſtendit quia tradidit ſemetip̃m pro ea. Gal. 2. Dilexit
me ⁊ tradidit ſemetip̃m pro me ꝛc. Eſa. 53. Tradidit in
mortẽ animã ſuam ꝛc. Sed ad quid vt ſanctificaret eaꝫ?
Heb. vlti. Jeſus vt ſanctificaret per ſuũ ſanguinẽ popu
lum ꝛc. Joh. 17. Sanctifica eos in veritate. Iſte eſt effe
ctus mortis. Effectus autẽ ſanctificatiõis eſt mundatio
eius a maculis peccatoꝝ. Ideo ſubdit dicens: Mũdans
eam lauacro aque. qđ quidẽ lauacrũ hꝫ virtutẽ a paſſio-
ne xp̃i. Rom. 6. Quicũqꝫ baptizati ſumꝰ in xp̃o ieſu. in
morte ip̃ius baptizati ſumus. cõſepulti eñ ſumus cum
illo in mortẽ per baptiſmũ. Ezechiel. 36. Effundã ſuper
vos aquã mundã ꝛc. Zach. 13. Erit fons patens domui
dauid ꝛc. Et hoc in verbo vite. Qđ adueniẽs aq̃ dat ei
virtutẽ abſoluendi. Math. vlti. Euntes ergo docete om
nes gẽtes baptizãtes eos in noĩe patris ⁊ filij ⁊ ſpiritus-
ſancti. Finis autẽ ſanctificatiõs eſt puritas eccleſie. Jõ
dicit. Vt exhiberet ſibi glorioſam eccleſiã ꝛc. Quaſi di-
cat apoſtolus indecẽs eſt ꝙ imaculatus ſponſus ſponſã
duceret maculatã. Et ideo ſibi exhibet eam imaculataꝫ:
hic per gratiã ſed in futuro per gloriã. Vnde dicit. Glo
rioſam ſcꝫ per claritatẽ anime ⁊ corporis. Phil. 3°. Re-
formabit corpus hũilitatis noſtre ꝛc. Et ideo addit. Nõ
habentẽ maculam. p̃s. Ambulans in via imaculata ꝛc.
p̃s. Beati imaculati in via ꝛc. Neqꝫ rugã. id eſt ſine de-
fectu paſſibilitatis. quia vt dicit Apoc. 7. Non eſurient
neqꝫ ſitient amplius. Aut aliquid hmõi. Sed vt ſit ſan-
cta per cõfirmationẽ gratie ⁊ imaculata ab omni immũ-
ditia. Et hec omnia intelligi poſſunt de exhibitiõe que
erit in futuro per gloriã. Si autẽ de exhibitiõe per fideꝫ
tũc diceret vt exhiberet ſibi ſcꝫ per fidem eccleſiã glorio
ſam. quia gloria magna eſt ſequi dominũ vt dicit Eccl.
23. Non habentẽ maculã ſcꝫ criminis mortalis. Macu
lata es in iniquitate tua. Jere. 2°. Neqꝫ rugã. id eſt du-
plicitatẽ intentionis quam nõ habent qui recte coniũcti
ſunt xp̃o ⁊ eccleſie. Job. 16. Ruge mee teſtimoniũ dicũt
contra me ꝛc. Sed magis ſanctã per intentionẽ ⁊ imma
culatã per omnimodã puritatẽ. Et hoc tercio concludit
intentuꝫ dicens: Ita ⁊ viri debent diligere vxores ſuas
vt corpora ſua.

## Lectio nona.

Ui ſuam vxorem diligit ſeip̃m di-
q ligit. Nemo enim vnq̃ carnem ſuã
odio habuit ſed nutrit ⁊ fouet eam
ſicut ⁊ xp̃s eccleſiam. quia membra ſumus
corpis eius de carne eius ⁊ de oſſibus eius

Supra induxit viros ad dilectionẽ vxorum ex parte xp̃i
vel exemplo dilectiõis quam habet xp̃s ad eccleſiã: hic
oſtendit idem ex parte ip̃iuſmet viri. Et facit duo. Pri-
mo ponit rationẽ. Secũdo confirmat eam per exemplũ.
ibi. Sicut ⁊ xp̃us ꝛc. Ratio eſt talis. Vir ⁊ mulier ſunt
quoddãmodo vnũ. vnde ſicut caro ſubdit anime ita mu
lier viro. ſed nullus vnq̃ habuit carnẽ ſuam odio. ergo
nec vxorẽ. Dicit ergo. Qui ſuã vxorẽ diligit ſeip̃m dili-
git. Math. 19. Itaqꝫ nõ ſunt duo ſed vna caro. Et ideo
ſicut peccaret contra naturã qui ſeip̃m odio haberet: ita
qui vxorẽ. Eccl. 25°. In tribus beneplacitũ eſt ſpiritui
meo que ſunt ꝓbata corã deo ⁊ hominibus. cõcordia fra
trum. amor proximoꝝ. ⁊ vir ⁊ mulier bene ſibi ꝯſentien
tes. Qđ autẽ ſic debeant diligere probat dicens: Quia
nemo carnẽ ſuam vnq̃ odio habuit. qđ patet per effectũ
quia ꝓbatio dilectiõis exhibitio eſt operis. Nam id qđ
pro viribus cõſeruamus diligimus. ſed quilibet nutrit
⁊ fouet carnẽ ſuam propter conſeruationẽ. 1ᵉ. tymoth.
vlti. Habentes autẽ alimẽta ⁊ quibus tegamur ꝛc. Sed
contra. Luce. 14. Qui nõ odit vxorem ꝛc. nõ poteſt me
us eſſe diſcipulus. Reſpondeo. Dicendũ eſt ꝙ vt apo-
ſtolus dicit: ſic homo vxorẽ debet diligere ſicut ſe. ſe au
tem debet homo diligere infra deũ. ſic ergo vxorẽ debet
diligere ſcꝫ infra deuꝫ. Dicit autẽ qui non odit vxorem
nõ quia precipiat eam odire quod eſſet peccatũ mortale
precipere: ſed precipit eam ita vt ſe diligere. nũc aũt mi
nor dilectio eſt quaſi quoddã odiũ reſpectu eius quod ſũ
me ⁊ plus diligit. ſcꝫ reſpectu dei. ita nemo carnem ſuã
odit ꝛc. Sed cõtra. Qui diligit aliquẽ non vult nec ap
petit ab eo ſeparari. ſed ſancti volunt a carne ſeparari.
Rom. 7. Infelix ego homo quis me liberabit de corpo
re mortis huius? Phil. 1. Deſideriũ habẽs diſſolui ꝛc.
Preterea nullus affligit quod diligit: ſed ſancti affligũt
carnẽ ſuam in hoc mũdo. 1ᵉ. corinth. 9. Caſtigo corpus
meũ ꝛc. Preterea quidã occidunt ſe ſicut auditũ eſt fre-
quẽter. Item de iuda. Reſpondeo. Caro poteſt cõſide-
rari in ſe ⁊ ſic nõ habet odio: ſed naturaliter quilibet ap
petit eam eſſe ⁊ fouet eam vt ſit. Vel poteſt cõſiderari ca
ro inquantũ eſt alicuiꝰ impeditiua quod volumus. ⁊ ſic
odio quoddãmodo habet per accidens. Nam omne qđ
volumus aut eſt bonũ aut malum. ſi bonũ vel eſt vt finis
vltimus ſcꝫ vita eterna: a qua impedimur per carnẽ. 2ᵉ.
corinth. 5. Quãdiu ſumꝰ in hoc corpore peregrinamur
a domino. Et quia naturaliter appetimus finẽ noſtrũ et
bene eſſe nec hoc poſſumus quãdiu in hac carne ſumus
ideo vellemus eã abijcere. non ſicut malũ odio hitũ: ſed
ſicut bonũ minus dilectũ impediens maius bonũ. Et ſic
exponende ſunt auctoritates ſupra inducte. Infelix ꝛc.
Item deſideriũ habens ꝛc. vel conſimiles. Vel illud qđ
volumus eſt bonũ non vt finis ſed diſponens ad finem ſi
cut ſunt habitus virtutũ. hoc autem bonuꝫ impedit per
carnis laſciuiã. Et ideo ſancti affligũt ⁊ macerant carnẽ
ſuam vt ſubdat ſpiritui ad repreſſionẽ concupiſcentiarũ
quia caro ꝯcupiſcit impediens acquiſitionẽ virtutũ nos
diſponentiũ ad bonũ vltimũ. Et ideo qui ſic affligit car-
nem ſuam vt ſubdat ſpiritui non odit eam ſed procurat
bonũ eius quia bonũ eius eſt ꝙ ſubijciat ſpiritui. ſicut
bonũ hominis eſt ꝙ ſubijciat deo. p̃s. Mihi autẽ adhe
rere deo bonũ eſt. Et ſic intelligit. Caſtigo corpus meũ
ꝛc. ⁊ ꝯſimiles. vnde hoc nõ oportebat fieri in ſtatu inno
cẽtie quãdiu homo ſubditus fuit deo ⁊ caro totaliter ſub
dita fuit ſpiritui. in qua quidẽ mutua ſubiectõe conſiſte
bat bonũ originalis iuſticie. Sed aliquando illud quod
volumus eſt maluꝫ. ⁊ ideo ſicut boni carnẽ affligunt vel

deponere volunt inquantū impeditiuſ eſt boni quod appetūt: ita mali inquantū caro eſt impeditiua mali quod appetunt eam occidūt ⁊ ſe ſuſpendūt ſicut iudas. ¶ Deinde oſtēdit ꝙ virū oportet vxorē diligere. ⁊ hoc per exēplū. Unde dicit. Sicut ⁊ xp̄s eccleſiā ſcȝ dilexit ſicut aliqd ſui quia mēbra ſumus corpis. ſupra. 4. Sumus eniȝ inuicē membra. Dicit autē de carne eius propter eandē participationē nature. Luce. vlti. Spiritus autē carnē ⁊ oſſa non habet ⁊c. Uel dicit de carne myſtice quantuȝ ad debiles qui ſunt carnei. ⁊ de oſſibus eius quantū ad fortes qui ſunt oſſei.

## Lectio decima.

**P**Ropter hoc relinquet homo patrē et matrem ſuam ⁊ adherebit vxori ſue: ⁊ erunt duo in carne vna. Sacramentnm hoc magnū eſt. Ego autē dico in xp̄o ⁊ in eccleſia: Uerūtamē ⁊ vos ſinguli vnuſquiſq; vxorem ſuam ſicut ſeipſuȝ diligat: vxor autē timeat virū ſuum.

Supra exhortat⁹ eſt apoſtolus epheſios ad amorē vxorū dupliciter ſcȝ exemplo dilectiōis xp̄i ad eccleſiā. item ex amore hominis ad ſeip̄m: hic tercio hortat eos per auctoritatē ſcripture. Et circa hoc tria facit. Primo auctoritatē inducit. Secūdo eam myſtice exponit ibi. Sacramentū hoc ⁊c. Tercio adaptat eam ſcd̄m litteralē ſenſū ad propoſitū ſuū. ibi. Uerūtamen ⁊ vos ⁊c. Auctoritas hec dicit. Gen̄. 2°. Dicta ab adam vidente vxorē ſcȝ de coſta ſua formatā. Sed ꝯtra dicit Mat. 19. ꝙ deus hoc dixit. Reſpondeo. Adam vt a deo inſpiratus hoc dixit: deus autē vt adam inſpirans ⁊ docens. Nos auteȝ hoc idem dicimus ⁊ multa alia que dicit domin⁹ ſpiritu dei docente. Unde dicit. Mathei. 10. Non enim vos eſtis qui loquimini ⁊c. ¶ Notandū hic eſt ꝙ in predicta auctoritate triplex ꝯiunctio viri ad mulierē deſignat. Prima per affectū dilectionis q eſt tantus affectus vtriuſq; vt patres relinquāt. 2. Eſdre. 9. Diligit homo vxorem ſuam magis ꝗ patrem ⁊ multi dementes facti ſunt propter vxores ſuas ⁊c. ibi multa. Hoc autem naturale eſt quia appetitus naturalis eſt cōcors debite actiōi. Conſtat autē ꝙ omnibus agentibus ſuperioribus ineſt appetitus vt propinēt ⁊ cōicent inferioribus. Et ideo amor naturalis ineſt eis verſus inferiora. Et quia homo reſpectu patris ⁊ matris eſt inferior non ſuperior. ideo ad vxorem cuius eſt ſuperior ⁊ ad filios naturaliter plus afficitur ꝗ ad parentes. ⁊ etiam quia vxor ſibi coniūgitur ad actum generatiōis. ¶ Secunda coniūctio eſt per cōuerſationē. Unde dicit. Et adherebit vxori ſue ⁊c. Eccl'. 25 In tribus beneplacitū eſt ſpiritui meo ⁊c. ¶ Tercia eſt per carnalē coniunctionē ibi. Et erunt duo in carne vna id eſt in carnali opere. In qualibet enim generatione eſt virtus actiua ⁊ paſſiua. ſed in plantis vtraq; eſt in eodē. in perfectis autē diſtinguūtur. Et ideo in actu generationis ita ſe habēt maſculus ⁊ femina in animalibus ſicut in plantis toto corpore. ¶ Conſequēter exponit eaȝ myſtice ⁊ dicit ſacramentū hoc magnū eſt. id eſt ſacre rei ſignū ſcilicet coniūctionis xp̄i ⁊ eccleſie. Sapientie. 6°. Non abſcondā a vobis ſacramentū dei. ¶ Notandū eſt hic ꝙ quattuor ſacramenta dicunt magna. ſcilicet baptiſmus ratiōe effectus quia delet culpam ⁊ aperit ianuam paradiſi. Confirmatio ratiōe miniſterij. quia ſolū a pontificibus ⁊ non ab alijs confert. Euchariſtia ratiōe continentie quia totum xp̄m continet. Item matrimoniū ratione ſignificatiōis quia ſignificat coniūctionem xp̄i ⁊ eccleſie. Et ideo ſi myſtice exponat debet ſic exponi littera precedens. propter hoc relinquet homo patreȝ ⁊ matrem ſcilicet in ſempiternuȝ. Reliquit inquā patrem inquantū eſt miſſus in mundū ⁊ incarnatus. Joh. 16. Exiui a patre ⁊ veni in mundū ⁊c. Et matrē ſciliceȝ ſynagogam. Jere. 12. Reliqui domū meam ⁊ dimiſi hereditatem meā ⁊c. Et adherebit vxori ſue eccleſie. Math. vltimo. Ecce vobiſcū ſum omnibus diebus ⁊c. ¶ Conſequenter argumentat ſcd̄m ſenſum litteraleȝ exponendo predictū exemplum. Quedam eniȝ ſunt in ſacra ſcriptura veteris teſtamenti: que tantum dicūtur de xp̄o ſicut illud. p̄s. Foderunt manus meas ⁊c. et illud Eſaie. 7°. Ecce virgo concipiet ⁊c. Quedam vero de xp̄o et alijs exponi poſſunt. ſed de xp̄o pꝛīcipaliter. de alijs vero in figura xp̄i ſicut predictū exemplum. Et ideo primo exponendum eſt de xp̄o ⁊ poſtea de alijs. Et ideo dicit. Uerumtamen ⁊ vos ſinguli vnuſquiſq; vxorē ſuam diligat Quaſi dicat. De xp̄o dicitur principaliter tamē implendum eſt in alijs ⁊ ſi figuraliter in figura xp̄i. Dicit auteȝ Sicut ſemetip̄m: quia ſicut vnuſquiſq; ſe diligit in ordine ad deum: ita debet vxorē diligere non inquantū trahit ad peccatū. Luce. 14°. Si quis venit ad me ⁊ non odit patrem ⁊ matrē ⁊ vxorem ſuaȝ ⁊c. ¶ Sequit. Non poteſt meus eſſe diſcipulus. Sed quid de vxore? vxor autē virum timeat. ſcȝ timore ⁊ reuerentie ⁊ ſubiectiōis quia debet ei eſſe ſubiecta.

## Capitulum ſextum.

**F**Ilij obedite parentibus veſtris in domino. Hoc enim iuſtum eſt Honora patrem tuum ⁊ matrem tuam quod eſt mandatuȝ primū in promiſſione vt bene ſit tibi ⁊ ſis longeu⁹ ſuper terram. Et vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios veſtros: ſed educate illos in diſciplina ⁊ correctione dn̄i.

Supra monuit virum ⁊ vxorem que eſt vna connexio familie: hic monet patrem ⁊ filios que eſt ſecūda connexio domus Et primo facit monitionē quomodo filij ſe debeant habere ad parentes. Secundo quomodo econuerſo patres ad filios ibi. Nolite ⁊c. Prima in duas. Primo proponit monitionē. Secundo oſtendit rationem. ibi. Hoc enim eſt iuſtū ⁊c. Dicit ergo. Filij obedite ⁊c. Notandum eſt hic ꝙ patres debent naturaliter inſtruere filios moribus: filij autem inſtruentibus parentibus naturaliter debent eis obedire. Col'. 3°. Filij obedite ſcilicet patribus per omnia. hoc eſt enim beneplacitū domino ⁊c. Dicit autem in domino: quia non eſt obediendūȝ parentibus nec alicui in his que ſunt contra deū. Actu. 5°. Obedire oportet deo magis ꝗ hominibus. Et per hoc ſoluitur auctoritas modo allegata. Luce. 14°. Si quis venit ad me ⁊ non odit patrem ⁊c. quia hoc intelligitur inquantū ſunt contra deum. Rationē autem aſſignat ex duobus ſcilicet ex iuſticia ⁊ vtilitate. ꝙ auteȝ ſit iuſtum patet ac probatur. quia lex diuina nihil mandat niſi iuſtum. p̄s. Juſticie domini ⁊c. Sed hoc mādat lex diuina. Exodi. 20°. ⁊ Deutrono. 5°. Honora patrem tuum ⁊ matrem tuam ⁊c. Eccl'. 3°. Qui timet deum honorat patrem ⁊c. Honor autem importat exhibitionem reuerentie his qui ſupra nos ſunt. Sed quia parentes habemus ſupra nos vtitur nomine honoris. Dicit ergo. Hoc enim iuſtum eſt. Honora patrem tuum et ma

trem ⁊c. Eccleſ. 3°. Qui honorat patrem ſuum vita vi-
uet longiore Item qui obedit patri refrigerabit matreȝ.
Et hoc intelligit tripliciter ꝙ filij debēt parentes hono-
rare. q2 debent eis reuerentiam ſicut maiorib⁹: obedien-
tiam ſicut inſtructorib⁹: ſuſtentamenta ſicut nutrientib⁹
cum forte ſ erant. ¶ Deinde aſſignat dignitatē huius p̄
cepti dicens. Quod eſt mandatū p̄mū. Contra. imo mā
datum primū eſt ꝙ eſt colendus vnus deus. Reſpōdeo
Mandata continent in duabus tabulis. Prima conti-
net ea que ordinant ad deum. Secunda ea que ad proxi
mū. ⁊ in hac ſecunda p̄mum mandatū eſt de honore pa-
rentum. Et hoc duplici de cauſa. Primo q2 in illa ſecū-
da tabula nullum eſt p̄ceptū affirmatiuū niſi iſtud. q2 na
turale eſt nobis vt parentibus ſeruiamus. non aūt ſic ali
is proximis. ideo nullum aliud affirmatiuū. Sed natu-
ra dictat vt nō inferat homo ꝓximis nocumentū. ⁊ ideo
ꝓhibet. quia ergo primū plus et p̄us habet de debito:
ideo primū. Secundo q2 deus honorandus eſt ſicut p̄n-
cipium noſtri eſſe. ⁊ quia parentes ſunt etiam p̄ncipium
noſtri eſſe. quia vt dicit ſexto ethicorum. Tria habemuſ
a parentib⁹: ſcȝ eſſe: viuere: ⁊ diſciplinā. ideo cōueniēs
eſt vt poſt mandata ordinata ad deum p̄mum eſſet ordi-
natum ad parentes. Vel p̄mum quo ad ꝓmiſſionē: quia
iſti ſoli addit ꝓmiſſio. Et huius eſt duplex ratio. Una ē
q2 homines in alijs que agunt querunt vtilitatē ꝓpriā.
⁊ q2 a parentibus iam ſenibus nullam expectant vtilita
tem niſi a deo ꝓuenientem. Secunda ratio eſt ne aliq̇s
credat ꝙ honoratio parentū nō ſit meritoria. q2 natura-
lis eſt. ideo addit vt ſis longeuus ſuper terram. In vete
ri auteȝ teſtamento promittebant ꝓmiſſiones tempora-
les: quia populus ille paruul⁹ erat. ideo gratioſe inſtru
endus ſub pedagogo ſicut paruulus. Tamē in illis par-
uis munuſculis populum illum paruū docentibus figu-
rabant magna bona ſcȝ ſpiritualia. Et iō poteſt hoc re-
ferri ſm ſenſum litteralem ad bona temporalia. Et ſic di
cit in ꝓmiſſione vt bene ſit tibi id eſt vt bonis promiſſis
abundes. Nam qui gratus eſt in minoribus beneficijs:
meret maiora recipere: maxima autē beneficia habemuſ
a parentibus ſcȝ eſſe nutrimentū ⁊ diſciplinaȝ. Quādo
ergo quis gratus eſt his: ſit dignus vt maiora recipiat.
Et ideo dicit. Ut bene ſit tibi. q2 vt dicit. 1. Ti. 4. Pie
tas ad oīa vtilis eſt ꝓmiſſionē habens vite que nunc eſt
⁊ future. Et ideo addit: Ut ſis longeuus ſuper terrā: q̄ſi
ſupra grad⁹ vite quā habes a parētib⁹. ꝓuer. 3. Lōgitu
do dierū in dextera ei⁹ ⁊ ī ſiniſtra illi⁹ diuitie ⁊ glīa. Sȝ
contra. Multi deuoti parentibus cito moriunt. Et ideo
ſciendū ꝙ hec temporalia nō ſunt bona abſolute: niſi in-
quātū ordinata ad ſpūalia. ⁊ iō intantū hoī bona inq̄tuȝ
ꝑ ea iuuat ad ſpūalia. Uñ fortuna non eſt dicenda bona
ſi eſt impediens a virtute. Et ideo longitudo vite intan-
tum eſt bona inq̄tum ad ſeruitia dei ē ordinata. Et ideo
q̄nq3 ſubtrahit ne impediat Sap̄. 4. Raptus eſt ne ma
licia mutaret intellectum eius. Uel poteſt referri ad ſen
ſum ſpiritualē vt ſis logenus in terra viuentiū. pſ̄. Spi
ritus tuus bonus deducet me in terram rectam: ꝓpter
nomem tuum domine viuificabis me. ¶ Conſequenter
inſtructis filijs inſtruunt parentes. Circa quod duo fa-
cit. Primo ponit vnum ꝓhibitiuū. Secundo aliud in-
ductiuum ibi. Sed educate eos ⁊c. Dicit ergo. Et vos
patres nolite ꝓuocare filios veſtros ad iracundiam: nō
ꝙ in omnibus aſſentiatis voluntati eorum. Ubi notan-
dum eſt ꝙ alius eſt p̄ncipatus patris ad filium ⁊ domini
ad ſeruū. q2 dñs vtit ſeruo ſuo ad vtilitatē ꝓpriā. ſȝ pa-
ter vtitur filio ad vtilitatē filij. Et ideo eſt neceſſe ꝙ pa-
tres inſtruant filios ꝓpter vtilitatē ſuam non tamen ni-
mis arcendo aut ſubijciendo. Et ideo dicit Col. 3. Pa-
tres nolite ad indignatiōȝ ꝓuocare filios veſtros vt ſcȝ
nō puſillo animo fiant. q2 talis ꝓuocatio nō animat ad
bonum. Quomodo ergo ſubdit. Sed educate illos in
diſciplina ſcȝ verboruȝ et correctione ſcilicet verboꝝ id
eſt corripite eos et educate vt ſeruiant domino. Uel in
diſciplina eos ad bonuȝ inducendo. et correccione a ma
lis retrahendo.

## Lectio ſecunda.

S Erui obedite dominis carnalib⁹
cū timore ⁊ tremore ī ſimplicitate
cordis vr̄i ſicut xp̄o: nō ad oculuȝ
ſeruientes: quaſi hominibus placentes: ſed
vt ſerui chriſti facientes voluntateȝ dei ex
animo cum bona voluntate ſeruiētes ſicut
domino ⁊ non hominibus: ſcientes quoniā
vnuſquiſq3 quodcūq3 fecerit bonuȝ: hoc re-
cipiet a domino ſiue ſeruus ſiue liber. Et
vos domini eadem facite illis remittentes
minas: ſcientes quia ⁊ illorum ⁊ veſter do-
minus eſt in celis. ⁊ perſonarū acceptio nō
eſt apud deum.

Inſtructis duabus connexionibus ſcilicet viri ⁊ mulie-
ris patris et filij: hic inſtruit connexionem ſerui ad do-
minum. Et circa hoc facit duo. Primo inſtruit ſeruum.
Secundo dominum ibi. Et vos domini. ⁊c. Iterum pri
ma in tres. Primo enim ponit monitionem. Secundo
exponit eam ibi. Non ad oculum ſeruientes ⁊c. Tertio
oſtendit retributionem ibi. Scientes quoniā vnuſquiſ-
q3 ⁊c. Iterum prima in tres. Quia primo monet ad obe
dientiam. Secundo ad reuerentiam. Tertio ad cordis
ſimplicitatem. Secūda ibi. Cum omni timore ⁊c. Ter-
tia ibi. In ſimplicitate ⁊c. Monet eñ eos ad obediētiaȝ
ex imperio domini. Unde dicit. Serui obedite domi-
nis carnalibus. Monet eos ad reuerentiā dicens. Cum
omni timore. Malach. 1. Si ego dominus vbi eſt timor
meus? Item cum tremore exterius. pſ̄. Seruite domi-
no in timore. ⁊c. Item in ſimplicitate. Sap̄. 1. In ſimpli
citate cordis veſtri ⁊c. Luc. 12. Fidelis ſeruus ⁊c. Iob
1. Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob. ⁊c. Et pau
lopoſt. Uir ſimplex ⁊c. Sic enim ſeruiendum eſt chriſto
Unde dicit. Sicut chriſto. Sap̄. 1. In ſimplicitate cor-
dis querite illum. 1. paral. 29. Domine deus in ſimpli-
citate cordis mei letus obtuli vniuerſa. Dicit etiaȝ. Si-
cut chriſto. quia a domino chriſto eſt ꝙ domin⁹ aliquid
poſſit. Ro. 13. Qui poteſtati reſiſtit: dei ordinationi re-
ſiſtit. Et ideo ſeruiendum eſt eis ſicut chriſto. in his que
non ſunt contra fidem nec contra ipſum. Exponit auteȝ
In ſimplicitate. ⁊ primo remouet quod ſimplicitati con-
trariatur. Secundo docet modum conuenientē ibi. Fa-
cientes voluntatem dei ⁊c. Contrarium autem ſimplici-
tatis eſt ꝙ ſeruus habeat oculum ad dominum ⁊ non ad
complacentiam domini. Talis enim ſeruus non habet
ſimplicitatem ⁊ rectam intentionem. Et ideo hoc prohi-
bet dicens: Non ad oculum ſeruientes ſcilicet domino
propter lucrum temporale tantum quaſi hominibus pla
centes id eſt complacere volētes. Gal. 1. Si adhuc ho
minibus placerē: chriſti ſeruus non eſſem. Sed vt ſerui
chriſti. Coloſſeñ. 3. Domino chriſto ſeruite. Et quomo
do? Facientes voluntatem dei. ſcilicet implendo man-

data eius opere. pſ̄. Facientes verbum illius ſicut xp̄us
Jo. 6. Deſcendi de celo. non vt facerē volūtatē meā: ſed
voluntatem eius q̇ miſit me. Hec eſt em̄ volūtas eius q̇
miſit me ſcꝫ vt obediam hominibus ꝓpter deuꝫ Et ideo
dicit. Sicut ſerui xp̄i. ⁊ ſicut ſeruientes dn̄o non homi=
nibus ſcꝫ nō ꝓpter ſe ſed ꝓpter dominū. Quō? Ex aīo.
Col. 3. Quodcūqꝫ facitis ex animo operamini ſicut dn̄o
⁊ nō hominibus. Item cum bona voluntate ⁊ recta intē
tione Col. 4. Stetis ꝑfecti ⁊ pleni in om̄i volūtate dei.
¶ Deinde ſubiūgit remunerationē dicens. Scientes ꝙ
a domino ⁊c. 1. Jo. 5. Scripſi vobis vt ſciatis ⁊c. Quī
vnuſquiſqꝫ ſiue ſeruus ſiue liber ſine ꝑſonarum accepti=
one. Non em̄ eſt ꝑſonarum acceptio apud deum Gal. 3.
Non eſt ſeruus neqꝫ liber: non eſt maſculus neqꝫ femina
oēs eīm vos vnū eſtis ī xp̄o ieſu. Act. 10. In veritate cō=
peri quoniā non eſt perſonaꝝ acceptor deus. ſed in om̄i
gente qui timent deum ⁊ operatur iuſticiam ⁊c. Ecc̄. 9.
Quodcūqꝫ poteſt facere manꝰ tua inſtanter operare ⁊c̄
¶ Percipiet a dn̄o ꝓ remuneratiōe. Col. 3. Sciētes ꝙ
a domino accipient retributionē hereditatꝭ. ¶ Deinde
cum dicit. Et vos dn̄i. ⁊c. inſtruit domnios ⁊ facit duo.
Primo ponit monitionē. Secūdo ſubdit rōem ibi. Sci=
entes q: et illorum ⁊c. Dicit ergo. Et vos domini eadeꝫ
faciatis. eadem ſcꝫ idemptitate ꝓportionis. vt ſicut illi
ex animo ⁊ bona volūtate: ita ⁊ vos faciatis Ecc̄. 33. Si
eſt tibi aliquis ſeruus fidelis: ſit tibi ſicut anima tua. Re
mittentes minas non ſoluꝫ verba vel flagella. Et quare
Rationē ſubdit dicēs. Scientes q: ⁊ illorū ⁊ veſter do=
minus eſt in celis. Nam idē dn̄s omniū. Ro. 10. Quaſi
dicat. conſerui eſtis. ⁊ ideo debetis vos bene habere ad
eos Matth. 18. Oportuit ⁊ te miſereri ꝯſerui tui. Non
eſt perſonaꝝ acceptio apud deum. Ro. 2. Idem dicitur
Luc̄. 20. Nō accipis ꝑſonā hoīm Act. 10. idem.

## Lectio tertia.

Ecetero fratres ꝯfortamini in do
D mino ⁊ in potentia virtutis eius.
Induite vos armaturā dei vt poſ
ſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli. qm̄ nō
eſt nobis colluctatio aduerſus carnē ⁊ ſan-
guinem: ſed aduerſus principes ⁊ poteſta-
tes. aduerſus mundi rectores tenebrarum
harum contra ſpiritualia nequitie in cele-
ſtibus.

Supra poſuit aplus multa p̄cepta generalia ⁊ ſpecialia
ad deſtruendā vetuſtatem peccati ⁊ induendā nouitatē
gratie: hic oñdit qua virtute debent vti ad precepta hec
implenda: q: fiducia auxilij diuini. Circa qđ duo facit.
Primo ponit monitionē. Secundo in ſpeciali explicat
eam ibi. Quia non eſt nobis colluctatio ⁊c. Prima in
duas. q: p̄mo oſtendit de quo debemus cōfidere ſicut de
interiori. Secundo oſtendit de quo debemus confidere
ſicut de exteriori ibi. Induite vos ⁊c. Illud autē interiꝰ
de q̇ debemus cōfidere eſt auxiliū diuinū. Et ideo dicit.
Decetero fratres confortamini Jere. 17. Benedictꝰ vir
qui cōfidit in domino ⁊ erit dominꝰ fiducia eius ⁊c. Du
plici autē ratione confidit quis de aliquo. Una eſt q: ad
eū ꝑtinet ſua defenſio. Alia eſt q: potens eſt ⁊ paratꝰ eſt
euꝫ defendere. Et hec duo ſunt in deo reſpectu creature
ſue. q: cura eſt deo de vobis vt dicit̄. 1. Pe. vltio. Oēm
ſollicitudinē vr̄am ꝓijcientes in eū. qm̄ ipſi cura eſt de
vobis. Itē ipſe potēs ē ⁊ promptꝰ auxiliari. Et iō dicit.
Decetero fratres ⁊c. Quaſi dicat. Poſtq̄ vos inſtruxi
confortamini non in vobis ſed in domino qui curam ha
bet de vobis. pſ̄. Mihi autē adherere deo bonū eſt ⁊c.
Eſa. 35. Dicite puſillanimes confortamini ⁊c. Jere. 20.
Dominꝰ mecuꝫ eſt tanq̄ bellator fortis. idcirco qui me
perſequuntur cadent ⁊c. Et in potentia ⁊c. Luc̄. 1. Qui
potens eſt. Et licet in deo virtus ⁊ potētia ſint idem. tm̄
q: virtus eſt vltimū de potentia ⁊ quaſi perfectio poten=
tie. ideo dicit. In potentia virtutis eius id eſt in potētia
virtuoſa Phil. 4. Omnia poſſum in eo qui me confor=
tat Job. 17. Pone me iuxta te ⁊ cuiuſuis manꝰ pugnet
contra me. Sed poſſet dici. ſi deus poteſt ⁊ vult debemꝰ
eſſe ſecuri. Ideo reſpondens dicit ꝙ nō: imo debet qui=
libet facere qđ in ſe eſt. q: ſi inermis iret ad bellum quan
tūcūqꝫ rex protegeret eum eſſet in periculo. Et ideo dicit
Induite vos armaturā dei id ē dona ⁊ virtutes. Ro. 13.
Abijciamus ergo opera tenebraꝝ ⁊ induamur arma lu=
cis ⁊c. Col. 3. Induite vos ergo ſicut electi dei ſancti et
dilecti viſcera miſericordie benignitatē: humilitatē: mo
deſtiam ⁊c. q: ꝑ virtutes homo ꝓtegit̄ contra vitia. Sꝫ
contra: q: dominꝰ eſt rex ita potens ꝙ nullus poteſt euꝫ
impugnare. Reſpondeo. verū eſt ꝑ violentiam: ſed ꝑ in=
ſidias ⁊ fallaciam impugnat eum diabolus in membris
ſuis non in ſe. q: vt dicit̄ Ecc̄. 11. Multe ſunt inſidie do=
loſi ⁊c. Et ideo ſubdit. Ut poſſitis ſtare contra inſidias
diaboli. 1. Pe. 5. Sobrij eſtote ⁊ vigilate ⁊c. pſ̄. Inſidi
atur in abſcondito quaſi leo ⁊c. ¶ Conſequēter cum di=
cit. Quia nō eſt nobis colluctatio ⁊c. explicat in ſpecia=
li monitionem. Et p̄mo de inſidijs inimicoꝝ. Secundo
de armatura ſumenda ibi. Preterea accipite ⁊c. Tertio
de fiducia xp̄i habenda ibi. Per oīm orationeꝫ. ⁊c. De=
ſcribit autē inſidias: q: quando aliq̇s hoſtis iminet ſi ſit
debilis: ſtultus: ⁊ huiuſmodi non eſt multum cauenduꝫ
nec timendū de eo. Sed quādo eſt potens: nequā: ⁊ cal=
lidus tunc eſt timēdus. Hec tria ſunt in diabolo. Prīo
q: nō eſt debilis. Et ꝓpter hoc dicit ꝙ nō eſt nobis col=
luctatio aduerſus carnē ⁊ ſanguinē ⁊c. Per carnē ⁊ ſan
guinem intelligunt̄ duo vitia carnis. 1. corin. 15. Caro ⁊
ſanguis regnum dei non poſſidebunt. Et homines car=
nales. Gal. 1. Continuo nō acquieui carni ⁊ ſanguini id
eſt hominibus carnalibꝰ. Dicit ergo. Non eſt nobis col
luctatio ⁊c. qđ videt̄ eſſe falſuꝫ qualitercūqꝫ accipiat̄: q:
vt dicit̄ Gal. 5. Caro concupiſcit aduerſus ſpūm ⁊c. pſ̄.
Multi qui ꝑſequunt̄ me. Reſpondeo dupliciter. Prīo
vt dicamus. Non eſt nobis colluctatio aduerſus ⁊c. ſup
ple tm̄ q̇n etiā aduerſus diabolū. Ul' q: actio q̄ inſtrumē
to attribuit̄ eſt p̄ncipalit̄ agētis. Et ſic accipit̄ illđ. Ro.
9. Non eſt volentis neqꝫ currentis: ſed miſerentis dei.
Quaſi dicat. ꝙ vultis aliq̇d vel facitis a vobis nō ē. ſꝫ
aliunde ſcꝫ a deo. ſic hic. Non eſt nobis colluctatio. ⁊c̄.
id eſt ꝙ nos impugnent ſcꝫ caro et ſanguis hoc non eſt
eorum principaliter: ſed a ſuperiore mouente ſcꝫ a diabo
lo. ¶ Conſequēter deſcribit̄ a potentia: q: aduerſus p̄n=
cipes et poteſtates tenebraꝝ haꝝ Jo. 14. Uenit em̄ p̄n=
ceps huiꝰ mūdi ⁊c. Dicit̄ aūt p̄nceps mūdi nō creatiōe:
ſed imitatione mūdanoꝝ. Jo. 1. Et mūdus eū nō cogno
uit id ē p̄ncipes mūdani. Ul' dicit̄ p̄nceps q̄ſi p̄matū ca
piens. Un̄ p̄ncipes q̄ſi p̄mi duces ad aliq̇d. pſ̄. Princi
pes cōiuncti pſallentibꝰ Gen̄. 23. Princeps dei es apꝰ
nos. Ad poteſtatem autē ꝑtinet iuſticiam exercere. In=
q̄tum ergo aliq̇ demones inducunt aliquos ad rebellan
dum deo dicunt̄ p̄ncipes. inquantū vero habent poteſta
tem puniendi illos qui eis ſubijciunt̄ dicunt̄ poteſtates
Luc. 22. Hec eſt hora veſtra ⁊ poteſtas tenebrarum ⁊c.
Sꝫ cū ex ordinibꝰ om̄ibus ceciderint aliq̇ quare mētio=
nem facit aplus de illis duobus ordinibꝰ denominans
demones. Reſpeondeo. In nominibus ordinuꝫ ſunt tria.
In quibuſdam em̄ importatur ordo ad deuꝫ. in quibuſ=

dam vero poteſtas. in quibuſdã vero dei miniſterijs. in nominib⁹ em̃ cherubin ⁊ ſeraphin ⁊ thronoꝝ importat̃ conuerſio ad deum. Demones autẽ auerſi ſunt a deo. et ideo eis non competũt hec nomina. Item quedã nomĩa important ordinẽ ad miniſteriũ dei ſicut angeli ⁊ archã geli. ⁊ iſta etiã noĩa non competunt demonibus niſi cuȝ adiuncto ſcȝ ſathane. Tertio etiam qꝛ virtutes et dñati ones important ordinẽ ad ſeruitiũ dei. ideo eis non cõ ueniunt hec nomina. ſed tñ iſta duo q̃ cõmunia ſunt bo nis ⁊ malis ſcȝ ꝑncipatus ⁊ poteſtates. Sunt ergo ⁊ po tentes ⁊ magni. ideo habent magnũ exercitũ contra quẽ habemus pugnare aduerſus mundi rectores tenebrarũ harum ſcȝ peccatorũ. ſupra. 5. Eratis em̃ aliquãdo tene bre ⁊c. qꝛ quicq̃d eſt tenebroſum totuȝ eſt de ordine iſto rum ⁊ ſubiectũ eis. Gloſa. Mali homĩes ſunt equi: dia boli equites. ergo occidamus ⁊ equos poſſideam⁹ Jo. 1 Et tenebre eum non cõprehenderunt. ¶ Sunt etiã aſtu ti: qꝛ contra ſpũalia nequitie id eſt cõtra ſpũales neq̃tias emphatice loquendo ꝑ qđ intelligit̃ plenitudo nequitie Dicit autẽ ſpũalia nequitie qꝛ quanto eſt altior ſm natu ram tanto quãdo conuertit̃ ad malum eſt peior ⁊ nequi or. Unde pħus dicit ꝙ homo malus eſt peſſim⁹ anima lium. Et ideo dicit. ſpũalia nequitie. qꝛ ſpũales ⁊ neq̃ſ ſimi ſunt. Et dicit in celeſtibus duplici de cauſa. Uel vt oñdat virtutẽ ⁊ auantbagiũ quã tangit ſupandi nos. qꝛ nos in t̃ra: ipſi aũt ĩ alto ſcȝ ĩ aere iſto caliginoſo. ⁊ iõ ha bent partem meliorẽ Luc. 8. Uolucres celi comederunt illud. Uel dicit in celeſtibus. qꝛ ꝓ celeſtibus eſt iſta pu gna ⁊ hoc debet animare nos ad pugnã.

## Lectio quarta.

**Propterea accipite armaturaȝ dei vt poſſitis reſiſtere in die malo: ⁊ in omnibus perfecte ſtare. State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate: ⁊ induti loricam iuſticie ⁊ calciati pedes in ꝑ parationem euangelij pacis. In omnib⁹ ſu mentes ſcutum fidei in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere: ⁊ galeam ſalutis aſſumite: ⁊ gladium ſpũs quod eſt verbum dei.**

Supra expoſuit aplꝰs qđ dictũ ẽ đ inſidijs diaboli: hic monet nos de armatura ſumẽda. Et circa hoc facit duo Primo concludit ex premiſſis armature neceſſititatem. Secũdo armoꝝ diuerſitatẽ deſcribit ibi. State ergo ⁊c Dicit ergo. habetis hoſtes malos nequiſſimos ⁊ poten tes ⁊ ꝓ re ardua pugnantes. qꝛ ꝓ celeſtibus: propterea accipite armaturã dei id eſt armemini ſpũalibus armis. 2. cor. 10. Arma militie nr̃e nõ ſunt carnalia: ſȝ poten tia deo ad deſtructionẽ munitionũ ⁊c. Et hoc vt poſſitis reſiſtere. 1. Pe. 5. Cui reſiſtite fortes in fide. ⁊c. Jac. 4. Reſiſtite diabolo ⁊ fugiet a vob. Quãtomag̃ em̃ ei ce dit̃ tanto plus inſeq̃t. ¶ In die malo. Et hoc ꝓpt̃ mala q̃ in die fiunt. ſupra. 5. Redimentes tẽpus qm̃ dies ma li ſunt. Ecc̃. 7. Diem malam precaue ⁊c. Item accipite non ſolum ad reſiſtendũ: ſed etiam ad ꝑficiendũ. Et in omnibus ꝑfecti ſtate id eſt in aduerſis ⁊ proſperis ĩmo biliter ſtate. Jac. 1. Sitis ꝑfecti in nullo deficiẽtes. De hoc. 1. Pe. 1. Perfecti ſperate in eam que offert̃ vobis gratiam ⁊c. Sed nunq̃d omẽs debent perfecti eſſe. Re ſpondeo. duplex eſt ꝑfectio. Una ſufficientie quã habet hõ ſm ꝙ eſt neceſſariũ ad ſalutẽ ſicut illđ. Diliges dñm deum tuum ex toto corde tuo. quaſi dicat. Ut nihil ſit in corde tuo quod ſit contra deuȝ. Et hoc eſt de neceſſitate ſalutis. Jac. 1. Ut ſitis ꝑfecti ⁊ integri in nullo deficien tes ⁊c. Alia eſt perfectio totalis abundãtie q̃ eſt ꝑfectio patrie que eſt conſumata gloria in hoc ꝙ ꝑfectus totalit̃ inhereat deo. Matth. 22. In reſurrectione neq̧ nubent neq̧ nubent̃: ſed ſunt ſicut angeli dei in celo. Et de hac loq̃bat̃ aplꝰs Phil̃. 3. Nõ ꝙ iam acceperim aut ꝙ iam ꝑfectus ſim. Et paulopoſt. Fratres ego non arbitror me comprehendiſſe. Alia eſt media ſcȝ cõſilij qua homo ni titur ſe abſtrahere ab his ⁊ ire ad illas. ¶ Deinde cũ di cit. State ergo ⁊c. Deſcribit diuerſitatẽ armoꝝ. Eſt aũt triplex genus ſpũalium armoꝝ ad ſimilitudinẽ corpora lium. quorum quedam ſunt ſimilia indumento ad tegen dum. quedã vero ad ꝓtegenduȝ: ⁊ quedã ad impugnã dum. Indumẽto autẽ tria ſunt neceſſaria. Primo ꝙ cin gatur. Et quãtũ ad hoc dicit. State ergo ſuccincti lum bos veſtros ⁊c. Sed prius induit ſe homo ꝙ ſe cingat. Apoſtolus autẽ accipit hec ſm ordinẽ armature ſpũalis In bello autẽ ſpũali prius eſt neceſſe cõcupiſcentias car nis reſtringere ſicut vicin⁹ hoſtis eſt ꝑus vincend⁹. hoc autẽ fit ꝑ reſtrictionem lumborũ in quib⁹ viget luxuria qđ fit ꝑ temperantiã que gule ⁊ luxurie contrariat̃ Luc. 12. Sint lumbi veſtri precincti ⁊c. Job. 38. Accinge ſi cut vir lumbos tuos. ⁊c. Sed in veritate id ẽ in rectitu dine intentionis non ſimulate. Alia lr̃a habet in chari tate. 1. cor̃. vltimo. Omĩa veſtra in charitate fiant. Se cundo monet vincere cupiditates rerum. Duplex auteȝ inuenit̃ armatura contra eas: ſcȝ iuſticia ⁊ abrenũciatio rerum temporaliũ. Et ideo ꝑmo ꝑcepit vt eas non iniu ſte vſurpem⁹ qđ facit iuſticia. Et ideo dicit. Induite lo ricam iuſticie ſcȝ ꝑ quam homo abſtinet a rebus alienis Dicit̃ autẽ iuſticia lorica: qꝛ ſicut lorica tegit mẽbra: ita iuſticia virtutes omẽs. Sap. 5. Induet ꝓ thorace iuſti ciam ⁊ accipiet ꝓ galea iudicium certũ. Item vt rerum temporalium curam ſupfluã deponam⁹. qꝛ dum his ni mis intendim⁹ nõ habem⁹ pedes paratos ad diuina ne gocia ⁊ myſteria annũcianda. Et ꝓpter hoc dicit. Cal ciati pedes id eſt affect⁹ diſpoſiti in ꝑparatione euãgelij pacis. In ſignuȝ hui⁹ miſit aplos dñs. Marci. 6. calci atos ſandalijs q̃ habent ſubtus ſoleas ꝑ quod ſignificat̃ eleuatio mentis a terrenis ⁊ apperti ſunt ſuperius: ꝑ qđ ſignificat̃ promptitudo ad diuinã ſapientiã. Dicit auteȝ pacis. qꝛ ꝑ euangeliuȝ pax nobis annũciat̃. Matth. 10. In quãcũq̧ domũ intraueritis dicite pax huic domui. Item ſecundo ſunt arma ad ꝓtegendũ. Duo autẽ in no bis ſunt ꝓtegenda que ſunt principia vite. ſcȝ pectus in quo eſt cor. ⁊ caput in quo eſt cerebruȝ. Pro pectore aũt eſt ſcutum. Et ideo dicit. In omnib⁹ ſumentes ſcutũ fi dei. qꝛ ſicut ſcutũ ſuꝑ ponit̃ omĩb⁹ armis: ita fides omĩ bus alijs virtutib⁹. Alia ſunt em̃ arma virtutũ moraliũ ſcȝ tempantie id eſt ſuccinctio lumboꝝ ⁊ iuſticie id ẽ in duitio lorice. ſed hoc genus armoꝝ ſcȝ ſcutum eſt virtu tis theologice ſcȝ fidei. qꝛ ſicut ꝑ ſcutũ repellũt̃ tela: ita ꝑ fidem omĩa contraria ⁊ habet̃ victoria. Heb. 11. San cti ꝑ fidem vicerũt regna. Sed ꝑ virtutes morales vin cim⁹ poteſtates terrenas. Et ideo ait. In q̃ poſſitis oĩa tela ignea nequiſſimi extinguere. ſcȝ diaboli: cuius tela ſunt quedã imiſſiones ꝑ angelos malos. Ignea ſunt qꝛ adurẽtia prauis ꝯcupiſcẽtijs. ps. Supcecidit ignis ⁊c. Hec aũt ꝑ fidem extinguunt̃ q̃ tẽptationes pñtes ⁊ tran ſitorias extinguit ꝑ bona ſpũalia et̃na que ꝓmittit ſacra ſcriptura. Unde dominus Math. 4. diabolo temptanti proijciebat ⁊ opponebat auctoritates ſacre ſcripture. Et ſic debem⁹ facere: ſi temptat de gula ſm illud Deut. 8. Non in ſolo pane viuit homo. Uel illud. Nõ eſt regnũ dei eſca ⁊ potus. Ro. 14. Si de luxuria Nõ mechaberiſ

Sl de furto. Non furtum facies. ⁊ ſic de alijs. Dicit̃ aũt ſcutum fidei. qꝛ ſicut ꝓtegit totum pectus: ita fides debet eſſe in pectore. Spes autẽ dicit̃ galea. qꝛ ſicut galea eſt in capite: ita caput virtutũ moraliũ eſt finis. ⁊ de hoc eſt ſpes ſcʒ de fine. Ec ideo dicit̃. Et galeaʒ ſalutis aſſumite. ¶ Item tertio ſunt arma ad pugnandũ. qꝛ non ſolum ſufficit ſe defendere: ſed etiam aduerſariũ impugnare. Hoc autẽ ſicut fit ꝑ gladium corporaliter: ita ꝑ verbum dei qḋ ẽ ſpũſſancti ſpũaliter. Et ꝓpt̃ hoc dicit. Et gladium ſpũs quod eſt verbuʒ dei ſcʒ aſſumite Heb. 4. Viuꝰ ẽ ſmo dei ⁊ efficax ⁊ penetrabilior omĩ gladio ancipiti ꝑtingẽs vſqꝫ ad diuiſionẽ aĩe ⁊ ſpũs. Et predicatio dicitur gladius ſpũs: qꝛ non penetrat vſqꝫ ad ſpiritũ niſi ducat̃ a ſpũſancto. Matth. 10. Non enim vos eſtis qui loquimini. ſed ſpiritus patris veſtri qui loquit̃ in vobis. Sic ergo habemus arma quibꝰ defendamur a carnalibus hoſtibus ſcʒ a gula ⁊ luxuria qḋ fit ꝑ temperantiam ibi. State ergo ſuccincti lumbos veſtros ⁊c. Item quibus vincamꝰ cupiditates terrenas ſcʒ arma iuſticie: que abſtinere nos faciunt ab illicitis ibi. Induti loricaʒ iuſticie. Et puritatem affectns ſeu paupertatẽ q̃ nos retrahit etiam a licitis ibi. Calciati pedes ⁊c. Item habemus arma quibus ꝓtegamur ab erroribꝰ ſcʒ arma fidei ibi. In omnibꝰ ſumentes ſcutũ fidei. Et etiam ab hoſtibus generꝭ humani ibi. Quo ſcʒ ſcuto fidei poſſitis oĩa tela nequiſſimi ignea extinguere. Item habemus arma quibus in bonis ſpũalibus confirmamur ſcʒ arma ſpei. ibi. Et galeã ſalutis aſſumite. Galea ponit̃ ĩ capite ſicut ſpes in fine. Nunc autẽ caput virtutũ moraliũ eſt ipſe finis de quo eſt ſpes. Unde nihil eſt aliud galeaʒ ſalutis aſſumere ꝙ ſpem de vltimo fine habere. Item habemꝰ arma ad impugnandũ ipſos demones ſcʒ gladium ſpũs qḋ eſt verbum dei qḋ fit frequenter in ſermonibꝰ in quibus verbũ dei penetrans corda peccatoꝝ expellit cogeriem peccatoꝝ ⁊ demonum.

## Lectio quinta.

Er omnẽ orationẽ et obſecrationeʒ
p orantes omni tempore in ſpiritu ⁊ in ipſo vigilantes in omĩ inſtantia ⁊ obſecratione ꝓ omnibus ſanctis ⁊ ꝓ me: vt detur mihi ſermo in apertione oris mei cum fiducia notum facere myſteriũ euangelij ꝓ quo legatione fungor in catena iſta. ita vt in ipſo audeam ꝓut oportet me loqui. Ut autẽ ⁊ vos ſciatis que circa me ſunt q̇d agam: omĩa vobis nota faciet tychicus chariſſimꝰ frater ⁊ fidelis miniſter in dño: quẽ miſi ad vos in hoc ipſuʒ vt cognoſcatis que circa nos ſunt ⁊ conſolentur corda veſtra. Pax fratribus ⁊ charitas cũ fide a deo pr̃e noſtro ⁊ domino ieſu chriſto. Gratia cũ omnibus qui diligunt dñm nr̃m ieſum xp̃m in incorruptione Amen.

Supra poſuit aplꝯs que dixerat de inſidijs ⁊ armaturis: hic exponit illud de cõfirmatione ⁊ confortatione in potentia dei ⁊ hoc fit ꝑ orationẽ dei ſuꝑ auxilio diuino. Facit autẽ tria primo monet eos ad orandum ꝓ ſeipſis. Secundo ꝓ alijs. Tertio ꝓ ipſomet aplo. ¶ Circa primum ponit ſeptem cõditiones orationis. Primo ꝙ debet eſſe perfecta. Unde dicit. Omnẽ orationẽ qḋ fit cuʒ in omnibus recurrit quis ad orationẽ vel orat ꝓ omĩ bono. Secũdo ꝙ ſit humilis nõ preſumptuoſa. pš. Reſpexit in orationẽ humiliũ ⁊c. Qḋ fit qñ homo non putat ſe exaudiri ꝓpter merita ſua ſcʒ ꝓpter miſericordiã diuinã. Et ideo dicit. Obſetrationẽ ſed ꝑ ſacre rei acceptioneʒ. Phil. 4. In omni oratione ⁊ obſecratione cũ gratiaruʒ actione petitiones veſtre innoteſcant apud deũ. Tertio ꝙ ſit continua ibi. Omĩ tempore. 1. theſſal. 5. Sine intermiſſione orate. in omnibꝰ gratias agite. pš. Benedicam dominũ in omni tempore ſcʒ ſtatuto. Quarto ꝙ ſit deuota. qꝛ in ſpiritu. 1. corin. 14. Pſallã ſpũ pſallam et mente id eſt non vt vagus. Quinto ꝙ ſit vigilans ibi. Uigilantes. 1. Pe. 4. Eſtote prudẽtes ⁊ vigilate in orationibus. Sexto ꝙ ſit inſtans ibi. In omĩ inſtãtia Ro. 12. Orationi inſtantes. ⁊c. Septimo caritatiua vt ſcʒ fiat ꝓ omnibus alijs ſanctis. 1. Ti. 2. Obſecro eñ primũ omniũ fieri obſecrationes orationes poſtulationes gratiarum actiones ꝓ omĩbꝰ homĩbꝰ ⁊c. ¶ Deinde vltimo ꝓ ſe. Et ꝓ me inquit. Ubi tria petit ꝓ ſe que cuilibet p̃dicatori ſunt neceſſaria ſcʒ ꝙ os aperiat: ⁊ ad predicãdũ ſe preparet ꝙtum in ſe eſt: vt detur ſibi gratia. Et vt hec tria ſibi dent̃ petit vt oret̃ ꝓ ſe dicẽs: Ut det̃ mihi ſermo in aꝑtione oris mei. Non eñ potero loq̇ niſi qḋ dederit mihi dñs. dicebat ille balaã Numeri. 22. Uñ dominus Matth. 10. Non eñ vos eſtis q̇ loquimini: ſed ſpũs ⁊c. Unde dicit̃ ibidẽ. Dabit̃ eñ vobis in illa hora q̇d loquimini. Hoc aũt dictũ p̃mo ponit hic aplꝯs vt det̃ inq̇t mihi ſermo in apertione oris mei. Col. vlti. Orãtes ſimul ⁊ ꝓ nobis vt deus aperiat nobis hoſtiũ ſermonis. Et ad q̇d paule? Rñdet. vt ſcʒ poſſim cum fiducia notũ facere euangelij myſteriũ ꝓ q̇ legatione fungor in catena. Et hoc eſt ſecundũ qḋ petit. qꝛ nõ ſolũ eſt neceſſariũ p̃dicatori vt det̃ ei ſermo in aꝑtione oris ſeu ſciã. ſʒ vt ſmonem ſibi datũ p̃dicet audacter ⁊ cum fiducia. Et hoc eſt qḋ dicit. Cũ fiducia ⁊c. Et ſic p̃dicabãt apli de q̇bꝰ act̃. 4. Qꝛ loq̇bant̃ cum fiducia verbũ dei. Cõmendat auteʒ aplꝯs officiũ p̃dicationis ab excellẽtia ⁊ altitudine. Uñ dicit. Myſteriũ euangelij. Scḋo oſtendit ꝙ ꝓ ipo libẽter ſuſtinuit tribulatiõʒ ⁊ ignominiã. Unde dicit. Pro quo legatione fungor in catena. De his duobus ſimul Col. vltimo. Ut deus aperiat nobis hoſtiũ ſermonis ad loquendũ myſteriũ xp̃i. ꝓpter quod ⁊ vinctus ſum. Et quia vt dicit̃ Ecc̃. 20. Ex ore fatui reprobat̃ ꝑabola. nõ eñ dicit eam tempore ſuo. ideo aplꝯs non ſolũ petit ꝙ det̃ ſibi ſermo ſeu p̃dicandi ſcientia: ſʒ et gratia loquẽdi cũ fiducia vt ſcʒ non deſiſteret ab incepto ꝓ catenis quibus catenatus erat ab incepto ⁊ cõmiſſo ſibi officio fiducialiter ⁊ fideliter ꝓſequendo. ſed tertio petit vt det̃ ſibi temporis ſeu modi congruentia. quia tempus loquendi ⁊ tempus tacẽdi vt dicit̃ Ecc̃. 3. Et ideo dicit. Ut in ipo audeam ꝓut oportet me loqui ⁊ certe in omnibꝰ modus ⁊ qualitas facit gratum. Et hoc idem petebat apoſtolꝰ Col. vltimo. Ut manifeſtem illud ita vt oportet me loq̄. quia vt dicit̃ prouer. 15. Sermo oportunus optimus. ¶ In fine aũt huius eple aplꝯs ſtatum ſuũ epheſijs manifeſtat cũ dicit. Ut aũt vos ſciatis ⁊c. Ubi prĩo facit qḋ dictũ ẽ. Scḋo eos more ſolito ſalutat ibi. Pax frĩbꝰ ⁊c̃ In prĩa ꝑte tria fac̃. Prĩo ponit̃ ſtatus ſui manifeſtatio ibi. Ut aũt vos ſciatꝭ ⁊c. Scḋo diſcipli nũciantis multiplex cõmẽdatio ibi. Tithicus frater meꝰ chariſſimꝰ ⁊ fidelis ⁊c. Tertio oſtẽdit finẽ ꝓ quo eis manifeſtat ſtatũ ſuuʒ: qꝛ eſt ipſoꝝ conſolatio ibi. Et conſolet̃ corda veſtra Dicit ergo vt aũt vos ſciatis q̃ circa me ſunt. quid agã. omĩa nota vobis faciet ⁊c. Quaſi dicat aplꝯs. Pro myſterio euangelij ꝓ quo catenatus ſum volo ꝙ ſciatis ꝙ catena ⁊ omnes tribulatiões et omĩa ſupplicia q̃ in cre

dito officio inferunt non me angunt: nec cor mutant nec ꝑuertunt interius: nec attingũt. ſed certe ſic ago de iſtis ꝙ om̄ia circa me ſunt non intra. Et qꝛ nõ poſſum ire ad ãnunciandũ vobis vtpote catenatus. omnia nota faciet vobis Tichicus frater meus chariſſimus et fidelis miniſter in dño. Et ideo ſecure credatis ei de om̄ib⁹ Luc. 12. Quiſputas eſt fidelis ſeru⁹ et prudẽs ⁊c. Et iſte certe eſt talis queꝫ miſi ad vos in hocipſum vt cognoſcatis que circa nos ſunt. Et hec eſt diſcipuli cõmendatio. Et ad quid? Ut conſolet corda veſtra. ¶ Deinde cum dicit Pax fratribus ⁊c. ponit aplus conſuetã ſalutationẽ. Et aduertendũ eſt ꝙ licet gratia precedat pacem et charitatem mutuã hominũ ad ſeinuicẽ et ad deum quo ad collationem. qꝛ non eſt pax impijs dicit dñs. tñ quo ad executionem et gratie et veritatis et charitatis cõſeruationem pax precedit ſuo modo. Et ideo ꝑmo optat eis pacem ad ſeinuicem et charitatẽ ad deum dicens. Pax fratribus et charitas cũ fide. Et qꝛ licꝫ pax et charitas multum faciãt ad gratie conſeruationẽ: tamẽ qꝛ ſemꝑ ſupponunt ipſaꝫ gratiã ſine qua haberi nõ poſſunt. ideo optat eis grãm. Unde dicit. Gratia vobis cuꝫ om̄ib⁹ q̃ diligũt dñm noſtrũ ieſum chriſtum. Amen.

Explicit mirabilis lectura glorioſiſſimi doctoris ſancti Thome de aquino ordinis predicatorum ſuꝑ epl'a ſanctiſſimi apl'i Pauli ad Epheſios.

## Incipit deuotiſſima explanatio eiuſdeꝫ angelici doctoris ſancti Thome aquinatis ordinis fratrũ predicatoꝝ ſuper epl'a eiuſdẽ ſanctiſſimi apl'i Pauli ad Philippenſes.

### Prologus

i Iuſtorũ ſemita quaſi lux ſplendens ⁊c. Prouer. 4. In hac auctoritate deſcribit vita ſanctoꝝ ex tribus. Ex eoruꝫ artitudine ibi. Semita. qꝛ Matth. 7. Arta eſt via ⁊c. Job. 28. Semitam ignorauit auis ⁊c. Ex claritate ibi. Lux ſplendens. Eph. 5. Eratis aliquãdo tenebre ⁊c. Juſti em̄ ſunt lucentes ⁊ ideo eorum via eſt lucida. Ex ꝓfectu qꝛ ſemꝑ creſcit. 1. Pe. 2. In eo creſcatis ⁊c. Et hoc vſqꝫ ad ꝑfectuꝫ diem licꝫ glorie. 1. corin. 13. Cum venerit qđ perfectum eſt euacuabitur ⁊c. E conuerſo malorum via lata obſcura tenebroſa ⁊ deficiens. Unde prouer. 4. ſubdit. Uia impiorum tenebroſa ⁊c. Et Matth. 7. Lata porta ⁊ ſpacioſa via q̃ ducit ad perditionem ⁊c. Ex his verbis trahi põt materia hui⁹ epl'e. Erant em̄ in xp̄i recta ſemita tribulationes multas ꝓ xp̄o ſuſtinentes. Item illuminati ꝑ fidem. Infra. 2. Inter q̃s lucetis ⁊c. Item ꝓficiebant vt patet ꝑ totã epl'am. Item cõuenienter poſt epl'aꝫ ad epheſios in q̃ fit inſtructio qualit' ſeruãda ſit eccleſiaſtica vnitas. hi ꝓponunt in exemplũ ſeruãde eccleſiaſtice vnitatis q̃ optime eam ſeruauerunt.

### Capitulũ primũ.

p Aulus ⁊ Timotheus ſerui ieſu chriſti om̄ibus ſanctis in xp̄o ieſu qui ſunt philippis cum epiſcopis ⁊ diaconibus. Gratia vobis ⁊ pax a deo patre noſtro ⁊ domino ieſu chriſto. Gratias ago deo meo in omni memoria veſtri ſemꝑ in cunctis orationibus meis ꝓ omnibus vobis in gaudio deprecationẽ faciens ſuꝑ cõmunicatione veſtra in euangelio chriſti a prima die vſqꝫ nunc: confidens hocipſum qui cepit in vobis opus bonum: ꝑficiet vſqꝫ in diem chriſti ieſu. Sicut eſt mihi iuſtum hoc ſentire ꝓ omnibus vobis eo ꝙ habeam vos in corde ⁊ in vinculis meis ⁊ in defenſione ⁊ cõfirmatione euangelij ſocios gaudij mei om̄es vos eſſe.

Diuidit autẽ hec epl'a in ſalutationẽ ⁊ epiſtolatẽ narrationẽ. Secunda ibi. Gratias ago ⁊c. Circa primũ tria facit. Quia primo deſcribunt ꝑſone ſalutantes. Secũdo perſone ſalutate ibi. Omnibus ſanctis ⁊c. Tertio bona optata ibi. Gratia vobis ⁊c. Circa primuꝫ ꝑmo ponunt perſone ſalutantes. Secundo eorũ conditio ibi. Serui. ⁊c. Circa primũ ꝑmo ponit ꝑſona ꝑncipalis cum dicit: Paulus. Et interpretat paulus quaſi modic⁹. In quo notat eius humilitas Eſa. 60. Minimus erit in mille et paruus in gentem fortiſſimã Secũdo ibi. Timotheus. ponit perſona adiuncta: qꝛ fuerat eorũ predicator. infra. 2. Neminem enim habeo tam vnanimẽ qui ſincera affectione ꝓ vobis ſollicitus ſit. ¶ Deinde cum dicit: Serui. ⁊c. ponit conditio eorũ. 2. corin. 4. Non em̄ noſmetipos predicam⁹: ſꝫ ieſum xp̄m dñm nr̄m. nos aũt ſeruos veſtros ꝑ ieſum ⁊c. Sed contra Jo. 15. Iam non dicam vos ſeruos ⁊c. Reſpondeo duplex eſt ſeruit⁹ ſm duplicem timorẽ. Timor em̄ pene cauſat malam ſeruitutẽ. et de hac intelligit dictũ illud ꝑmiſſuꝫ Jo. 15. Timor vo caſt⁹ cauſat ſeruitutẽ reuerẽtie. et de hac loquit apl's hic Perſone ſalutate ſunt oẽs de eccl'ia philipenſi id ẽ minores. Uñ dicit. Om̄ib⁹ ſcis q̃ ſunt philippis. q̃ eſt ciuitas quã philipp⁹ condidit. Et dicit ſanctis. et hoc ꝓpt baptiſmũ Ro. 6. Quicũqꝫ baptizati ſum⁹ in xp̄o in ipſi⁹ morte baptizati ſumus ⁊c. Maiores aũt tangit dicens. Cũ epiſcopis ⁊c. ¶ Queſtio eſt quare minores ꝑponit maioribus. qꝛ prius eſt populus q̃ prelatus. Ezech. 34. Nonne greges paſcunt a paſtoribus? Greges em̄ paſcẽdi ſunt a paſtoribus non e conuerſo. Item cur intermittit preſbyteros. Reſpondeo, dicendum eſt ꝙ comprehendunt cum epiſcopis: qꝛ in vna ciuitate non ſunt plures epiſcopi. Unde dicẽs in plurali dat intelligere etiã preſbyteros. Et tamẽ eſt alius ordo: qꝛ ex ipſo euangelio hoc legit ꝙ poſt deſignationẽ duodecim apoſtoloruꝫ quoꝝ perſonas gerũt epiſcopi deſignauit ſeptuagintaduos diſcipulos quorũ locum ſacerdotes tenent. Dionyſius etiam diſtinguit epiſcopos ⁊ ſacerdotes. ſed in principio licet ordines fuerint diſtincti: nõ tamẽ nomina ordinum. ¶ Deinde ponit bona optata ibi. Gratia ⁊c. Et ſunt duo que includunt om̄ia. Primũ eſt gratia dei remittens peccata. Ephe. 2. Gratia ſaluati eſtis ⁊c. Ultimũ eſt pax hominis. pſ. Qui poſuit fines tuos pacẽ ⁊c. Et ꝑ conſequẽs optat bona media. ⁊ hoc a deo pr̄e Jac. 1. Omne datũ optimũ: ⁊ om̄e donũ perfectũ deſurſuꝫ ẽ deſcendens a pr̄e luminũ ⁊c. Itẽ ꝑ meritũ humilitatis xp̄i. Et iõ addit. Et dño ieſu xp̄o. Jo. 1. Gr̄a ⁊ veritas ꝑ ieſuꝫ xp̄m facta ẽ. Eph. 2. Ipſe ei ẽ pax nr̄a ⁊c. ¶ Cõſequent ponit epl'areꝫ narrationẽ. Et circa hoc duo facit. Primo quia agit gratias de preteritis. Secũdo hortat ad profectum in futurum ibi. Scire autem vos volo ⁊c.

Circa ꝑmum ꝑmo premittit gratiaꝝ actionē ꝓ eis. Se-
cundo materiā eius ibi. Super cōmunicatione ⁊c. Gra-
tias aūt agit adiuncto gaudio ⁊ deprecatione. Et iō hec
tria tangens dicit. Gratias deo noſtro. Gratias agere ē
recognoſcere gratiam ſibi factam. i. theſſal. vltimo. In
omnib⁹ gratias agite. ⁊c. ¶ In omni memoria: qꝛ in eis
nihil occurrit aplo qđ non eiſſet dignum gratiarū actio-
ne. Et hoc eſt valde magnū. ꝓuer. 10. Memoria iuſti
cū laudibus ⁊c. ¶ Pro omnib⁹ Eſa. 60. Populus aūt
tuus omnes iuſti in ꝑpetuū ⁊c. Agit ergo gratias ꝓ eo-
rum bono. orationem ⁊ deprecationem ꝓ cuſtodia. totū
tū ꝓ gaudio. 1. Reg. 12. Abſit aūt a me hoc peccatū in
dño vt ceſſem orare ꝓ vobis. ¶ Deinde cum dicit. Su-
per cōmunicatiōe ⁊c. tangit de materia triū predictoꝝ.
Et ꝑmo ponit materiā gratiarū actionis. Secundo gau
dij de futuris ibi. Cōfidens ⁊c. Tertio deprecatiōis ibi.
Teſtis ⁊c. Dicit ergo. Sup cōmunicatione ſcꝫ qua cō-
municaſtis doctrine euangelij credendo ⁊ opere implē-
do. Hec eſt eñi vera cōmunicatio Heb. vltimo. Benefi
centie autē ⁊ cōmunionis nolite obliuiſci ⁊c. ¶ A ꝑma
die. ⁊c. Ecc. 27. Homo ſanctus in ſapiētia manet ſicut
ſol ⁊c. Et hocipſum confidens de vobis gaudeo: qꝛ qui
cepit ⁊c. Iere. 17. Maledictus homo qui confidit in ho
mine. ⁊ ponit carnem brachium ſuū. Benedictus vir q̄
confidit in dño ⁊ erit dñs fiducia eius. ⁊ hoc in virtute
dei. Et ideo dicit. Cepit ⁊c. Io. 15. Sine me nihil pote-
ſtis facere. Qđ eſt contra pelagianos qui dicunt princi
pium boni operis eſſe ex nobis: ſꝫ conſumationē ex deo.
Sed hoc non eſt verum. qꝛ principiū boni operis in no-
bis eſt cogitare de bono. ⁊ hocipſuꝫ eſt a deo. 2. corin. 3.
Non ꝙ ſufficientes ſimus cogitare aliq̄d a nobis quaſi
ex nobis ⁊c. ¶ In diem xp̄i ieſu quo remunerabit ſingu
los. 2. Ti. vltimo. In reliquo repoſita eſt mihi corona
iuſticie quā reddet mihi dñs ⁊c. 1. corin. 1. Confirmabit
vos vſqꝫ in finem ſine crimine ⁊c. ¶ Ratio gaudij ponit
cum dicit. Sicut eſt mihi ⁊c. qꝛ ſcꝫ iuſtum eſt qꝛ congau
detis mihi de bonis meis. Eo ꝙ habeaꝫ vos ⁊c. Quaſi
dicat. habeo de vobis hanc conſcientiaꝫ tales vos eſſe.
ideo gaudeo vt ſcꝫ gaudeatis de his de quib⁹ ⁊ ego. qđ
eſt in vinculis meis. qꝛ tunc ꝓ xp̄o fuit ligatus de q̄ gau
debat Iac. 1. Omne gaudium exiſtimate fratres mei cū
in varias temptationes incideritis: ſcientes ⁊c. Act. 5.
Ibant apl̄i gaudentes a cōſpectu concilij. quoniā digni
habiti ſunt ꝓ nomine ieſu contumeliā pati ⁊c. ¶ Et in
defenſione ⁊ confirmatione euangelij ſcꝫ audacter predi
cando contra tirannos ⁊ hereticos. Et qꝛ ꝯfirmabat euā
geluim in cordibus fideliuꝫ Act. 18. Perambulans ex
ordine galatiam regionem ⁊ frigiam: confirmans om̄es
diſcipulos. Vel aliter ſm glo. In corde id eſt deſiderio
vt ſocij ſitis ſempiterni gaudij: Io. 16. Gaudium veſtrū
nemo tollet a vobis. Et hoc non poteſt abſtrahi a corde
meo. qꝛ etiam in vinculis exiſtens: ⁊ intentus confirma
tioni ⁊ defenſioni euangelij ſollicitudo de vobis non re-
cedit de corde meo.

## Capitulum primū.

t Eſtis enim mihi eſt deus quō
cupiam omnes vos eſſe in vi-
ſcerib⁹ ieſu chriſti. Et hoc oro
vt charitas veſtra magiſ ac ma
gis abundet in omni ſcientia ⁊ in omni ſen
ſu: vt ꝓbetis potiora: vt ſitis ſinceres ⁊ ſine
offenſa. in diem chriſti: repleti fructu iuſti-
cie ꝑ ieſum chriſtum in gloriam ⁊ laudē dei
Scire autem vos volo fratres qꝛ que circa
me ſunt: magis ad profectū venerunt euan
gelij: ita vt vincula mea manifeſta fierēt in
chriſto in omni pretorio ⁊ in ceteris omni-
bus: vt plures e fratribus in domino confi
dentes in vinculis meis abundanti⁹ aude-
rent ſine timore verbum dei loqui. Quidā
quidem ⁊ ꝓpter inuidiam ⁊ contentioneꝫ.
quidam autē ⁊ ꝓpter bonam voluntatem
chriſtum predicant. Quidam ex charitate
ſcientes quoniā in defenſione euangelij po
ſitus ſum. Quidā autē ex contentione chri
ſtum ānunciant nō ſincere: exiſtimātes ꝑſ-
ſuram ſe ſuſcitare vinculis meis.

Poſita materia gaudij de ſpe futura: hic oſtendit ſup q̄
deprecationeꝫ ꝓ eis facit. E primo premittit ſuū deſide
rium qđ oſtendit om̄ino feruens. Secundo materiā de-
precationis ibi. Et hoc oro ⁊c. Et qꝛ cordis deſiderium
ſoli deo eſt manifeſtum: ideo inuocat deum teſtem ꝙ ꝓ
eis deprecet cum deſiderio. Iob. 16. Ecce in celo teſtis
meus eſt ſcꝫ deus ⁊c. Quomō cupiam vos ſcꝫ ego exi-
ſtens in viſceribus ieſu xp̄i. Vel quō cupiam vos eſſe in
eis. quaſi dicat. Cupiam veſtram ſalutē ⁊ participatio-
nem viſceroſe charitatis chriſti Luc. 1. Per viſcera mi
ſericordie dei ⁊c̄. q̄ſi dicat. qꝛ ad ꝓfūda ⁊ intima cordis
virt⁹ amoris ꝑtingit. Vel cupiam vt ſitis in viſceribus
ieſu chriſti vt ipſum intime diligatis vt ⁊ diligamini ab
eo. in hoc eñi vita hominis conſiſtit. ¶ Deinde cum di-
cit. Et hoc oro ⁊c. ponit deprecationē ⁊ tria bona optat
Primo quantū ad interiorē charitatis augmentū. Affe
ctus eñi interior ꝑficit ꝑ charitatē. ⁊ ideo non habenti
charitatē optandū eſt vt habeat. habēti vero vt ꝑficiat.
Vñ dicit vt charitas ⁊c. Pro augmento aūt charitatis
orandus eſt deus. qꝛ ſolus deus hoc in nobis operat. 2.
corin. 9. Potens eſt autē deus omnē gratiam abunda-
re facere in vobis vt in omnibus ſemꝑ omnē ſufficien-
tiam habentes abundetis in omne opus bonum ⁊c. Et
hoc neceſſariū vt petamus ⁊ nos. qꝛ Matth. 5. Niſi abū
dauerit iuſticia veſtra pluſꝗ̄ ſcribaꝝ ⁊ phariſeoꝝ nō in-
trabitis in regnum celorum ⁊c. ¶ Secundo quantū ad
intellectum. Unde dicit. In ſcientia. Sed nunquid ex
charitate ꝓuenit ſcientia? Sic. qꝛ dicit. 1. Io. 2. Et vos
vnctionem quā accepiſtis ab eo manet in vobis. et non
neceſſe habetis vt aliquis doceat vos. ſed ſic vnctio do-
cet vos de omnib⁹ ⁊c. Item charitas eſt ſpūs de quo di
citur Io. 16. Cum venerit ille ſpūs veritatis docebit vos
omnē ⁊c. Cuius ratio eſt qꝛ qui habet habitū ſi rectus ē
habitus: ſequit inde rectum iudiciū de his que ꝑtinent
ad illum habitum: ſi vero corruptus falſum. Sicut circa
venerea temꝑatus habet bonū iudiciū. intemꝑatus nō:
ſed falſum. Om̄ia autē que a nobis fiunt ſunt informan
da charitate. ⁊ ideo habens charitatē habet rectum iu-
dicium: ⁊ quantū ad cognoſcibilia. Et ſic dicit: In ſciē-
tia qua ſcꝫ agnoſcat veritateꝫ ⁊ inhereat circa ea que ſunt
fidei. Hec eſt ſcientia ſanctoꝝ. de q̄ dicit ſap. 10. Et quā-
tum ad operabilia ⁊ ſic dicit. In omni ſenſu. Qui ē vis
cognoſcitiua circa exteriora obiecta. Et ꝓpriū eius ē vt
ſtatim iudicet de ꝓprio ſenſibili recte. Et ideo hoc nomē
tranſlatum eſt ad interius iudiciū rationis. Unde ſenſa
ti dicunt habere rectum iudiciū circa agibilia. Sap. 1.
Sentite de dño in bonitate ⁊c. Sap. 6. Cogitare ꝗ de
illa ſenſus eſt cōſumatus ⁊c. Sed hic ſenſus debet eſſe

non tantū conſideratiuus ſed etiam diſcretiuus inter bo
num ⁊ malum ⁊ inter bonū ⁊ melius. Unde ſubdit. Ut
ꝛc. ¶ Nota ꝙ charitas ꝑficit ſenſum vt ꝓbet bona: ſed
ꝑfecta chritas vt ꝓbet meliora. 1. Corin. 12. Emulami
ni meliora cariſmata. et infra ca. 14. Sectamini charita
tem ꝛc. Et ideo dicit. potiora. ¶ Tertio q̃tum ad effe-
ctum. Et p̃mo ponit imunitatem a malo. Secundo per-
fectionez in bono. Primū in hoc qḋ dicit. Et ſitis ſince-
res. Eſt em̄ duplex peccatum vitandū. ſcꝫ interioris cor
ruptionis qua homo corrumpit̃ in ſe. ⁊ hoc excludit̃ per
ſinceritatē. 1. Corin. 5. In azimis ſinceritatis ꝛc. Aliud
eſt in ꝓximo ſcꝫ offenſa. Et ideo dicit. Sine offenſa. 1.
Corin. 4. Sine offenſione eſtote iudeis ⁊ gentibꝰ et ec-
cleſie dei ſicut ⁊ ego ꝛc. Et. 2. Corin. 6. Nemini dantes
vllam offenſionē ꝛc. In diem chriſti ieſu id eſt ſemꝑ xp̃o
et Matth. 24. Qui pſeuerau erit vſqꝫ in finem hic ſal-
uus erit. Quantū ad gratiam dicit. Repleti fructu iuſti
cie vt opa iuſticie quidā fructꝰ ſint. Ro. 6. Habetis fru-
ctum veſtrum in ſancificatione ꝛc. Uel fructu iuſticie id
eſt p̃mio iuſticie ſcꝫ corona. 2. Ti. 4. In reliquo repoſi-
ta eſt mihi corona iuſticie ꝛc. Sap̃. 4. Bonorū em̄ labo-
rum glorioſus ē fructus ꝛc. Et hoc habet̃ ꝑ xp̃m qꝛ om-
nia que facimus ſunt bona ꝑ ipſum. Jo. 15. Sine me ni-
hil poteſtis facere ꝛc. Et hec faciēda ſunt hoc fine ſcꝫ in
laudem dei. qꝛ ex operibus ſanctorū deus clarificat̃ vn̄
alij ꝓrumpunt in laudem dei. pſ̃. Laudate dn̄m in ſan
ctis eius ꝛc. Jere. 33. Erit mihi in nomen ⁊ in gaudiū et
in laudem ⁊ in exultationē cunctis gentibꝰ terre que au
dierint omnia bona. ꝛc. ¶ Deinde cum dicit. Scire aūt
ꝛc̄. admonet ad futura. Et p̃mo ponit exempla exequen
da ⁊ vitanda. Secundo concludit moralem monitionez
in quarto capitulo ibi. Itaqꝫ fratres mei chariſſimi ꝛc̄.
Circa primū duo facit. qꝛ primo oſtendit que ſunt imitā
da. Secūdo que ſunt vitanda tertio capº. ibi. Decetero
ꝛc̄. Item p̃ma diuidit̃ in duas. qꝛ p̃mo inducit ſe eis imi
tandū. Secundo alios: ſecūdo cap. ibi. Si qua ergo ꝛc.
Item p̃ma in tres. qꝛ p̃mo ponit in exemplū ꝓfectuꝫ ſu-
um. Secundo gaudium qḋ habet ex ꝓfectu ibi. Quid
em̄ ꝛc. Tertio fructum ex ꝓfectu ſuo ibi. Scio enim ꝛc̄.
Itē p̃ma in duas. Priō p̃mittit ꝓfectū. Secūdo modū
ibi. Ita vt vincula mea ꝛc. Dicit ergo. Monui vos ad ꝓ
fectum et vt formā habeatis ꝓfectum meū ſcire vos vo-
lo et que circa me ſunt exterius. qꝛ tribulationes et ſi ex-
terius eſſent non imutabant interius: ſed magis ad pro-
fectum venerunt. qꝛ ex eis fides predicata magis ꝓfecit
2. Corin. 1. Siue tribulamur ꝓ veſtra exhortatione ⁊ ſa
lute. ſiue conſolamur ꝓ veſtra conſolatione ꝛc. Et oſten
dit ꝓfectū Primo quantū ad ſe. Secundo q̃tum ad ali
os ibi. Ut plures ꝛc. Quantū ad ſe quidē manifeſtū fue
rat ꝙ talia ꝓ xp̃o pateret̃ conſtanter: ita vt vincula qḋ ē
glorioſum ꝓ chriſto. 1. Pe. 4. Nemo veſtrum patiatur
quaſi homicida aut fur aut alienoꝝ appetitor: ſi auteꝫ vt
chriſtianus non erubeſcat ꝛc. In omni pretorio ſicut in
curia ceſaris ꝛc. Ex parte vero alioruꝫ fides creſcebat in
cōmuni. Un̄ dicit. Ut plures ꝛc. 1. Machab. 6. De ele-
phantibus. Ecc̃. 10. Scḋm iudiceꝫ populi ſic ⁊ miniſtri
eius ꝛc. ꝓuer. 28. Juſtus quaſi leo confidens abſqꝫ ter-
rore erit ꝛc. Ex parte tn̄ aliorum eſt diuerſitas: qꝛ quidā
bene loquebant̃: quidā male. ⁊ qui bene: quidā ex gene-
rali charitate: et quidā ex ſpeciali amore ad apl̃um. Et
q̄ male quidā ex generali malicia: quidā ex ſpeciali odio
ad apl̃um. Sed vt mihi videt̃ apoſtolus duplicem oſten
dit cauſam ꝓpter quā quidam p̄dicabant: Primo ꝓpt̃
inuidiam. Et ideo apoſtolꝰ eorum prauā intentionē oſtē
dit dicens: Quidā quideꝫ ⁊ ꝓpter inuidiam ꝛc. Jac. 3.
Ubi zelus ⁊ contentio ibi inconſtantia et om̄e opus pra-

uum. j. Corin. 3. Cum ſit inter vos zelus ⁊ cōtentio nō-
ne carnales eſtis ꝛc. Secundo ꝓpter amorem chriſti et
euangelij. Unde dicit. Quidā ꝓpter bonā ꝛc̄. pſ̃. Be-
nigne fac in bona voluntate ꝛc. Sed apl̃us addit dicēs
Quidam vero ex charitate ſcꝫ que facit bonaꝫ volunta-
tem ꝛc. quia vt ſupplerent defectum mei docentis predi
cauerunt. ¶ Deinde apl̃us exponit qḋ dixerat dicens ꝙ
quidā non ſm̄ ſanam intentionem: ſed ex contentione.
Corrupta eorum contentio dupliciter patuit. Uno mo-
do vt publice predicando turbationē facerent in populo
gentili contra apoſtolum ſupra illam quaꝫ habuit. Alio
modo quia credebant ꝙ paulus audiens eos vſurpare
officium ſibi cōmiſſum turbaretur. ⁊ ex hoc adderet̃ af-
flictio afflicto.

## Lectio ſecunda.

Uid em̄: Dum omni modo ſiue ꝑ
occaſionē ſiue ꝑ veritateꝫ chriſtus
annūciet̃. ⁊ in hoc gaudeo: ſed et
gaudebo. Scio em̄ quia hoc mihi ꝓueniet
ad ſalutem. ꝑ veſtram orationem ⁊ ſubmi-
niſtrationē ſpiritus ieſu chriſti ſm̄ expecta
tionem ⁊ ſpem meaꝫ qꝛ in nullo confundar:
ſed in omni fiducia ſicut ſemper ⁊ nunc ma-
gnificabit̃ chriſtus in corpore meo ſiue ꝑ vi
tam ſiue per mortē. Mihi enim viuere chri
ſtus eſt ⁊ mori lucrum. Qꝫ ſi viuere in car-
ne: hic mihi fructus operis eſt ⁊ quid eligā
ignoro. coartor autē e duobus deſiderium
habens diſſolui et eſſe cum chriſto. multo-
magis melius ꝑmanere autē in carne neceſ
ſarium ꝓpter vos.

Supra apapoſtolus deſcripſit profectū ex ipſo ſubſecu-
tum: hic agit de gaudio concepto ex hoc ꝓfectu. Et po-
nitur p̃mo materia gaudij. Secundo ipſum gaudiū ibi
Et in hoc gaudeo ꝛc. Contingit autē quandoqꝫ ꝙ aliqḋ
gaudium ꝓuenit ex bona cauſa. et hoc directe et per ſe ⁊
qn̄qꝫ ex mala cauſa. ⁊ hoc indirecte et ꝑ accidēs. Qn̄ eī
eſt ex bona cauſa gaudēdū eſt de effectu et de cauſa ſicut
de elemoſyna facta ꝓpter deum. Sꝫ qn̄ eſt ex cauſa ma
la tunc eſt gaudendū de effectu: ſed de cauſa non. Et ſic
de redemptione ꝑ xp̃m que fuit ex ſcelere iude et iudeo-
rum. Ita contingit in eccleſia vbi ꝓuenit vtilitas: qn̄qꝫ
ꝑ bonos predicatores q̄ ad bonam intentionē. qn̄qꝫ per
malos quo ad malā. ⁊ de vtroqꝫ gaudendū ē ſicut dictū
eſt. Et ideo dicit. Quid em̄ ꝛc. Per occaſionē annūciat
xp̃m qui non intendit hoc principaliter. ſed ꝓpter aliud
puta lucrū vel gloriā ꝓuer. 18. Occaſiones querit q̄ re-
cedere vult ab amico. Per veritatē autē qn̄ ex recta in-
tentione Eſa. 36. Obſecro dn̄e memento queſo quō am
bulauerim coram te in veritate ⁊ corde perfecto ꝛc. Sed
hoc fit vtroqꝫ modo ad vtilitatem eccleſie. ideo dicit. Si
xp̃s annūciet̃ ꝛc. qꝛ ſi aliud annūciaret q̃ xp̃m tunc mul
tum intereſſet qḋ fit qn̄ falſa doctrina docet̃. Augu. Pa
ſtor q̄ ꝓpter veritatem ānuuciat eſt amādus. mercenari
us q̄ ꝓpter lucrū eſt tolerandus: qui falſa expellendus.
¶ Deinde ponit gaudiū conſequens dicens. In hoc ſcꝫ
ꝙ vincula mea manifeſta ſunt ꝓpter xp̃m et ꝙ xp̃s an-
nūciatur gaudeo in preſenti. Jo. 14. Si diligeretis me
gauderetis vtiqꝫ ꝛc. Et gaudebo in futurū Eſa. 51. Gau
dium et leticiam obtinebunt ꝛc. ¶ Deinde cum dicit.

Scio em̄ ꝛc. ponit fructum ex ꝑfectu ſuo ꝓuenientem
Et ṗmo ponit ipſum fructū. Secūdo mouet quandā du-
bitationem ibi. Q̄ ſi viuere ꝛc. Item ṗmo ꝓponit fru-
ctum. Secundo auxiliū ipſum ꝯſequēdi ibi Per veſtrā
oratione ꝛc. Tertio aſſignat materiam fructus ibi. Sed
non in om̄i ꝛc. Dicit ergo. Gaudeo de his: ⁊ hoc ꝓpter
fructum ꝓuenientē ex eis in ſalutē eternā Eſa. 45. Sal
uatus eſt iſrael in dn̄o ſalute eterna ꝛc. Et hoc ideo. q̄a
qn̄ nos aliq̄ bona facimꝰ coopando ſaluti alioꝝ redun-
dat in ſalutē noſtrā. Si em̄ vt dicit̄ Matth. 18. Qui ſcā
dalizauerit vnum ex his puſillis ꝛc̄. quāta gloria dignꝰ
eſt q̄ ſalutem multorū ꝓcurat. Auxiliuꝫ autē eſt triplex:
ſcꝫ ex ꝑte aliorū mutua oratio. Unde dicit. Per veſtras
orationes ſcꝫ ex quibus ſpero adiuuari a deo. Iac. vltio
Orate ꝓ inuicem vt ſaluemini ꝛc. Ex parte dei de q̊ ha-
bemus ſpem ſalutis. Eſa. 26. A facie tua dn̄e cōcepimꝰ
et q̄ſi ꝑturiuimꝰ et peperimꝰ ſpm̄. Et ideo dicit. Et ſub-
miniſtrationē ſpūs ieſu xp̄i Ro. 8. Spūs adiuuat infir-
mitatē noſtraꝫ. Et loquit̄ ſimilitudinarie. qn̄ em̄ aliquis
eſt debilis indiget releuāte vt ſuſtentet̄ ⁊ hoc eſt ſubmi-
niſtrare Et nos debiles ſumus ideo indigemꝰ ſubmini-
ſtratione ſpūs Io. 14. Et ſuggeret vobis om̄ia ꝛc. ſcꝫ q̄-
ſi vobis ſubminiſtrādo. Item ex parte noſtra eſt ſpes in
deo. qꝛ ꝓuer. 11. Qui confidit in diuitijs corruet. Opoꝛ
tet ḡ ꝙ ſpes noſtra ſit in deo ꝛc. pſ̄. Qui confidūt in do-
mino ſicut mons ſyon ꝛc. Et ideo dicit. Scd̄m expecta-
tionem ⁊ ſpem meam. Sed nonne ſpes eſt expectatio fu
ture beatitudinis? Dicendū eſt ꝙ ſpes eſt motus appeti
tus in bonum arduū. Et hoc qn̄ quis ſperat adipiſci per
ſe. ſic ſpes eſt ſine expectatione. quādo autē ꝑ alium tūc
eſt ſpes cum expectatione. ⁊ ſic nos expectamꝰ ſpem ha-
bentes aliquid conſequi ꝑ alium. pſ̄. Expectās expecta
ui dominū ꝛc. Ro. 8. Spe ſalui facti ſumus. Sed dicit
ſcio ⁊ poſtea ſpero ⁊ expecto. Nunq̄d certa eſt hec ſpes?
Reſpondet apl̄us dicens. Ita. qꝛ in nullo confundar. 1.
Machab. 2. Om̄es qui ſperant in illo non infirmantur
Ro. 5. Spes autē non confundit. Ecc̄. 2. Nullus ſpera
uit in domino et confuſus eſt ꝛc. Huiꝰ ṗmo rationē aſſi
gnat. Secundo exponit eam. Ratio hec ſumit̄ ex hoc ꝙ
ipſe totaliter ordinat̄ ad ſeruitiū xp̄i. Quaſi dicat. Ideo
hec mihi ꝓuenient in ſalutem: qꝛ totaliter ſum ad ſerui-
tium xp̄i. Et ṗmo ponit fiduciaꝫ. Secundo ꝑſeuerantiā.
Tertio certitudinē intentionis. Dicit ergo. Sed in om̄i
fiducia ꝛc. Quaſi dicat. Multi ꝑſequūt̄ me: ſed ego cō
fido in deum Eſa. 12. Fiducialiter agam ⁊ nō timebo ꝛc̄
pſ̄. Fiducialiter agam in eo. Sicut ſemꝑ id ē a ṗncipio
conuerſionis. Act̄. 9. Quō in damaſco fiducialiter ege-
rit ꝛc. Ita ⁊ nunc Iob. 27. Iuſtificationē meā quā cepi
tenere non deſeram. ꝛc. Tertio oſtendit ꝙ ſit eius recta
intentio. qꝛ magnificabit̄ ꝛc. chriſtus cum ſit verus deꝰ
non poteſt in ſeipſo magnificari vel minorari: ſed in no-
bis id eſt in cognitione aliorum. tunc ergo quis magnifi
cat chriſtū qn̄ eius cognitionem dilatat Ecc̄. 43. Quis
magnificabit eum ſicuti eſt a ṗncipio. Et hoc ⁊ verbo ⁊
facto quādo magnitudo diuini effectus oſtendit magni-
tudinem eius. Et inter effectus mirabiles iuſtificatio ē.
Hec ꝗdiu eſt in corde hominis latens non magnificat̄ ꝑ
eam xp̄s niſi quantū ad cor illius: non ꝗtum ad alios: ſꝫ
qn̄cūq; prorumpit in exteriora ꝑ actus corporales appa
rentes: tunc magnificat̄. Et ideo ait. In copore meo. In
corꝑe noſtro xp̄s dupliciter magnificat̄. Uno modo in-
quantū corpus noſtruꝫ deputamꝰ ad obſequiū eius. mi-
niſteria eius corporaliter exequendo. 1. Corin. 6. Glori-
ficate ⁊ portate deum in corpore veſtro ꝛc. Alio mō cor-
pus noſtrum exponendo ꝓ xp̄o. 1. Corin. 13. Si tradide
ro corpus meum ita vt ardeam ꝛc. Sꝫ ṗmus modus fit

ꝑ vitam. Secundus vero ꝑ mortem. Ideo dicit. Siue ꝑ
vitam qꝛ viuendo operat̄. ſiue ꝑ mortem. Ro. 14. Siue
viuimus ſiue morimur dn̄i ſumus ꝛc. Qd̄ etiam intelli-
gi poteſt de morte ſpūali Col̄. 3. Mortificate mēbra vr̄a
que ſunt ſuꝑ terram ꝛc. ¶ Deinde exponit quō mortifi-
cabitur ꝑ vitam ⁊ ꝑ mortē dicens. Mihi viuere ꝛc. Ui-
ta em̄ importat motionē quandā. Illa em̄ viuere dicun
tur que ex ſe mouent̄. Et inde eſt ꝙ illud videt̄ eſſe radi-
caliter vita homīs qd̄ eſt ṗncipiū motus in eo. Hoc autē
eſt illud cui affectus vnitur ſicut fini. qꝛ ex hoc mouetur
homo ad om̄ia. Unde aliqui dicunt illud ex quo mouet̄
ad operandū vitam ſuaꝫ: vt venatores venationē. et ami
ci amicū. Sic ergo xp̄us eſt vita noſtra: quoniā totū ṗn-
cipiū vite noſtre ⁊ operationis eſt xp̄s. Et ideo dicit apo
ſtolus. Mihi viuere ꝛc. qꝛ ſolus xp̄s mouebat eum. Et
mori lucrum: hic apoſtolꝰ ꝓprie loquitur. Quilibet em̄
ſibi ad lucrum reputat qn̄ vitam quā habet imperfectam
poteſt perficere. Sic infirmus ad lucrum reputat ſanam
vitam. Uita noſtra chriſtꝰ eſt Col̄. 3. Uita veſtra abſcō-
dita eſt cum xp̄o in deo ꝛc. ſed hic eſt imperfecta. 2. coꝛ.
5. Quādiu ſumus in corpore peregrinamur a dn̄o ꝛc̄.
Et ideo qn̄ morimur corpore ꝑficit̄ nobis vita noſtra ſcꝫ
xp̄s cui tunc preſentes ſumꝰ. pſ̄. Cum dederit dilectis
ſuis ſomnū. ꝛc. 2. Ti. 4. Ego em̄ iam delibor ⁊ tempꝰ
mee reſolutionis inſtat ꝛc. ¶ Deinde cū dicit. Qd̄ ſi vi-
uere ꝛc. ponit dubitationē quandā circa q̄ ea dicta ſunt.
Et circa hoc duo facit. Primo ponit dubitationē. Secū
do ſoluit eam ibi. Et hoc confidens ꝛc. Itē ṗma in duas
qꝛ ṗmo ꝓponit dubitationē. Secundo ꝓponit ratiōes
ad vtrāq; partē ibi. Coartor autē ꝛc̄. Dicit ergo. Si vi-
uere in carne hic mihi eſt fructus ꝛc. verum eſt ꝙ in cor-
pore meo dum viuo magnificat̄ xp̄s. Ergo viuere meum
in carne id eſt vita mea in carne eſt huiuſmodi fructus.
Inde predicat effectum de cauſa id eſt ſi vita affert mihi
hunc fructum vt xp̄s magnificet̄ vita in carne eſt bona ⁊
fructuoſa Ro. 6. Habetis fructū veſtrū in ſanctificatiōꝫ
ꝛc̄. Si ḡ ita eſt ignoro q̄d eligam vtrū mori vel viuere.
Ro. 8. Nam q̄d oremus ſicut oportet neſcimꝰ ꝛc̄. Sap̄.
9. Cogitationes enim mortaliū timide ⁊ incerte ꝓuidē-
tie noſtre ꝛc. Sꝫ quare dubitas? Quia coartor ꝛc. Pri-
mo ponit rationem ad partē vnam. Secundo ad aliam.
In hoīe em̄ duplex eſt motus: nature ſcꝫ et gratie. Na-
ture ad non moriendū. 2. corin. 5. Nolumꝰ expoliari ſed
euangelice fidei veritatē. Secūdo actorē huius ſtatus. ibi. Qui eſt ymago ⁊c. Item prima in duas. qꝛ primo agit gratias ꝓ beneficijs ſpecialiter exhibitis coloſſenſibus. Secūdo ꝓ exhibitis generaliter eccleſie ibi. Gratias agentes ⁊c. Circa primū duo facit. qꝛ primo cōmendat gratiarūactionē deo pro iſtis. Secūdo oſtendit orationis materiā ibi. Audientes ⁊c. Iterū prima in duas. quia primo p̄mittit gratiarūactionē. Secūdo orationē. ibi. Orantes. Dicit ergo. Gratias agimꝰ deo actori gratiarū. 1. theſ. vlti. In oībus gratias agite. Et hoc ſemꝑ ꝓ preteritis ⁊ futuris. Licet eīn non cōtinue in actu poſſimus orare: tamē ſemper ex habitu charitatiſ debemus orare. 1ͤ. theſ. vlti. Sine intermiſſione orate ⁊c. Luce. 18. Oportet ſemper orare. ¶ Deinde ponit̄ materia. et primo gratiarūactionis. Scd̄o oratiōis ibi. Ideo ⁊ nos ⁊c. Circa primū primo cōmemorat bona eorū. Secūdo quomō fuerūt ea adepti ibi. Quā audiſtis ⁊c. Bonū noſtrū principaliter eſt in fide ſpe ⁊ charitate. Per fidē eīn habemꝰ noticiā dei. per ſpem eleuamur in ip̄m. ſed charitate vnimur ei. 1ͤ. coꝝ. 13. Nunc aūt manēt fides. ſpes charitas tria hec ⁊c. Et ideo de iſtis tribus gratias agit Primo ꝙ fidem habēt. Non eīn ipſe predicauerat eis. ſed quidā diſcipulus epaphras noīe. ⁊ poſtea archippꝰ Et ideo dicit. Audientes fidē que eſt principiū ſp̄ualis vite. Abac. 2. Iuſtus meus ex fide. Heb. 11. Accedentē ad deū oportet credere ⁊c. Sed hec fides ſine dilectiōe operante eſt mortua. vt dicit̄ Iaco. 2. Et ideo oportet ꝙ aſſit dilectio operās. Gal. vlti. In xp̄o ieſu neqꝫ circūciſio aliq̄d valet neqꝫ prepuciū ſed noua creatura. Et iō dicit. Et dilectionē quā habetis ⁊c. Eſt aūt quedā dilectio charitatis ⁊ quedā mūdana: ſed mūdana non ſe extendit ad oēs. qꝛ dilectio ad illos eſt cū quibus eſt cōio: que eſt cauſa dilectiōis ⁊ hec cā in dilectiōe mundana nō ſe habet ad oēs: ſed tantū eſt cū cōſanguineis ⁊ mūdanis. ſed dilectio charitatis ſe extendit ad oēs. Et ideo dicit. In oēs. Nam ⁊ ſi peccatores diligant̄ per charitatē hoc eſt vt ſint ſancti. 1ͤ. Io. 3. Nos ſcimus qm̄ tranſlati ſumus de morte ad vitā qm̄ diligimus fratres. Itē dilectio mūdi habet fructū in hoc mūdo: ſed charitas in vitā eternā Et ideo tertio ſubdit de ſpe dicēs. Propter ſpeꝫ que repoſita eſt. i. ꝓpter gloriā eternaꝫ que ideo dicit̄ ſpes. qꝛ ꝓ certo cuſtodit̄ Iob. 19°. Repoſita eſt hec ſpes mea in ſinu meo. ¶ Deinde cū dicit. Quā ante audiſtis ⁊c. oſtēdit qūo adepti ſunt iſta. Et prīo cōmendat doctrinā euāgelicā. Scd̄o miniſteriū ibi. Sicut didiciſtis ⁊c. Itē primo cōmendat doctrinā a veritate Scd̄o ab eiꝰ dilatatione ibi. Qd̄ peruenit ⁊c. Tertio a ꝓfectu ibi. Et fructificat ⁊c. Dicit ergo. Quā audiſtis ſcꝫ ſpem vel rē ſperatam. Et hoc in verbo veritatis euangelij. Hec eīn excedit oīa. 1ͤ. coꝝ. 2. Nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor homīs aſcendit ⁊c. Et ideo deus eaꝫ reuelat. Mat. 3. Penitentiā agite appropinquabit eīn regnū celoꝝ ⁊c. Hec aūt eſt ſpes vera nō vana. ſicut qn̄ ꝓmittēs eſt mendax qꝛ in verbo veritatis. Iob. 17. Sermo tuus veritas eſt. ¶ Deinde cū dicit. Qd̄ peruenit. cōmendatur doctrina xp̄i a dilatatiōe. qꝛ nō ſolū ꝑuenit ad vos: ſed in vniuerſo mūdo. p̄s. In oēm terrā exiuit ſonus eorū ⁊c. Mat. 24. Oportet hoc euangeliū regni predicari in vniuerſo orbe. ⁊ tūc erit cōſumatio. Sed qūo? Nondum eſt ꝯſumatio cū predicatū ſit in vniuerſo mūdo Reſpondeo. Aliqui dicūt ꝙ euangeliū xp̄i non eſt euangeliū regni. Sed hoc eſt falſum. qꝛ dn̄s dicit hoc euangelium regni. Sed dicendū eſt: ſcd̄m criſoſtomū ꝙ adhuc viuentibus ap̄lis euangeliū xp̄i eſt diuulgatū per totuꝫ mundū ſaltē quantū ad famā qd̄ eſt valde miraculoſum ꝙ in quadraginta annis ſic creuerit doctrina xp̄i. Et ſic dicit in vniuerſo mūdo quantū ad famā ⁊ tunc erit cōſumatio. id eſt deſtructio hieruſalē. Scd̄m aug̃. autē hoc non eſt verū qꝛ adhuc tp̄e ſuo erant alique gentes in quibus nondū erat eccleſia. Et ideo ip̄e dicit hoc eſſe intelligenduꝫ qn̄ predicabit̄. Ita ꝙ quādo in oībus gentibus eccleſia erit fundata licet aliqui ſint credentes aliqui nō tūc erit finis. ⁊ hoc non tp̄e ap̄li: ſed circa finē mundi. et ſic in vniuerſo mūdo loquit̄ ap̄lus de futuro ſicut de preſenti ꝓpter certitudinē euentus. p̄s. In omnē terrā exiuit ſonus eoꝝ ⁊c. Poteſt tamē dici ꝙ ſcd̄m famā eſt diuulgatū per totū mundū ſed nō ſm̄ fundationē. ¶ Deinde cōmendat doctrinam xp̄i quantū ad fructū per bona opera ibi. Et fructificat ⁊c. Eccl̄. 24. Flores mei fructꝰ honoris ⁊ honeſtatis ⁊c. Mat. 13°. Attulit fructū aliud centeſimū. aliud ſexageſimū. aliud triceſimū ⁊c. Et creſcit ſcꝫ in multitudine credentiū Act. 2. Dn̄s autē augebat qui ſalui fierent quottidie in idip̄m. Et hoc magne poteſtatis fuit. qꝛ ſicut in vobis: ita et in alijs. Audiſtis predicationē ⁊ cognouiſtis approbādo. ¶ Conſequēter cōmendat miniſteriū tripliciter. Primo per cōparationē ad ſe. Secūdo per cōparationē ad ipſos. Tercio quātū ad vtroſqꝫ. Dicit ergo. Edocti eſtis per euangeliū ſicut ab epaphra didiciſtis cōſeruo. Apoc. vltimo. Conſeruus tuus ſum ⁊ fratrū tuoꝝ ⁊c. Qui eſt fidelis miniſter. ſcꝫ nō querens que ſua ſunt. 1ͤ. coꝝ. 4. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros xp̄i ⁊ diſpēſatores miniſteriorū dei ⁊c. Qui fuit mediator inter apoſtolū et iſtos. vnde ſignificauit. id eſt manifeſtauit ⁊c.

## Lectio tertia.

Ideo et nos ex qua die audiuimus: non ceſſamus pro vobis orantes ⁊ poſtulātes vt impleamini agnitione voluntatis eius in omni ſapiētia ⁊ intellectu ſpiritali: vt ambuletis digne deo per omnia placentes in omni opere bono fructificantes ⁊ creſcētes in ſcientia dei: in omni virtute confortati ſcd̄m potentiā claritatis eius in omni patientia ⁊ longanimitate cū gaudio gratias agentes deo ⁊ patri: qui dignos nos fecit in parteꝫ ſortis ſanctoꝝ in lumine. Qui eripuit nos de poteſtate tenebraruꝫ ⁊ tranſtulit in regnū filij dilectionis ſue: in quo habemus redemptionē ⁊ remiſſionem peccatorum.

Supra poſuit materiā gratiarūactionis oſtendēs ꝓ quibus bonis gratias egit: hic oſtendit orationē oſtendens quid ꝓ eis petit. Et primo premittit ꝯditiones oratiōis Secūdo ſubdit bona petita ibi. Ut impleami̅ ⁊c. Oratio tres habet cōditiōes. Primo ꝙ ſit tempeſtiua. Unde ſubdit. Ex qua die ⁊c. ſupple cepimus orare. Ier. 31. Ex quo locutus ſuꝫ de eo. adhuc recordabor eius ⁊c. Secūdo ꝙ ſit cōtinua. ibi. Non ceſſamus ⁊c. 1. Regū. 12°. Abſit aūt a me hoc peccatū in dn̄o vt ceſſem orare ꝓ vobis ⁊c. Ro. 1°. Sine intermiſſione memoriā veſtri facio ſꝑ in orōibus meis ⁊c. Tertio multiplex ⁊ perfecta ibi Orātes ⁊ poſtulātes. Orō eſt aſcēſus mētis ī deū. Poſtulatio eſt reꝝ petitio. Orō dꝫ p̄cedere vt deuote petēs exaudiat̄ ſicut petentes premittūt perſuaſionē vt inclinent: ſed nos debemus p̄mittere deuotionē ⁊ meditationē dei ⁊ diuinoꝝ. non vt eū flectamus: ſed vt nos erigamus in eū. Tria aūt petit. ſcꝫ cognitionē veritatis. ibi.

Ut impleamini ⁊c. Operationẽ virtutis ibi. Ut ambuletis ⁊c. Tolerantiã maloꝝ ibi. In omni patiẽtia. Triplicem vero cognitionẽ optat ſcꝫ agendoꝝ. Unde dicit. Ut impleamini in agnitiõe ⁊c. id eſt vt plene cognoſcatis voluntatẽ dei. 1ᵉ. theſ. 4. Hec eſt volũtas dei ſanctificatio veſtra vt abſtineatis ⁊c. Ille ergo cognoſcit voluntatẽ dei qui in ſanctitate viuit. Qui ergo peccat non cognoſcit voluntatẽ dei. quia oĩs peccans eſt ignorans Rom̃. 12. Ut ꝓbetis que ſit volũtas dei ⁊c. Item cognitionẽ diuinoꝝ ibi. In omni ſapiẽtia que eſt cognitio diuinoꝝ ſm̃ auguſt. Sap. 1. Sentite de dño in bonitate. Iteꝫ ſpiritualiũ donoꝝ ibi. Et intellectu ſpiritali. id eſt non haꝝ corporaliũ rerũ. 1ᵉ. corinth. 2. Nos autẽ nõ ſpiritũ huius mũdi accepimus. ſed ſpiritũ qui ex deo eſt ⁊c. Et apte coniũguntur hec duo ſapiẽtia ⁊ intellectus. qꝛ minor eſt ſapiẽtia ſi intellectu careat vt dicit Gregori⁹. ⁊ inutilis eſt intellectus ſine ſapiẽtia. quia ſapientia iudicat ⁊ intellectus capit ⁊ nõ valet cape niſi iudicet. ⁊ ecõuerſo. Glo. dicit ꝙ primũ ſumiẗ generaliter. Secundũ pertinet ad actiuã vitã. Tertiũ ad contemplatiuã. Nec ſufficit cognoſcere: quia ſciẽti bonũ ⁊ nõ operanti peccatũ eſt illi vt diciẗ Iaco. 4. Unde oportet ꝙ aſſit virtuoſa operatio quã prĩo tangit ibi. Ut ambuletis digne deo Indigne em̃ ambulat qui non viuit ſicut decet filiũ dei. 2ᵉ. corinth. 6ᵒ. In oĩbus exhibeamus noſmetipõs ſicut dei miniſtros in multa patiẽtia ⁊c. 1. theſ. 4. Sicut prediximus ⁊ teſtificati ſumus. Secũdo tangit rectã intentionẽ ibi. Per om̃ia placentes. Sap. 4. Placẽs deo factus eſt dilectus ⁊c. Tertio ſtudiũ ꝓficiendi ibi. In omni opere bono ⁊c. Semper em̃ homo debet niti ad vlterius bonũ. Eccl̾. 24. Flores mei fructus honoris ⁊ honeſtatis ⁊c. Rom̃. 6. Habetis fructũ veſtrũ in ſanctificationẽ ⁊c. Ad fructificationẽ ſequitur augmentũ ſciẽtie. ideo dicit. Et creſcẽtes ⁊c. Ex hoc em̃ ꝙ aliquis ſtudet implere mandata diſponiẗ ad cognitionẽ. p̃s. Super ſenes intellexi: quia mãdata tua queſiui. Sap. 1. Non habitabit in corpore ſubdito peccatis ⁊c. Et dicit dei: non mũdi. Sap. 10. Dedit illi ſcientiã ſanctoꝝ ⁊c. ¶ Deinde tangit tolerantiã malorũ. quia ad virtutẽ non ſufficit ſcire vel velle niſi ĩmobiliter opereẗ quod nõ poteſt eſſe ſine patiẽtia ⁊ maloꝝ tolerantia. Et ideo dicit. In omni virtute cõfortati. Eccl̾. 44. Diuites in virtute pulchritudĩs ſtudiũ habentes Que virtus eſt a deo. Uñ dicit. ſm̃ potentiã claritatis eius. Epheſ. 6. Confortamini in dño. Sed addit claritatis eius. id eſt xp̃i qui eſt claritaſ patris. quia pergere ad peccatũ eſt pergere ad tenebras Sap. 7. Uapor eſt em̃ virtutis dei ⁊ emanatio quedam eſt claritatis oĩpotentis dei ſincera. ¶ Deinde cũ dicit. In oĩ patientia ⁊c. petit eis tolerãtiaꝫ in aduerſis. Quidam enim deficiũt vel ꝓpter difficile aduerſorũ. et ideo oportet habere patientiã Luce. 21ᵒ. In patiẽtia veſtra poſſidebitis aĩas veſtras. Uel ꝓpter dilationẽ premij Et ideo dicit. Et longanimitate. Que facit ſuſtinere rẽ ꝓmiſſam. Abac. 2. Si morã fecerit expecta eũ ⁊c. Heb. 6. Longanimiter ferẽs adeptus eſt repromiſſionẽ Sed aliqui hec duo vitãt: ſed cũ triſticia. Contra hoc dicit. Cum gaudio. Iaco. 1. Omne gaudiũ exiſtimate fratres cũ in varias temptatiões incideritis ⁊c. ¶ Deinde cũ dicit. Gratias agentes ⁊c. agit gratias ꝓ beneficijs exhibitis oĩbus fidelibus. Et hoc ꝓ beneficio gratie qđ primo ponit. Secũdo fructũ gratie ibi. Qui eripuit ⁊c. Dicit ergo. Oramus ꝓ vobis agẽtes gratias deo ſcꝫ creãti. ⁊ patri. ſcꝫ adoptanti. qui dignos ⁊c. Dixerũt aliqui ꝙ dona gratiarũ danẗ pro meritis. ⁊ ꝙ deus dat dignis gratiã non aũt indignis. ideo hoc excludit apl̾s. qꝛ quicquid habes dignitatis ⁊ gratie: hoc de⁹ fecit in te. ergo ⁊ effectus gratie. Et ideo dicit. Qui dignos nos fecit ⁊c̃. 2ᵉ. coꝝ. 3. Non ꝙ ſufficiẽtes ſimus cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis ⁊c. In partem ſortis ſanctoꝝ ⁊c. Omnes homĩes de mũdo ſm̃ naturã ſunt boni. Et ideo iuſtũ eſt eos aliquã partẽ habere dei. Mali quidẽ partẽ habent voluptates ⁊ temporalia. Sap. 2. Hec eſt pars noſtra ⁊ hec ſors. Sancti vero habent ip̃m deũ partem. Trenoꝝ. 3ᵒ. Pars mea dñs. p̃s. Dñs pars hereditatis mee. Et ideo dicit. Qui dignos ⁊c. Et addit. Sortis. quia dupliciter aliqui diuidũt. Quãdoqꝫ per electionẽ quãdo vnus hanc: alius illã partẽ eligit. Aliquãdo ſorte. Prouer. 18. Contradictiões cõprimit ſors. Hec aũt pars cedit ſanctis nõ per electionẽ ꝓpriã. Ioh. 15. Non vos me elegiſtis ſed ego elegi vos ⁊c. Sed quia ip̃e deus elegit nos. Sors em̃ nihil aliud ẽ ꝙ̃ cõmittere aliq̃d diuino iudicio. Sors autẽ triplex eſt. ſcꝫ cõſultoria. diuinatoria. ⁊ diuiſoria. Prima in tempalibus nõ eſt mala. Secũda vana eſt ⁊ mala. Tertia in neceſſitatib⁹ aliquãdo permittẽda. ſed hec per ſe eſt poſſeſſio lumĩs. 1ᵉ. tymoth. vlti. Lucem habitat inacceſſibilẽ. Iob. 36. In manibus abſcõdit lucẽ ⁊c. Sed ex hac parte ſeq̃ẗ effect⁹ gratie. ſcꝫ tranſlatio de tenebris ad lucẽ. Et ideo primo ponit tranſlationẽ. Scđo moduꝫ in quo hoĩes ante gratiã ſunt ſerui peccati. Et peccatũ eſt tenebra. ⁊ ideo ſunt in poteſtate tenebraꝝ ſiue demonũ ſiue peccatoꝝ Ephe. vlti. Aduerſus rectores mũdi tenebrarũ haꝝ ⁊c. Eſaie. 49. Captiuitas a forti tolleẗ ⁊c. ¶ Trãſtulit vt eſſem⁹ regũ dei. Ioh. 19. Regnũ meũ non eſt de hoc mũdo ⁊c. Et hoc fit qñ liberamur a peccato Apoc. 5. Feciſti nos deo nr̃o regnũ ⁊c. vel ad litterã vt vitam eternã. Mat. 3. ⁊. 4. ⁊. 10. Appropinquabit regnũ celoꝝ. Et hoc eſt quod dicit. Regnũ filij dilectiõis ſue. Dilectio vt dicit Auguſt. in glo. quãdoqꝫ diciẗ ſpũſſanctus qui eſt amor patris ⁊ filij. Sed ſi dilectio ſic ſemꝑ tenereẗ perſonaliter. tũc filius eſſet filius ſpũſſancti. ſed qñqꝫ diciẗ eſſentialiter. vt diciẗ in glo. Filij ergo dilectiõis ſue diciẗ. i. filij ſui dilecti. vel filij eſſentie ſue. Sed nũquid hec eſt vera filius eſt filius eſſentie patris? Dicendũ eſt ꝙ ſi genitiu⁹ deſignat habitudinẽ cauſe efficiẽtis eſt falſum. qꝛ eſſentia nõ generat nec generaẗ. Si aũt deſignat formaꝫ id eſt habens eſſentiã ſuã quaſi materialiter. ſicut diciẗ. Egregie forme. i. habens egregiã formã. ſic eſt vera Io. 3. Pater diligit filiũ ⁊ oĩa dedit in manu eius ⁊c. ¶ Deinde cũ dicit. In quo habemus ⁊c. oſtendit modũ trãſlatiõis. Homo em̃ exiſtens in peccato dupliciter tenebaẗ ſubditus ſcꝫ per ſeruitutẽ Io. 8. Qui facit pctm̃ ſeruus eſt peccati. Itẽ erat reus pene ⁊ auerſus a deo. Eſa. 59. Iniq̃tates veſtre diuiſerũt inter vos ⁊ deũ veſtrũ. ⁊ pctã noſtra abſconderũt faciẽ eius a nobis ne exaudiret. Hec duo remouet xp̃s qꝛ inquantũ hõ factus eſt ꝓ nobis ſacrificiũ. ⁊ redemit nos in ſanguĩe ſuo. Et ideo dicit. In quo habemus redemptionẽ. 1ᵉ. coꝝ. 6. Empti eſtis p̃cio magno ⁊c. Sed inquantũ eſt deus habemus per eũ peccatoꝝ remiſſionẽ: qꝛ reatus peccati ſolutus eſt per eum.

## Lectio quarta.

q Ui eſt ymago dei inuiſibilis primogenitus omnis creature: quoniã in ipſo condita ſunt vniuerſa in celis: ⁊ in terra viſibilia ⁊ inuiſibilia. Siue throni: ſiue dominatiões: ſiue principatus: ſiue ptãtes. Oĩa per ip̃m ⁊ in ip̃o creata ſunt: et ipſe eſt ante omnes: ⁊ omnia in ipſo ꝯſtant. Poſtꝙ̃ ſuperi⁹ cõmemorauit gr̃e bñficia ſpẽalia ⁊ vl̃ia

hic cōmendat actoꝛē huiꝰ gratie ſcꝫ xp̄m. Et pꝛimo per
cōꝑatiōꝫ ad deū. Scđo generalit̄ ꝑcōparationē ad totā
creaturā ibi. Pꝛimogenitꝰ ⁊c. Tertio ſpecialit̄ ꝑ cōpa
ratiōꝫad eccleſiā ibi. Et ipſe ē caput ⁊c. Circa pꝛimū no
duꝫ eſt ꝙ deus dicit̄ inuiſibilis. qꝛ excedit capacitatē vi
ſionis cuiuſcūqꝫ intellectus creati, ita ꝙ nullus intelle-
ctus creatus naturali cognitione poteſt ꝑtingere ad eiꝰ
eſſentiam Job. 36. Ecce deus magnus vincens ſcientiā
noſtram. 1. Ti. vltimo. Lucem habitat inacceſſibilē ⁊c.
Videt̄ ergo a beatis ex gratia nō ex natura. Ratio huiꝰ
aſſignat̄ a dionyſio: qꝛ omnis cognitio terminat̄ ad exi-
ſtens id ē ad aliquā naturā participantē eē. Deus aūt ē
ipſum eſſe non participatū. ergo eſt incognitus. Huius
ergo dei inuiſibilis filius eſt imago. Sꝫ videndū eſt quō
dicat̄ imago dei ⁊ quare dicat̄ inuiſibilis. Et quidem de
ratione imaginis ſunt tria ſcꝫ ꝙ ſit ibi ſimilitudo. ꝙ de-
ducta ſit vel expꝛeſſa ex eo cuꝫ quo ē ſimilitudo. ⁊ ꝙ de-
ducta ſit in aliquo pertinente ad ſpeciem vl̕ ſignum ſpe-
ciei. Si eñ ſint duo ſimilia quoꝝ vnum non deriuet̄ ab
alio neutrum dicimus alterius imaginē. ſicut ouum nō
dicit̄ imago oui. Et ideo ab imitando dicit̄ imago. Item
ſi ſit ſimile. ſed non quantū ad ſpeciem vel ſignū ſpeciei
tunc nec imago dicit̄. ſicut in homine multa ſunt accidē
tia vt coloꝛ quantitas ⁊ huiuſmodi. et ſm nullum hoꝛuꝫ
dicit̄ imago. Sed ſi figuram eius accipiat: ſic poteſt eſſe
imago: qꝛ figura eſt ſignum ſpeciei. filius aūt eſt ſimilis
patri. et pater ſimilis filio. ſed filiꝰ habet hoc a patre: pa
ter autē non a filio. Et ideo ꝓpꝛie loquendo dicimꝰ filiū
imaginem patris. ⁊ non econuerſo. qꝛ deducit̄ et deriua
tur hec ſimilitudo a patre. Iteꝫ hec ſimilitudo ē ſm ſpe-
ciem. quia filius in diuinis repꝛeſentat̄ aliquo modo: ſꝫ
deficienter ꝑ verbum mentis noſtre. Verbū autem men-
tis noſtre eſt qñ foꝛmamꝰ actu foꝛmā rei cuius noticiā ha
bemus. et hoc ſignificamus verbo exterioꝛi. Et hoc ver-
bum ſic conceptū eſt quedam rei ſimilitudo quā in men-
te tenemus. ⁊ ſimile ſm ſpeciem. Et ideo verbū dei ima-
go dei dicit̄. ¶ Quantū ad ſecundū ſciendū eſt ꝙ arria-
ni hoc verbun male intellexerunt iudicantes de dei ima
gine ſm imagines ꝙ̄ fiebant ab antiq̇s vt viderēt in eis
charos ſuos ſubtractos ſibi. ſicut ⁊ nos facimus imagi-
nes ſanctoꝛū: vt quos non videmus in ſubſtantia videa
mus in imagine. Et ideo dicunt ꝙ inuiſibile eſt ꝓpꝛium
patri. filiꝰ autē eſt p̄mū viſibile in ꝗ manifeſtat̄ bonitas
p̄ris: q̄ſi p̄r ſit vere īuiſibilis. filiꝰ xͦo viſibil̕ ⁊ ſic alteriꝰ
eſſent nature. Hoc autē excludit apl̕us ad Heb. 1. dicēs.
Qui cum ſit ſplendoꝛ gloꝛie ⁊ figura ſubſtantie eius ⁊c.
Et ſic eſt imago non ſolum dei inuiſibilis: ſed etiam ipſe
inuiſibilis eſt. ſicut pater Col̕. 1. Qui eſt imago inuiſibi-
lis dei. ¶ Deinde cum dicit. Pꝛimogenitus ⁊c. cōmen
dat xp̄um ꝑ comparationē ad creaturam. Et pꝛimo facit
hoc. Secundo exponit ibi. Quia in ipſo ⁊c. Circa pri-
mum ſciendū eſt ꝙ arriani ſic intelligunt quaſi dicat̄ pꝛi
mogenitus: qꝛ ſit p̄ma creatura. ſed hic non eſt ſenſus vt
patebit. Et ideo duo ſunt videnda: ſcꝫ quomō hec ima-
go ſit genita. ⁊ quomō pꝛimogenita creature. Quantuꝫ
ergo ad pꝛimum ſciendū eſt ꝙ in vnaquaqꝫ re generatio
eſt ſm moduꝫ ſui eſſe ⁊ ſue nature. Alius eñ modus ge
nerationis eſt in hominibꝰ ⁊ alius in plantis ⁊ ſic de ali
is. Natura autē dei eſt ipſum eſſe intelligere. ⁊ ſic opoꝛ-
tet ꝙ eius generatio vel conceptio intellectualis ſit ge-
neratio vel conceptio nature eius. In nobis autē conce-
ptio intelligibilis non eſt conceptio nature noſtre. qꝛ in
nobis aliud eſt intelligere ⁊ natura noſtra. Et ideo cum
hec imago ſit verbum ⁊ conceptio intellectus opoꝛtet di
cere ꝙ ſit germē nature ⁊ ſic de neceſſitate genitus: quia
accipit naturam ab alio. ¶ Secūdo dicenduꝫ eſt quomō
dicat̄ pꝛimogenitꝰ. Deus eñ non alio ſe cognoſcit ⁊ cre
aturam. ſed oīa in ſua eſſentia ſicut in p̄ma cauſa effe-
ctiua. Filius autē eſt conceptio intellectualis dei ſm ꝙ
cognoſcit ſe. ⁊ ꝑ conſequens omnē creaturā. Inquantū
ergo gignit̄ videt̄ quoddam verbū repꝛeſentans totam
creaturam ⁊ ipſum eſt p̄ncipiū oīs creature. Si eñ nō
ſic gigneret̄ ſolum verbum patris eſſet p̄mogenitus pa-
tris: ſed nō creature. Ecc̄. 24. Ego ex oꝛe altiſſimi pꝛo-
dij p̄mogenita ante oēm creaturam ⁊c. ¶ Deinde cum
dicit: Quia in ipſo ⁊c. exponit qđ dixerat ſcꝫ ꝙ ſit p̄mo-
genitus. qꝛ ſcꝫ eſt genitus vt p̄ncipium creature. Et hoc
quantū ad tria. Pꝛimo quantū ad rerū creationē. Scđo
quantū ad earum diſtinctioneꝫ ibi. In celis ⁊c. Tertio
quantū ad conuerſationē in eſſe ibi. Et omnia in ipſo ⁊c̄
Dicit ergo eſt p̄mogenitus creature qꝛ eſt genitus vt p̄n
cipiū oīs creature. Et ideo dicit. Quia in ipſo ⁊c. Circa
quod ſciendū eſt ꝙ platonici ponebāt ydeas dicentes ꝙ
quelibet res fiebat ex eo ꝙ participabat ydeā: puta hoīs
vel alicuius alterius ſpeciei. Loco oīm harū ydearū noſ
habemus vnum ſcꝫ filiū verbuꝫ dei. Artifex eñ facit ar-
tificium ex hoc ꝙ facit illud participare foꝛmaꝫ apud ſe
conceptam quaſi inuoluens eam exterioꝛi materie. ſicut
ſi dicat̄ ꝙ artifex facit domū ꝑ foꝛmaꝫ rei quā hꝫ apud ſe
conceptam. Et ſic deus oīa in ſua ſapientia dicit̄ face-
re. qꝛ ſapientia dei ſe habet ad res creatas ſicut ars edifi
catoꝛis ad domū factam. Hec autē foꝛma ⁊ ſapientia eſt
verbū. et ideo oīa in ipſo condita ſuut ſicut in quodā ex-
emplari. Geñ. 1. Dixit et facta ſunt: qꝛ in verbo ſuo eter
no creauit oīa vt fierent. ¶ Quantum autē ad diſtin-
ctionē ſciendū eſt ꝙ aliqui ſicut manichei errauerunt di
centes hec coꝛpoꝛa terrena quia coꝛruptibilia facta eſſe a
malo deo. celeſtia vero quia incoꝛruptibilia a bono deo
ſcilicꝫ patre chꝛiſti. Sed mentiunt̄: quia in eodem ſunt
vtraqꝫ creata. Ideo dicit. In celis ⁊c. Et eſt hec diſtin-
ctio ſm partes nature coꝛpoꝛee. Geñ. 1. In p̄ncipio id ē
in filio creauit deus ⁊c. Platonici etiam dicunt ꝙ deus
per ſe creauit creaturas inuiſibiles ſcilicet angelos. ⁊ ꝑ
angl̕os creauit naturas coꝛꝑeas. Sꝫ hoc excludit qꝛ di-
cit. Viſibilia et inuiſibilia. De p̄mo Heb. 11. Fide intel-
ligimus eſſe aptata ſecula vt ex inuiſibilibꝰ viſibilia fie-
rent. De ſecundo autem Ecc̄. 43. Pauca vidimus ope
rum eius. Omnia autem dominus fecit ⁊c. Hec autem
diſtinctio eſt ſcđm creaturarū naturā. Tertia diſtinctio
eſt oꝛdinis et gradus in inuiſibilibus cum dicit: Siue
thꝛoni ⁊c. Platonici etiam errant hic: dicebant enim in
rebus diuerſas eſſe perfectiones et quālibet attribuebāt
vni pꝛimo pꝛincipio. et ſcđm oꝛdines earum perfectio-
num ponebant oꝛdines pꝛincipioꝛū ſicut ponebant pri-
mum ens a quo participant omnia eſſe. et aliud pꝛincipi
um ab iſto ſcilicet pꝛimum intellectum a quo omnia par
ticipāt intelligere. ⁊ aliud pꝛincipiuꝫ vitam a quo oīa
participant viuere. Sed nos non ſic ponimꝰ: ſed ab vno
pꝛincipio res habent quicquid in eis perfectiōis eſt. Et
ideo dicit. Siue thꝛoni ⁊c. Quaſi dicat. Nō dependēt
ab alijs pꝛincipijs oꝛdinatis: ſed ab ipſo vno ſolo verbo
dei. Sed quid eſt quod dicit. Ephe. 1. Ipſum dedit ca-
put ⁊c. Ubi quedam diuerſitas videtur eſſe ab iſtis. So
lutio. Hic enim enumerat deſcendēdo: quia oſtendit ꝓ-
greſſum creature a deo. ibi aſcendendo: quia oſtendit ꝙ
filius dei ſcđm ꝙ hō ſuper omnes creaturas eſt. Sed tñ
ibi p̄ncipatus ponunt̄ ſub poteſtatibus. ⁊ virtutes inter
dominationes et poteſtates: hic pꝛincipatus ſuper po-
teſtates: et p̄ncipatus mediū inter dñationes ⁊ poteſta-
tes. Et ſm hoc diuerſe ſunt ſentētie gregoꝛij ⁊ dionyſij.
Dionyſius eñ oꝛdinat eos ſm ꝙ dicit̄ ad epheſios. qa
in ſecunda ierarchia ponit dominationes virtutes ⁊ po-

teſtates. Gregorius vero ordinat eos ſicut hic habetur. qꝛ in ſecūda ierarchia ponit dn̄ationes p̄ncipatus ⁊ poteſtates. in tertia vero virtutes archangelos ⁊ angelos.

Sed ſciendum eſt ꝙ ſicut Gregorius ⁊ Dionyſius dicunt hec dona ſpūalia ex quibus nominant̄ hij ordines cōmunia ſunt omnibꝰ. tamē quidā nominant̄ a q̄buſdaꝫ quidā ab alijs. cuius ratio accipit̄ ex dictis platonicoꝝ. qꝛ omne quod conuenit alicui conuenit tripliciter. quia aut eſſentialiter aut participatiue. aut cauſaliter. Eſſentialit̄ quidē qđ cōuenit rei ſm ꝓportionē ſue nature. ſicut homini rationale. Participatiue autē quod excedit ſuam naturā. ſed tamē aliquid de illo participat ſed imperfecte ſicut intellectuale homini qđ eſt ſupra rationale ⁊ eſt eſſentiale angelorum. ⁊ idem aliquid participat homo. Cauſaliter vero quod conuenit rei ſuꝑeminēter ſicut homini artificialia. qꝛ in eo nō ſunt ſicut ī materia ſed ꝑ modum artis. Vnūquodqꝫ autē denominat̄ ſolum ab eo quod conuenit ei eſſentialiter. Vnde homo non dicitur intellectualis nec artificialis: ſꝫ rationalis. De dictis autē donis in angelis ea que conueniunt ſuperioribus eſſentialiter: inferioribꝰ conueniūt participatiue. q̄ vero inferioribꝰ eſſentialiter cōueniūt: ſuperioribus cauſaliter cōueniunt. Et ideo ſuꝑiores denominant̄ a ſuperioribus donis. Supremū autē in creatura ſpūali eſt ꝙ attingat deū ⁊ quodāmodo participet eum. Et ideo denominant̄ ſuperiores ex hoc ꝙ attingunt deum. Cherubin q̄ſi ſcientes deū. Seraphin q̄ſi ardentes vel accendentes. Throni quaſi habentes in ſeipſis deuꝫ. Tripliciter eñ aliquid poteſt alio participare. Vno modo accipiendo ꝓprietatē nature eius. Alio mō vt recipiat ipm̄ ꝑ modū intentionis cognitiue. Alio modo vt deſeruiat aliqualiter eius virtuti. ſicut aliq̄s medicinalem artem a medico. Vel qꝛ accipit in ſe medicine artem. vel accipit cognitionē artis medicinalis. vel qꝛ deſeruit arti medicine. Primū eſt maius ſecundo. ⁊ ſecundū tertio. In ſacra aūt ſcriptura ſignificat̄ aliq̄d diuinū ꝑ igneꝫ. Deut. 4. Dominꝰ deus tuꝰ ignis conſumēs eſt ⁊c. Et ideo ſupremus ordo dicit̄ ſeraphin quaſi ardentes deo et continentes aliquam diuinam ꝓprietatem. Secundus ordo eſt cherubin conſequentes eum cognitiue. et throni eiꝰ v̄tuti deſeruiētes. Alij aūt ordines nō nominant̄ ex attingendo deū. ſed per aliquaꝫ eius operationē. Et aliq̄ vt dirigentes. ⁊ ſic ſunt dominationes. alij exequentes. Et horum quidā vt principaliores vt principatus. pſ̄. Preuenerūt p̄ncipes ⁊c. Alij ſm executionē. ⁊ ſic ſunt exequentes ſupra ſpūales creaturas. vt ſunt poteſtates qui arcent demones. ſupra naturalia ſunt virtutes que miracula faciūt. ſupra homines ſunt archangeli ad magna: angeli ad minima. Et ſic cōcludendo dicit. Omnia ꝑ ipſum ſicut ꝑ cauſam effectiuam. ⁊ in ipſo ſicut cauſaꝫ exemplarem. Jo. 1. Omnia ꝑ ipſum facta ſunt ⁊c. Sed qꝛ poſſet aliquis dicere. Nunq̄d om̄ia ſunt eterna. ideo apoſtolus quaſi reſpondens ad hoc dicit. ꝙ nō. ſed ipſe eſt ante omnia ſcꝫ tempora et res alias. prouer. 8. Dominus poſſedit me in initio viarū ſuarum anteq̄ꝫ quicq̄ꝫ faceret a principio ⁊c. Vel ante dignitatem. pſ̄. Quis ſimilis deo ⁊c.

Quantū ad conſeruationem dicit. Et omnia in illo conſtant id eſt conſeruantur. Sic enim ſe habet deus ad res ſicut ſol ad lunam. quo recedente deficit lumen lune. Et ſic ſi deus ſubtrahat ſuam virtutem a nobis: in momēto deficerent oīa Heb. j. Portans omnia verbo virtutis ſue.

## Lectio quinta.

T ipſe eſt caput corporis eccleſie qui eſt principium primogenitus ex mortuis: vt ſit in omnibus ipſe primatum tenens. Quia in ipſo complacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare ⁊ per eum reconciliari oīa in ipſum pacificans per ſanguinem crucis eius ſiue que in terris ſiue que in celis ſunt. Et vos cum eſſetis aliquando alienati ⁊ inimici ſenſu in operibus malis. nunc autē reconciliauit in corpore carnis eius per mortem exhibere vos ſanctos ⁊ immaculatos ⁊ irreprehenſibiles coram ipſo: ſi tamen ꝑmanetis in fide fundati ⁊ ſtabiles ⁊ immobiles a ſpe euangelij qđ audiſtis qđ predicatū eſt in vniuerſa creatura q̄ ſub celo eſt.

Poſtq̄ꝫ apoſtolus cōmendauit chriſtum ꝑ compationē ad deum ⁊ ad totam creaturā: hic cōmendat ipſum in cōparatione ad eccleſiaꝫ. Et p̄mo generaliter. Secūdo ſpecialiter q̄ꝫtum ad coloſſenſes ibi. Et vos cum eſſetis ⁊c. Tertio quantū ad ſuam ꝑſonam ſingulariter ibi. Cuius factus ſum ⁊c. Circa primuꝫ duo facit. quia p̄mo ꝓponit habitudinem xp̄i ad totam eccleſiam. Secundo exponit ibi. Qui eſt p̄ncipium ⁊c. Dicit ergo. Iſte in quo habemus redemptionē chriſtus eſt ⁊ p̄mogenitꝰ creature. Sꝫ ſm ꝙ hmōi factꝰ ē caput eccleſie. Duo occurūt hic exponenda. Et p̄mo quō corpus ſit eccleſia. ⁊ ſecundo quō xp̄us eſt caput. Eccleſia dicit̄ corpꝰ ad ſimilitudinē vniꝰ hoīs. ⁊ hoc dupliciť. ſcꝫ et q̄ꝫtum ad diſtinctioꝫ mēbroꝝ Eph. 4. Dedit quoſdā quidē aplo͛s: quoſdā aūt ꝓphas ⁊c. Et q̄ꝫtum ad ſeruitia q̄ licꝫ ſint diſtincta tn̄ vnuꝫ ſeruit alteri. i. Corin. 12. Pro inuicē ſollicita ſint membra Gal. 6. Alť alteriꝰ onera portate ⁊c. Itē ſic ꝯſtituit̄ vnū corpꝰ ex vnitate aīe: ita eccl'ia ex vnitate ſpūs. Eph. 4. Vnū corpꝰ ⁊ vnꝰ ſpūs. 1. corin. 10. Vnꝰ panis ⁊ vnū corpus multi ſumꝰ ⁊c. Itē eſt alia ꝯſideratio mēbroꝝ ad caput ⁊ eccl'ie ad xp̄m. Ipſe eñ xp̄s ē caput eccl'ie. pſ̄. Tu exaltas caput meū ⁊c.

Et exponit q̄d eſt ee caput dicēs Qui ē p̄ncipiū ⁊c. Caput ei reſpectu alioꝝ mēbroꝝ hēt tria p̄uilegia. Prīo qꝛ diſtinguit̄ ab alijs ordīe dignitatis: qꝛ eſt p̄ncipiū ⁊ p̄ſidens. Secūdo in plenitudine ſenſuū q̄ ſunt oēs in capite. Tertio in q̄dā influxu ſenſus et motꝰ ad mēbra. Et iō p̄mo oñdit quō xp̄s eſt caput ratione dignitatis. Scđo rōne plenitudinis gr̄aꝝ ibi. Quia in ipſo complacuit ⁊c. Itē tertio rōne influentie ibi. Et ꝑ eū ⁊c. Eccleſia quidē hꝫ duplicē ſtatū: ſcꝫ gr̄e in p̄nti ⁊ gl'ie in futuro ⁊ eſt eadē eccl'ia. ⁊ xp̄s eſt caput ſm vtrūqꝫ ſtatum. qꝛ p̄mus in gr̄a ⁊ p̄mꝰ in gl'ia. Quantū ad p̄mū dicit. Qui eſt p̄ncipiū: qꝛ nō ſolū eſt in gr̄a ſm ꝙ hō. ſed etiā oēs ſunt iuſtificati ꝑ fidē xp̄i Ro. 5. Per obediētiaꝫ vniꝰ hoīs iuſti ꝯſtituunt̄ m'lti. Et iō dicit. Qui eſt p̄ncipiū ſcꝫ iuſtificationis ⁊ gr̄e in tota eccl'ia. qꝛ in veteri teſtamento ſunt aliq̄ iuſtificati ꝑ fidem xp̄i Jo. 8. Ego p̄ncipiū q̄ ⁊ loquor ⁊c. pſ̄. Tecū p̄ncipiū ⁊c. Item eſt p̄ncipium q̄ꝫtum ad ſtatū glorie. Ideo dicit. Primogenitus ex mortuis. Quia eñ reſurrectio mortuorū ē quaſi quedam ſecunda generatio: qꝛ homo in ea ad vitam eternaꝫ reparat̄ Math. 19. In regeneratione cū ſederit filiꝰ hominis ⁊c. et p̄ om̄ibus p̄mus eſt chriſtus. ideo eſt p̄mogenitꝰ ex mortuis id ē eoꝝ q̄ ſunt geniti ꝑ reſurrectionē. Sꝫ ꝯtra de lazaro Jo. 11. R̄ndeo. dicit̄ ꝙ iſti ⁊ alij nō reſurrexerūt ad illā vitā immortalē: ſed ad mortalē. ſꝫ xp̄s reſurgens ex mortuis iam non morit̄ ⁊c. vt dicit̄ Ro. 6. Apoc. 1. Primogenitus mortuorū ⁊c. 1. corin. 15. Nūc

aūt chriſtus reſurrexit a mortuis ꝑmitie dormientiū. Et hoc vt in omnibꝰ ſit ipſe ꝑncipatum tenens. quantū ad dona gratie qꝛ ipſe eſt ꝑncipium quantum ad dona glorie. qꝛ ipſe eſt ꝑmogenitus. Ecc̄. 24. In omni gente et in omni populo ꝑmatum habui ⁊c. ¶ Deinde cum dicit Quia in ipſo ⁊c. oſtendit dignitatem capitis quantū ad plenitudinem gratiarū omniū. Alij em̄ ſancti habuerūt diuiſiones gratiarum: ſed xp̄s habuit om̄es. Ideo dicit. Quia in ipſo ⁊c. Singula verba pondus ſuuꝫ habent. ¶ Cōplacuit deſignat ꝙ dona homīs xp̄i nō erant ex facto ſeu meritis vt dicit fotinus. ſed ex diuine voluntatis complacentia aſſumentis hunc hominē in vnitatem ꝑſone. Matth. 3. Hic eſt filius meus ⁊c. Item dicit omnē quia alij habent hoc donum: alij aliud. Io. 13. Om̄ia dedit in manus eius. Item dicit plenitudinē. quia aliquis aliquod habuit donuꝫ: ſed non plenitudinē eius ſeu virtutis. quia forte in illa in aliquo defecit. Sꝫ Io. 1. dicit̄ de chriſto. Vidimus eum plenū gratie et veritatis. Ecc̄. 24. In plenitudine ſanctoꝝ detentio mea ⁊c. Item dicit Habitare. Alij em̄ acceperunt vſum gratie ad tempꝰ quia ſpūs ꝓphetarum non ſempꝑ adeſt ꝓphetis. ſed in chriſto eſt habitualiter quia ſempꝑ ad votum in chriſto ē dominiū huius plenitudinis Io. 1. Super queꝫ videris ſpūm deſcendentē ⁊ in eo manentē ⁊c. ¶ Deinde cuꝫ dicit. Et per eum ⁊c. oſtendit chriſtuꝫ eſſe caput eccleſie ratione influxus. Et hec eſt tertia ratio capitis. Et primo oſtendit influxum gratie. Secūdo exponit qđ dilexerat ibi. Pacificans ⁊c. Dicit ergo ꝑmo. dico ꝙ complacuit non ſolū q̄tum ad hoc ꝙ haberet in ſe. ſed etiam ꝑ vt eū ad nos deriuaret. Unde dicit. Et per eum reconciliari oīa in ipſuꝫ. 2. corin. 5. Deus erat in xp̄o mūdū reconcilians ſibi. Exponit autē qualis ſit iſta recōciliatio ⁊ quomodo omnia reconciliata. In reconciliatione auteꝫ ſunt duo conſideranda. Primo in quo conueniunt qui reconciliantur. diſcordes em̄ diuerſas habent volūtates. Reconciliati auteꝫ conſentiunt in aliquo vno Et ſic voluntates prius diſcordes concordant in xp̄o. Et huiuſmodi voluntates ſunt et hominū et dei ⁊ angelorum. Hominū qꝛ chriſtus hō eſt. dei qꝛ deus eſt. Itē diſcordia erat int̄ iudeos qui volebant legeꝫ. ⁊ gentiles q̇ nō volebāt legē ſꝫ vtroſqꝫ xp̄s ꝯcordat: qꝛ ex iudeis ē. ⁊ qꝛ abſoluit obſeruātias legꝭ. Et hec concordia ē facta ꝑ ſanguinē ⁊c. Int̄ deum em̄ ⁊ hominē cauſa diſcordie fuit peccatū. Inter iudeos ⁊ gentes lex. Chriſtus ꝑ crucem deſtruxit peccatum ⁊ impleuit legem. Et ita remouit cauſam diſcordie. Heb. 12. Acceſſiſtis ad ſyon montem ⁊ ciuitateꝫ dei viuentis hieruſalem ⁊c. Et ſic reconciliati ſumus: Et iſta ſunt ſiue que in celis vt angeli et deus: ſiue que in terris ſcꝫ iudei et gētiles. Ideo chriſto nato dicit̄ Luc. 2. Gloria in altiſſimis deo et in terra pax hominibus ⁊c. Item in reſurrectione dixit. Pax vobis ⁊c. vt habetur Io. 20 Eph. 2. Ipſe em̄ eſt pax noſtra qui fecit vtraqꝫ vnum ⁊c̄ ¶ Deinde cum dicit. Et vos ⁊c. ponit̄ cōmendatio chriſti per dona eis collata. Ubi ꝑmo cōmemorat ſtatuꝫ preteritum. Secundo xp̄i beneficium ibi. Nunc autem ⁊c̄. Tertio quid exigat̄ ab eis ibi. Si tamen ⁊c. Status em̄ preteritus habuit tria mala. Quantū em̄ ad intellectuꝫ erant ignorantes. quantum ad affectum inimici iuſticie. quantum ad actum in multis peccatis. Quantū ad primum dicit. Alienati ⁊c. quantū ad ſecundum. Et inimici ſenſus ſm̄ vnam litteram: ⁊ oſtendit defectum ſapientie quam predicabant iudei de vno deo. Io. 3. Dilexerunt magis tenebras q̄ lucem. Sed nunquid tenebant̄ ad legem moyſi?. Dicendum eſt ꝙ ſic quantutū ad cultum vnius dei. Uel alienati ſenſu id ē ex electione contradicentes ex malicia Iob. 34. Qui quaſi de induſtria receſſerunt ab eo. Quantū ad tertium dicit. In operibꝰ malis Io. 3. Erant em̄ eoꝝ opera mala ⁊c. ¶ Deinde cū dicit. Nunc autē. ponit beneficia chriſti. Et primū eſt reconciliatio in corpore eius. Et dicit corpus carnis nō ꝙ aliud ſit corpus ⁊ aliud caro. ſed ad oſtendendū ꝙ accepit corpus in eſſe nature Io. 1. Et verbum caro factū eſt ⁊c. Item carnis id eſt mortale Ro. 8. Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem peccati ⁊c. Secundum eſt ſanctificatio. Unde dicit. Exhibere vos ſanctos Heb. 13. Ieſus vt ſanctificaret populum ſuum ⁊c. Tertium eſt ablutio a peccatis ibi. Et imaculatos Heb. 9. Sanguis chriſti qui ꝑ ſpūmſanctū ſemetipſum obtulit deo emundabit conſcientiam noſtram ⁊c. ¶ Item quantū ad futura ibi. Irreprehenſibilis. 2. Pe. 3. Satagite immaculati ⁊ inuiolati ei inueniri in pace ⁊c. Et addit. Coram ipſo. 1. Reg. 16. Homo videt que foris patent. dominus autem intuet̄ cor. Exigit a nobis firmitatē fidei ⁊ ſpei. Ideo ſubiungit dicens. Si tamē ꝑmanetis ⁊c. Fides eſt ſicut fundamentum ex cuius firmitate tota firmat̄ eccleſie ſtructura. Item ſtabiles in ſpe quaſi non moti a ſeipſis. ⁊ immobiles quaſi non excidentes a ſpe per alios. A ſpe inquā euangelij id eſt quam dat euangelium de bonis regni celorum Matth. 4. Penitentiam agite appropinquabit em̄ regnum celoruꝫ ⁊c. Nec eſt excuſatio qꝛ eſt ꝑdicatum: videlicet ꝑ apoſtolos. Utitur preterito ꝓ futuro ꝓpter certitudinē eiꝰ. Uel om̄i creature noue ſcꝫ fidelibus quibus paratum erat.

## Lectio ſexta.

c Uius factus ſum ego paulus miniſter: qui nunc gaudeo in paſſionibus pro vobis: ⁊ adimpleo ea que deſunt paſſionum chriſti in carne mea pro corpore eius quidem eccleſia. Cuius factus ſum ego miniſter ſc'dm diſpenſationeꝫ dei que data eſt mihi in vobis: vt impleam verbis dei myſterium quod abſconditū fuit a ſeculis ⁊ generationibus: nunc autē manifeſtatum eſt ſanctis eius quibus voluit deus notas facere diuitias glorie ſacramenti huius in gentibꝰ quod eſt chriſtus in vobis ſpes glorie quem nos annunciauimus. corripientes omnem hominem ⁊ docentes in omni ſapientia: vt exhibeamus omnem hominem perfectum in chriſto ieſu in quo ⁊ laboro certando ſc'dm operationem eius quā operat̄ in me in virtute.

Poſtq̄ cōmendauit chriſtū in comparatione ad deum ⁊ ad vniuerſam creaturam: ad totam eccleſiam: ⁊ ad ipſos coloſſenſes: hic cōmendat euꝫ in comparatione ad ſeipſum. oſtendēs ſe eiꝰ miniſtrū. Et ꝑmo ponit miniſteriū. Secundo oſtendit fidelitatem in miniſtrando ibi. Qui nunc gaudeo ⁊c. Tertio miniſterij magnitudinē ibi. Cuius factus ſum ⁊c. Dicit ergo. Dico ꝙ predicatuꝫ eſt in vniuerſa creatura cuius euangeij factus ſum miniſter ꝑdicandi. non mea auctoritate. ſed predicationi miniſterium exhibens. 1. Corin. 4. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros chriſti ⁊ diſpēſatores ⁊c. Sꝫ eſt miniſter fidelis. qđ patet qꝛ non refugit pati pericula quin diligēter exeq̄t̄. Un̄ ꝑmo oñdit q̇ affectu ſuſtinet paſſiones. Sc'do q̇ fructu ibi. Adimpleo ⁊c. Affectu quidē leto: qꝛ nunc

gaudeo ⁊c. ꝑ vobis id eſt ꝓpter veſtram vtilitatem. 2. corin. j. Siue tribulamur ꝓ veſtra exhortatione ⁊ ſalute ⁊c. Et ꝓpter gaudium vite eterne quod inde expecto qđ eſt fruct⁹ miniſterij ei⁹. Jac. j. Om̄e gaudiū exiſtimate frēs mei cum in tēptationes varias incideritis. ſcientes ⁊c. Phil. 2. Si emulor ſuꝑ ſacrificiū fidei vr̄e. gaudeo ⁊ cōgratulor ⁊c. Et etiā hoc fructu vt adimpleā ⁊c. Hec verba ſm̄ ſuꝑficiē malū poſſent habere intellectum ſcꝫ ꝙ xp̄i paſſio non eſſet ſufficiens ad redemptionē. ſed addite ſunt ad complendū paſſiones ſanctorū. Sed hoc eſt hereticū: qꝛ ſanguis xp̄i eſt ſufficiens ad redemptionem etiaꝫ multoꝝ mundoꝝ. 1. Jo. 2. Ipſe eſt ꝓpiciatio ꝓ peccatis noſtris ⁊c. Sed intelligendū eſt ꝙ xp̄s et eccleſia eſt vna ꝑſona myſtica cuius caput eſt xp̄s. corpus om̄es iuſti. quilibet aūt iuſtus eſt quaſi membrū hui⁹ capitis. 1. corin. 12. Et membra de membro. Deus autem ordinauit in ſua p̄deſtinatione q̄ꝫtum meritoruꝫ deberet eſſe ꝑ totā eccleſiam tam in capite q̄ꝫ in membris. ſicut et predeſtinauit numerū electoꝝ. Et inter hec merita precipue ſunt paſſiones ſanctoꝝ. ſed xp̄i ſcꝫ capitis merita ſunt infinita. quilibet vero ſanctus exhibet aliqua merita ſm̄ mēſurā ſuā. Et ideo dicit: Adimpleo ea q̄ deſunt paſſionū chriſti id eſt totius eccleſie cuius caput eſt xp̄s: adimpleo id eſt addo menſurā meam. Et hoc in carne id eſt egoipſe patiens. Vel que ſunt id eſt deſunt in carne mea. Hoc enī deerat ꝙ ſicut xp̄s paſſus erat ī corꝑe ſuo. ita pateret̄ ī paulo mēbro ſuo ⁊ ſimilr̄ in alijs. Et hoc ꝓ corꝑe qđ ē eccl'ia q̄ erat redimēda ꝑ xp̄m. Eph. 5. Vt exhiberet ip̄e ſibi eccleſiā glorioſaꝫ n̄ hn̄tē maculā neqꝫ rugam ⁊c. Sic etiam om̄es ſancti patiunt̄ ꝓpter eccleſiam que ex eorū exemplo roborat̄. Gloſa. Paſſiones adhuc deſunt eo ꝙ paritoria meritoꝝ eccleſie non eſt plena: nec adimplebit̄ niſi cum ſeculum fuerit finitū. Paritoria aūt eſt vas vel dom⁹ vbi pariter multa inferunt̄. ¶ Deinde cum dicit. Cuius ſum ⁊c. oſtendit dignitatem miniſterij tripliciter. Primo ex materia adoptionis. Secundo ex fine ad quem ducit̄ ibi. Vt impleamini ⁊c. Tertio ex vſu ibi. Quoniā vos cum ⁊c. Sed diceret aliq̄s. Eſt ne magnū hoc miniſteriū. Et reſpondet dicens. Ita eſt. qꝛ traditum eſt mihi ſm̄ diſpenſationē. Quod dupliciter poteſt exponi: ſcꝫ actiue. ⁊ ſic eſt ſenſus id eſt vt diſpenſem vobis diuina fideliter tradens ea. ⁊ hec poteſtas data eſt mihi. Vel paſſiue. ⁊ tunc eſt ſenſus id eſt ſm̄ ꝙ mihi eſt diſpenſatū a deo Ephe. 4. Dedit quoſdā quideꝫ apl'os quoſdam ꝓphetas ⁊c. Act. 13. Segregate mihi barnabam et paulū in opus quo aſſumpſi eos ⁊c. Ecce quis eſt finis certe non pecunia nec gloria ꝓpria: ſed ali quod magnū ad quod accepi. qꝛ vt impleam ⁊c. Et p̄mo oſtendit dignitatē eius ad quod accepit. Secundo oſtēdit qđ eſt illud quod eſt xp̄s. Itē p̄mo cōmendat magnitudinē eius ex diffuſa predicatione ⁊ occultatiōe ⁊ ex manifeſtatiōe. Accipit̄ aūt ad conuerſionē gentiliū. Vn̄ vt adimpleā verbum non predicationis: ſed diſpenſationem eternam dei: id eſt vt mea predicatione impletum oſtendā verbū dei id ē dei diſpenſatōꝫ ⁊ p̄ordinationē ⁊ ꝓmiſſionē de verbo dei incarnādo vel diſpenſationē dei eternā q̄ diſpoſuit vt gentes ꝑ xp̄m cōuerterent̄ ad fideꝫ veri dei. Et hoc oportebat impleri Numeri. 23. Dixit ꝗ̄ et non faciet. locutus eſt ⁊ non implebit Eſa. 55. Verbū quod egredietur de ore meo nō reuertet̄ ad me vacuū: ſed faciet quecūqꝫ volui ⁊ ꝓſperabit̄ ⁊c. Sed hoc diſpoſuit impleri ꝑ miniſteriuꝫ pauli. Vnde dicit. Vt impleā hoc myſteriū ſcꝫ inquantū eſt res abſcondita. qꝛ myſteriuꝫ quod eſt abſconditū eſt hoc verbum Eſa. 24. Secretuꝫ meuꝫ mihi ⁊c. Quod abſconditū fuit a ſeculis id ē a p̄ncipio ſeculoꝝ ⁊ om̄ibus generationib⁹ hominū qui hoc ſcire non potuerūt Eph. 3. Que ſit diſpenſatio ſacramēti abſconditi a ſeculis in deo. Nam ⁊ ſi ph'i antiqui quedam de xp̄i deitate videant̄ dixiſſe vel ꝓpria vel appropriata ſicut auguſtin⁹ inuenit in libris platonis. In p̄ncipio erat verbū ⁊c. tamē ꝙ verbum caro factū eſt null⁹ ſcire potuit. Sꝫ dicis. Nōne fuit ſcitū ꝑ ꝓphetas. Reſpondeo. dicendū eſt ꝙ ſic tamen inquantū ꝑtinebat ad euangelium. Vel non ita apperte ſicut apoſtoli ſciuerūt ¶ Deinde cum dicit. Nunc aūt ⁊c. agit de manifeſtatione eius. ⁊ p̄mo oſtendit quibus manifeſtatū eſt. Secundo oſtendit quare manifeſtatū eſt eis ibi. Quibus voluit ⁊c. Dicit ergo. manifeſtatū eſt nunc ſcꝫ tempore gratie. 2. corin. 6. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nūc dies ſalutis ⁊c. Hec autē eſt ſcientia ſanctoruꝫ Sap̄. 10. Dedit illi ſcientiam ſanctorū ⁊c. Job. 36. Annūciat de ea amico ſuo ⁊c. Sed hoc non ꝓpter eorum merita. ſed ꝓpter beneplacitū ſuum. Vnde dicit. Quib⁹ voluit deus ⁊c. Jo. 15. Que audiui a patre meo nota feci vobis. ⁊c. Et ſubdit. Non vos me elegiſtis: ſed ego elegi vos. ⁊c. Matth. 11. Ita placitum fuit ante te ⁊c. Notas facere diuitias glorie. qꝛ per iſta occulta deus apparet abundanter glorioſus. Nam olim notus in iudea deus. Sꝫ ꝑ hoc ſacramentū cōuerſionis gentiliū gloria dei notificat̄ ꝑ totū mundū. Jo. 17. Ego te clarificaui ⁊c. Et hoc intelligentibus ſcꝫ quod completur in eis Ro. 5. Gloriamur in ſpe glorie filiorum dei. Et Ro. 11. O altitudo diuitiarum ſapientie ⁊ ſcientie dei ⁊c. Hoc verbum eſt qđ eſt chriſtus id eſt quod ꝑ chriſtum adipiſcimur ſcꝫ ſpem glorie que olim videbat̄ ꝓmiſſa ſolū iudeis Act. 10. Mirabant̄ ꝙ ⁊ in nationes diffuſa eſt gratia ⁊c. Ro. 5. Juſtificati ex fide pacem habeam⁹ ⁊c. Et poſt. ⁊ gloriamur in ſpe glorie filiorum dei ⁊c. Eſa. 11. Radix ieſſe qui ſtat in ſignum populorū ⁊c. Sic ergo oſtendit̄ origo miniſterij ⁊ finis. ¶ Sꝫ ſubdit vſuꝫ eius cū dicit. Quē nos ⁊c. Et circa hoc tria facit. qꝛ p̄mo oſtēdit vſum eius. Secūdo fructum ibi. Vt exhibeamus ⁊c. Tertio auxilium ſibi impenſum ad conſequendū vſum ibi. In quo ⁊ laboro ⁊c. Vſus eius eſt nunciare chriſtum. Et ponit vſum ⁊ modum vtendi. pſ̄. Annunciate inter gentes ſtudia ei⁹ ⁊c. 1. Jo. 1. Quod vidimus ⁊ audiuim⁹ annūciamus vobis ⁊c. ¶ Modus ponit̄ ibi. Corripientes ⁊c. Quod eſt perfecta ānunciatio: quia om̄i homini non ſolum iudeis. Matth. vltimo. Docete omnes gentes ⁊c. Modus etiam eius eſt docere veritatem ⁊ refellere falſitatem. Et ideo dicit. Corripientes omneꝫ errorem vel infideles in vita. 2. Corin. 10. Arma militie noſtre nō ſunt carnalia ſed potentia dei ad deſtructionē munitionū. conſilia deſtruentes ⁊c. ¶ Et docentes oēm hoīem in omni ſapientia ſcꝫ q̄ eſt cognitio dei Sap̄. 15. Noſce enī te ꝯſumata iuſticia eſt: ⁊ ſcire iuſticiam ⁊ veritateꝫ tuam radix eſt immortalitatis ⁊c. Et. 1. Corin. 2. Sapientiā loquimur ⁊c̄. ¶ Fructus autē hic eſt ꝙ homines ducunt̄ ad perfectū. Vnde dicit. Vt exhibeamus omnē hominem ſcꝫ cuiuſcūqꝫ conditionis perfectum non in lege: ſed in chriſto. Matth. 5. Eſtote perfecti ⁊c. Sed nunquid quilibet tenetur ad perfectionem? Non. ſed intentio predicatoris ad hoc debet eſſe. Eſt autē duplex perfectio charitatis. Vna de neceſſitate precepti: ſcꝫ vt in corde nihil admittat contrarium deo. Matth. 22. Diliges dominū deum tuum ex toto corde tuo ⁊c. Alia de vtilitate cōſilij vt abſtineat etiam a licitis. ⁊ hec eſt perfectio ſuꝑerogationis Sed ad hoc habuit auxilium a deo. Vnde dicit. In quo laboro ſcilicet certando cōtra infideles ⁊ peccatores. 2. Timo. 2°. Labora ſicut bonus miles chriſti ⁊c̄. Item eiuſdem. 4. Bonum certamen certaui ⁊c. Et hoc ſcđm oꝑationeꝫ eius. j. Corin. 15. Gr̄a dei mecū. Et hoc facit

de⁹ in me i virtute miraculo℞ ſcʒ ꝓbedo virtutē. Luc. vlti. Sedete i ciuitate donec induamini virtute ex alto.

## Capitulum ſecundū.

Volo enim vos ſcire qualē ſollicitudinem habeā ꝓ vobis ⁊ ꝓ his qui ſunt loadicie ⁊ quicūqʒ non viderunt facieʒ meā in carne vt conſolenꝫ corda ipſorum inſtructi in charitate ⁊ in omnes diuitias plenitudinis intellectus in agnitione myſterij dei patris ⁊ ieſu chriſti: in quo ſunt omnes theſauri ſapientie ⁊ ſcientie abſconditi. Hoc aūt dico: vt nemo vos decipiat in ſublimitate ſermonū.

Supra cōmendauit ſtatū fideliū: qui eſt gratie. ⁊ actorē ſcʒ xp̄m: hic ꝓtegit eos contra ꝯtrariantia huic ſtatui: et p̄mo ꝯtra doctrinā corrumpentē. Secūdo ꝯtra puerſos mores. 3°. ca. ibi. Igiꝫ ſi conſurrexiſtis ⁊c. Circa p̄mum duo facit. Quia p̄mo oſtēdit ſollicitudinē de eo℞ ſtatu. Scdo tueꝫ eos contra malā doctrinā ibi. Hoc aūt dico. ⁊c. Iter℞ p̄ma pars diuidiꝫ in tres particulas. Quia primo ponit ſollicitudinē. Scdo pſonas de quib⁹ ſollicitaꝫ ibi. Pro vobis ⁊c. Tertio de q̄ ſit ſollicitus ibi. Ut conſolenꝫ ⁊c. Dicit ḡ: Volo em̄ vos ſcire qualē habeam ſollicitudinē ſcʒ magnā. Et hoc ꝑtinet ad bonū p̄latū Ro. 12. Qui preeſt in ſollicitudīe Luc. 2. Paſtores erāt in eadem regione vigilantes et cuſtodiētes vigilias nocte ſupra gregem ſuū ⁊c. Et non ſolum ꝓ a ſe cōuerſis ⁊ ſibi preſentibus ſed etiaʒ ꝓ alijs. Unde dicit. Pro vobis quos non vidi corpore: ſed ⁊ mente. et non ſolū ꝓ iſtis: ſed etiam ꝓ illis q̄ nō viderūt ⁊c. Sollicitus q̄ppe erat ꝓ toto mūdo. Sap. 18. In veſte poderis aaron totus erat orbis terra℞ ⁊c. Sic in mente ap̄li. 2. Corin. 11. Preter ea q̄ extrinſec⁹ ſunt inſtantia mea quottidiana ſollicitudo oīm eccleſia℞ ⁊c. Sed de quib⁹ magis ſollicitaꝫ Reſpondeo. de non viſis q̄tum ad aliq̄d: q: neſciebat q̄d fieret circa eos: nō aūt ſimpliciꝫ. ¶ Deinde cū dicit. Ut cōſolenꝫ ⁊c. oſtendit de q̄ ſollicitus ſit ſcʒ de eo℞ conſolatione. Et p̄mo hoc ponit. Secūdo quō poſſit hoc haberi ibi. Inſtructi ⁊c. Dicit ḡ. Ut cōſolenꝫ id eſt ꝑ me habeant conſolationē ſpūalē cuius conſolationis factiuū eſt bonum. Eſt em̄ factiuū gaudij vt q̄ triſtaꝫ de aliq: conſoleꝫ de alio eque bono. Duo aūt ſunt que conſolanꝫ nos: ſcʒ meditatio ſapientie. Sap. 8. Erit allocutio cogitatio nis tedij mei. Aliud eſt oratio Jac. 5. Triſtaꝫ q̄s in vobis oret equo aīo ⁊ pſallat. ¶ Cōſeq̄nter cū dicit. Inſtructi ⁊c. ponit ſpēaliter ſapientie inſtructionē. Duplex eſt hic lr̄a ſcʒ q̄ dicta eſt et que habeꝫ in glo. ſic. Ut conſolētur corda ipſo℞ inſtructo℞ ⁊c. ad cognoſcendū ⁊c. Et eſt idem ſenſus. Inſtructio ḡ ſapīe conſolaꝫ cōtra mala temporalia. Debet aūt hic eſſe inſtructus de via. et ideo dicit. In charitate q̄ ſcʒ eſt via ad deū. 1. corin. 12. Adhuc excellentiorē viā vobis demonſtro: ſi linguis ⁊c. Inſtructi ergo in charitate q̄ deus nos diligit: ⁊ qua nos euʒ diligim⁹. vtrūqʒ em̄ nos conſolaꝫ ſcʒ ⁊ q: dn̄s diligit nos Gal. 2. Viuo ego ⁊c. Et poſt. Qui dilexit me et tradidit ſemetipſum ꝓ me ⁊c. Eph. 2. Diues in miſericordia ꝓpter nimiā charitatē ſuā qua dilexit nos ⁊c. Itē qua nos deū diligimus nos cōſolamur. q: conſolatio ē amici ſi ꝓ eo ſuſtineat mala Ecc. 22. Et ſi euenerint mihi mala ꝓpter illum ſuſtinebo ⁊c. Et ſubdit. In om̄es diuitias id eſt in om̄i capacitate. Intellectus em̄ noſter eſt in potentia ad aliq̄d cognoſcendū. ſʒ intellect⁹ angeli in ſua creatione impletus eſt ſciētia intelligibiliū. Et ideo oportet q̄ noſtro intellectui humano ſubueniat ſciētia. Uel per diſciplinā. ſʒ hec ē inſufficiens. q: nunq̄ aliq̄d tm̄ poteſt ſciri ſic q̄ capacitatē eius impleat. Uel ꝑ reuelationē diuinam ⁊ donum dei. Et hec eſt ſufficiens Ecc. 15. Impleuit euʒ dn̄s ſpū ſapientie ⁊ intellectus ⁊c. Et ideo dicit. Plenitudinis intellectus id eſt in copiam. Sap. 8. Quid ſapientia locupletius? Eſa. 33. Diuitie ſalutis ſapientia ⁊ ſcientia. Inſtructi ergo in copia diuine ſapientie que copia implet intellectū. Et hoc habebim⁹ cognoſcendo deuʒ. Et ideo dicit. In agnitionē myſterij ⁊c. id eſt ad cognoſcendū veritatē ſacramenti huius occulti ſcʒ q̄ deus ſit pater ieſu xp̄i. Uel myſterij dei patris qđ eſt xp̄s ieſus. Ideo diciꝫ Matth. 11. de ap̄lis. Abſcondiſti hec a ſapiētib⁹ ⁊ prudētib⁹ ⁊ reuelaſti ea puulis. Uel in agnitione et̄ne generatiōis et incarnatiōis xp̄i Sap. 6. Cogitare ergo de illa ſenſus eſt cōſumatus. Auguſtin⁹ Beatus q̄ te nouit: infelix q̄ te non nouit. Per cognitōʒ dei habet homo omnē plenitudinem Jo. 17. Hec ē vita eterna vt cognoſcant te ſoluʒ veruʒ deū ⁊c. Sed nunq̄d ꝑ cognitionē xp̄i impleꝫ intellectus? Reſpondeo ſic. q: in eo ſunt oēs theſauri ⁊c. Deus hʒ oīm rerū noticiā: et hec noticia compaꝫ theſauro. Sap. 7. Infinitus em̄ eſt theſaurus hominibus ⁊c. Theſaurus eſt diuitie congregate. ſed effuſe non dicunꝫ theſaurus: ſʒ que in vno ſunt Deus em̄ ſapientiam ſuā ſparſit ſup om̄ia opa ſua. Ecc. 1. Et ſic non habet rationē theſauri: ſed ſm̄ q̄ huiuſmodi rationes vniunꝫ in vno ſcʒ in ſapientia diuina. ⁊ omnes hmōi theſauri ſūt in xp̄o. Sapiā em̄ ē cognitio diuinorum. Scientia vero eſt creatura℞ cognitio. Quicq̄d autē a deo poteſt ſciri ꝑtinens ad ſapientiā totum deus abundanter in ſe cognoſcit. Iteʒ quicq̄d poteſt cognoſci de creaturis cognoſcit in ſe ſupeminenter. Quicq̄d aūt in ſapientia dei eſt: eſt in verbo ſuo vno. q: vno ſimplici actu intellectus cognoſcit om̄ia. q: in eo non eſt ſcientia in potentia nec in habitu. Et ideo in iſto verbo ſunt oēs theſauri ⁊c. Sed addit. Abſconditi. q: q̄ mihi aliquid abſcondiꝫ contingit dupliciter. ſcʒ vel ꝑpter debilitatē intellectus mei: vel ꝑpter velamen oppoſitū. ſicut quis non videt candelam. vel quia cecus eſt vel velata eſt. Ita in verbo dei ſunt om̄es theſauri ſapientie ⁊ ſcientie ſed abſconditi nobis qui nō habemus limpidos oculos ſed lippos Jo. 12. Adhuc modicū lumē in vobis eſt. Et q: eſt velatū duplici velamine ſcʒ creature. q: intellect⁹ noſter nunc ad illam cognitionē non poteſt niſi ꝑ ſimilitudinem creatura℞ Ro. 1. Inuiſibilia dei ꝑ ea que facta ſunt intellecta conſpiciunꝫ ⁊c. Iteʒ velatū in carne. Jo. 1. Et verbū caro fctm̄ ē ⁊c. Et ſi aliq̄d videm⁹ de deo: nō tm̄ totum Eſa. 45. Uere tu es deus abſconditus ⁊c. Numeri. 20. Aperi eis theſaurū tuum. Ponam⁹ q̄ aliquis habeat candelā velatā non q̄reret aliunde lumen niſi q̄ habitū ab eo reueletur. ⁊ ideo nō oportet ſapientiā querere niſi in xp̄o. 1. corin. 1. Non exiſtimaui me aliquid ſcire niſi xp̄m ieſum ⁊c. Et. 1. Jo. 3. Cum reuelabiꝫ tunc ſimiles ei erimus ſcʒ om̄ia ſciētes. ſicut qui haberet librūʒ vbi eſſet tota ſcientia non quereret niſi vt ſciret illum librum. ſic ⁊ nos non oportet amplius querere niſi xp̄m. ¶ Deinde cum dicit. Hoc aūt dico ⁊c. Inſtruit ⁊ monet eos ꝯtra doctrinā corrūpentē. Seducebāꝫ aūt a q̄buſdā pħis ꝯtra fidē ⁊ ab hereticis q̄ docebāt obſuaātias legalium. Iō p̄rio inſtruit eos ꝯtra pħos. Scdo ꝯtra iudaizātes ibi. In q̄ et circūciſi ⁊c. In ſciētia vero mūdana duo continenꝫ. q: eſt quedā ſcientia loquendi. et quedā ſcientia rerum. ⁊ ideo dupliciter poſſunt decipere. Ideo primo munit eos contra pħos decipientes eos ꝑ ſcientiam

loquendi. Secundo contra decipientes eos ꝑ ſcientiam rerũ ibi. Uidete ne quis ⁊c. Primo manifeſtat deceptionem. Secundo aſſignat rõem ibi. Nam ſi corpore ⁊c. Dicit ergo. dico ꝙ in chriſto eſt om̃is ſciẽtia. Et hoc dico vt nõ querentes alibi ſcientiam decipiamini. Et dicit nemo id eſt nec demoſthenes nec tullius in ſublimitate ſermonis Eſa. 33. Populum ibi alti ſermonis non videbis ⁊c. Sed nunquid eſt peccatũ vti ſermonibꝰ ſublimibus? Reſpondeo. Non. qꝛ etiam ſancti viri elegantius loquunt̃ ꝙ etiam rhetores mundi. ſicut ambroſius. hieronymus. ⁊ leo papa. Nam ſi licet vti ad perſuadendũ in malo ornata locutione. multomagis in bono.

## Lectio ſecunda.

n

Am ⁊ ſi corpore abſens ſum: ſ ſpiritu vobiſcũ ſuʒ gaudens ⁊ vidẽs ordinem veſtrum et firmamentuʒ eius que in chriſto eſt fidei veſtre. Sicut ergo accepiſtis ieſum chriſtum dominũ noſtrum: in ipſo ambulate: radicati ⁊ ſupedificati in ipſo ⁊ ꝯformati in fide ſicut ⁊ didiciſtis: abundantes in illo in gratiarũactione. Uidete ne quis vos decipiat per philoſophiam ⁊ inanem fallaciam ſm traditionẽ hominũ ſcđm elementa mundi ⁊ non ſcđm chriſtum. qꝛ in ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. ⁊ eſtis in illo repleti qui eſt caput omnis principatus et poteſtatis.

Supra monuit ne per aliquã fallaciã ſermonis decidãt a fide: hic ponit rationem monitionis: que ſumit̃ ex bonis que in iſtis erant que non debebant perdere ſed ꝓficere in eis. ⁊ primo cõmemorat bona habita. Secundo oſtẽdit quõ in eis ꝓficiant ibi. Sicut ergo ⁊c. Circa primum duo facit. quia p̊mo oſtendit qualiter ſunt ſibi nota bona eorum. Secundo que bona in eis ſunt ibi. Gaudens ⁊c. Dicit ergo. Nam ⁊ ſi ⁊c. quaſi dicat. Licet nõ p̄dicauerim vobis nec vr̃a facta ocul' videã tñ ſpũ vobis interſum ꝑ affectionẽ gaudens de bonis veſtris. 1. cori. 5. Abſens quidẽ corpore: preſens vero ſpũ. ꝓuer. 10. Filius ſapiens letificat patreʒ ⁊c. Et hoc qꝛ reuelabat̃ ſibi per ſpũmſanctũ. Et ideo dicit. Sed ſpũ vobiſcũ ſum. 4. Reg. 5. Nonne cor meũ in preſenti erat qñ reuerſus eſt homo de curru in occurſuʒ tui ⁊c. Gaudens inꝙ̃ ſum qꝛ videns ſum ordinẽ id ẽ ordinatã veſtrã cõuerſationẽ. 1. corin. 14. Omnia honeſte ⁊ ſm ordinem fiant in vobis. Judic. 5. Stelle manentes in ordine ⁊ curſu ſuo ⁊c. Et firmamentũ ⁊c. 2. Ti. 2. Firmũ fundamentũ dei ſtat ⁊c. Et hoc in xp̃o Eph. 3. Habitaere chriſtũ ꝑ fidem in cordibus veſtris ⁊c. Eccleſia em̃ eſt ſpũale edificium Eph. 2. Jn quo om̃is edificatio conſtructa creſcit in templum ſanctũ in dño. Huius aũt bonitas ꝯſiſtit in debito fundamento qđ eſt fides ⁊ in debita ſupedificatione. Et ideo hec duo poſuit. ¶ Deinde cum dicit. Sicut ergo ⁊c. monet eos ad hec ſeruanda. Et p̊mo ad ꝓficiendũ. Secundo ad perſiſtendũ. Tertio ad gratias agendum. Dicit ꝗ. Sicut accepiſtis xp̃m ieſum dñm noſtrum non ꝑuertendo in ip̃o ambulate Ro. 12. Adherentes bono. Eccleſia qñq; compat̃ ſpũali edificio. 1. corin. 3. Templũ dei ſanctum eſt quod eſtis vos. Quãdoq; arbori qꝛ fert fructũ Et eadem eſt comparatio fundamẽti ad domũ. ⁊ radicis ad arborẽ. qꝛ vtriuſq; firmitas eſt radix ⁊ fundamentum xp̃s Eſa. 11. Erit radix ieſſe qui ſtat in ſignũ populoꝝ. 1. Corin. 3. Fundamentũ aliud nemo poteſt ponere preter id qđ poſitum eſt. qđ eſt xp̃s ieſus ⁊c̃. Jdeo dicit. Radicati ſcʒ ſicut boni rami. ⁊ ſupedificati in ipſo ⁊ confirmati ſcʒ ſic̃ boni lapides. hoc ẽ ſi ꝑſtiteritis ĩ fide eiꝰ. 1. Pe. vltimo. Aduerſarius veſter ⁊c. Et poſt Cui reſiſtite fortes in fide ⁊c. Et hoc ſicut didiciſtis ſcʒ in vera fide Gal. 1. Si quis vobis euangelizauerit preter id qđ accepiſtis anathema ſit ⁊c. Abundantes in eo in gratiarũactiõe id eſt gratias agentes abũdanter. 1. theſſal. vltimo. Jn omnibus gratias agite. 2. Machab. 1. De magnis periculis a deo liberati magnifice gr̃as agimus ipſi ⁊c. ¶ Deinde cuʒ dicit. Uidete ⁊c. monet ne decipiant̃ ꝑ vanã ſapientiam. Et p̊mo ponit monitionẽ. Secundo rationem ibi. Jn ipſo ⁊c. Circa primũ p̊mo docet vitare qđ poteſt decipere. Secũdo oſtendit quare illud decipiat ibi. Secundũ traditiones ⁊c. Sed ꝙ aliquis decipiat̃ ꝑ ſapientiam ſecularẽ dupliciter contingit ſcʒ quandoq; ꝑ p̊ncipia realia phie. qñq; ꝑ ſophiſticas rationes. Et vtraſq; docet cauere. Unde dicit. Ne quis ⁊c. id eſt ꝑ philoſphica documẽta Eſa. 47. Sapientia tua ⁊ ſciẽtia hec decepit te. Multi em̃ ſunt ꝓpter phiam decepti a fide deuiantes. Jere. 10. Stultus eſt factus om̃is homo a ſcia ſua ⁊c. Quantũ ad ſecundũ dicit. Et inanem fallaciaʒ q̃ non fundat̃ niſi ſuꝑ apparẽti inuolutione verboꝝ Eph. 5. Nemo vos ſeducat inanibus verbis. Sed quõ ſeducens? Qui ſeducit oportet habere aliq̇d apparens ⁊ aliquid non exiſtens. Jdeo p̊mo ponit p̊ncipiũ apparentie. Secundo defectum exiſtentie. Principiũ apparentie eſt duplex ſcʒ auctoritas phoꝝ. ⁊ ꝙ̃tuʒ ad hoc dicit. Scđm traditionẽ hominũ id eſt ſm ea q̃ aliqui tradiderunt ꝓpria ratione. ps̃. Dominꝰ ſcit cogitationes hominũ qm̃ vane ſunt. Aliud eſt adinuentio rationis qñ ſcʒ aliquis vult metiri ea que ſunt fidei ſm p̊ncipia rerum. ⁊ nõ ſm ſapientiam diuinam. Ex hoc em̃ multi decipiunt̃. Et iđ dicit. Scđm elementa mundi. ⁊c. Sap̄. 13. Neq; operibus attendentes agnouerunt q̇s eſſet artifex ⁊c. Quanto enim cauſa eſt altior: tanto habet ſuperioreʒ effectuʒ. Unde qui voluerit conſiderare effectus ſuperiores ſm cauſas inferiores decipitur. ſicut ſi quis conſideret motum aque ſm virtutem aque non poteſt ſcire cauſam refluxus maris. ſed ſic ſi conſiderat eũ ſm virtutẽ lune. Uñ multomagis decipit̃ q̇ cõſiderat ꝓprios dei effectus ſm elementa mundi. Et hec eſt cauſa apparẽtie. Sʒ nunq̇d ſunt ſemꝑ reſpuẽde traditiões hoim̃ ⁊ rationes? Reſpõdeo. Non. ſed tunc qñ ꝓcedit phiſica ratio ſm illa ⁊ nõ ſm xp̃m. Jnfra eodeʒ. Non tenentes caput ex quo totũ corpus ꝑ nexus et cõiunctiones ſubminiſtratũ creſcit in augmentum dei ⁊c. Uel poteſt exponi ſm elementa mũdi menſurando ſcʒ veritatẽ ſm veritatẽ creaturarũ. Uel hoc dicit ꝓpter idolatras colentes idola ⁊ dicentes. Jouem celum. Uel ſm iudeos vt ſit ſenſus. Per phiam id eſt ꝑ rationẽ volentium trahere ad legalia ſm elementa mũdi id ẽ ſm obſeruatiões corporales Gal. 4. Sub elementis mundi eramus ſeruientes. Sed prima expoſitio eſt melior. ¶ Deinde cum dicit. Quia in ipſo ⁊c. ponit rationẽ predictoꝝ dicens. Quicq̇d nõ eſt ſm xp̃m reſpuendum eſt. Sed nunq̇d eſt xp̃s tantus vt ꝓ eo om̃ia reſpui debeant? Et reſpondet ꝙ ita. qđ oſtendit tripliciter Primo ꝑ compationẽ ad diuinitatẽ. Secũdo ꝑ compationem ad fideles ibi. Et eſtis ⁊c. Tertio ꝑ compationẽ ad angelos ibi. Qui eſt caput ⁊c. Dicit ꝗ. Jdeo reſpuendum eſt qđ eſt contra eum quia ipſe eſt deus. Unde pluſ eſt ei ſtandum ꝙ̃ omnibus. quia in ipſo habitat ⁊c. Deꝰ em̃ eſt in omnibus. ſed in quibuſdam per participationẽ ſimilitudinis ſue bonitatis vt lapis ⁊ alia huiuſmodi

Et talia non ſunt deus ſed habent in ſe aliquid dei. non eius ſuſtantiã ſed ſimilitudinem eius bonitatis. Et ideo non habitat in eis plenitudo diuinitatis. quia non eſt ibi ſm̃ ſubſtantiã. Item eſt in mentibus ſanctis que ꝑ amorem ⁊ cognitionem attigunt deũ. Et ideo deus eſt in eis ſm̃ gratiã: ſed non corporaliter ſed ſm̃ effectũ gratie: nec eſt plenitudo: ſed ſm̃ aliquos effectus terminatos. Sed in chriſto eſt corporaliter. quod exponitur triplicit̃. Corpus enĩ diuiditur contra vmbrã. infra eodẽ. Que ſunt vmbra futurorũ ⁊c. Et ſic deum contingit dupliciter inhabitare. vel ſm̃ vmbrã. vel corporalit̃ id ẽ realit̃. Primo modo inhabitabat in veteri lege ſed in chriſto inhabitat corporaliter id eſt realiter. et ſm̃ veritatem. Alio modo quia alij ſancti inhabitantur ſolũ ſm̃ animum non ſm̃ corpus. Ro. 7. Scio ꝙ non habitat in me id ẽ in carne mea bonum: ſed in xp̃o diuinitas inhabitat corporaliter. quia inhabitatio dei qua ſanctos inhabitat eſt ꝑ operationem. id eſt per amorem ⁊ cognitionẽ quod eſt opus ſolius mẽtis rationalis. ſed in xp̃o inhabitat ꝑ aſſumptionem hominis in vnitatẽ perſone. Unde quicquid pertinet ad hominẽ totũ inhabitatur a deo. ⁊ ideo caro ⁊ mẽs inhabitatur. quia ambo ſunt vnita verbo. Joh. 1. Et verbum caro factũ eſt. Sed tertio modo eſt ſenſus. Tribus enĩ modis eſt deus in reb⁹. Unus eſt cõmunis per potẽtiam: preſentiã ⁊ eſſentiã. Alius per gratiam in ſanctis. Tertius modus eſt ſingularis in xp̃o per vnionem. Corpus autẽ tres dimenſiones habet. Et plenitudo diuinitatis his modis in xp̃o ſuperabundat. ideo corporaliter dicitur in eo eſſe. Et primus quidem modus eſt q̃ſi longitudo. quia ſe extendit ad omnia. Item latus eſt ꝑ charitatẽ. Item quantũ ad profundũ incõprehenſibilis. Sꝫ ex hoc Neſtorius errat. dicens vnionem factã per inhabitationẽ tantũ dicens verbũ inhabitaſſe carnẽ. Sed cõtra hoc eſt qḋ apoſtol⁹ dicit Phil. 2. Exinaniuit ſemetipſum ⁊c. Habitare aũt hominẽ non eſt exinanire: ſed hominẽ fieri. Et ideo ſubdit. In ſimilitudinẽ hominũ fact⁹ eſt. Et ideo habitabilis dicit̃ xp̃s. non quaſi alius ſit qui habitat ⁊ qui inhabitatur. ſed ipſe eſt ⁊ homo ⁊ plenitudo diuinitatis. ¶ Deinde cum dicit: Et eſtis in illo ⁊c. Oſtendit idem per comparationẽ ad alios Quaſi dicat Omnia accepiſtis. Joh. 1. De plenitudine eius ⁊c. Sciendum eſt autẽ ꝙ platonici dicunt ꝙ diuina dona pueniunt ad homines mediãtib⁹ ſubſtãtijs ſepatis. Et hoc eſt verum etiã ſm̃ Dionyſium. ſed hoc eſt quoddã ſpeciale. quia ab eo imediate qui replet angelos. Joh. 1. Unigenitus dei filius qui eſt in ſinu patris ipſe enarrauit ⁊c. Hebre. 2. Cũ initiũ accepiſſet enarrari per dominum ab his qui audierunt ⁊c. Et ideo dicit. Qui eſt caput omĩs principatus ⁊ poteſtatis inquantũ eſt rex eorũ ⁊ dñs. nõ per conformitatẽ nature. quia ſic caput eſt hominum. Et tangit iſtos ordies qui vident̃ habere quãdã ꝑeminẽtiã

## Lectio tertia.

In quo ⁊ circũciſi eſtis circũciſiõe nõ manufacta in expoliatiõe corporis carnis. ſed in circũciſione chriſti cõſepulti ei in baptiſmo. in quo ⁊ reſurrexiſtis ꝑ fidẽ operationis dei: qui ſuſcitauit illuꝫ a mortuis. Et vos cũ mortui eſſetis in delictis ⁊ preputio carnis veſtre cõuiuificauit cũ illo donans vobis omnia delicta. delẽs quod aduerſus nos erat cyrographuꝫ decreti qḋ erat contrariũ nobis. Et ipꝫ tulit de medio affigens illud cruci. ⁊ expolians principat⁹ ⁊ poteſtates. traduxit confidenter palã triumphans illos in ſeipſo.

Supra muniuit fideles contra deceptiones ſecularis ſapientie: hic inſtruit ⁊ munit eos contra hereticos volentes eos ad legalia trahere: quos primo docꝫ vitare. Secundo excludit eorum falſam ſeductionẽ ibi. Nemo ⁊c. Iterum prima in duas. quia primo oſtendit legalia eſſe impleta in chriſto. Secundo ea excludit: oſtendẽs ꝙ nõ tenentur ad ipſa ibi. Nemo vos ⁊c. Inter legalia autem primũ eſt circũciſio. in qua iudei profitebant̃ obſeruantiam veteris legis. ſicut nos in baptiſmo profitemur obſuantiam noue legis. Gal. 5. Teſtificor omni circũcidenti ſe quoniã debitor eſt vniuerſe legis faciende. Unde dicit ꝙ fideles ſunt circũciſi quadam ſpirituali circũciſiõe. Ex quo ſequitur ꝙ illa ceſſat Unde primo oſtendit quali circũciſiõe ſunt circumciſi. Secundo in quo accipitur hec circũciſio ibi. Conſepulti ⁊c. Tertio aſſignat rationem huius circũciſionis ibi. Et vos cũ mortui ⁊c. Circa primũ ſciendum eſt ꝙ duplex eſt circũciſio ſcilicet carnalis ⁊ ſpiritualis. Per chriſtum vero ſumus circũciſi non circũciſione carnali ſed ſpirituali Et ideo primo excludit carnalem. Secundo aſtruit ſpiritualem. Dicit ergo. In quo ſcilicet xp̃o circũciſi eſtis circumciſione non manufacta. Ro. 2. Non enĩ qui in manifeſto iudeus eſt: neqꝫ q̃ in manifeſto in carne eſt circũciſio. ſed qui in abſcondito iudeus eſt ⁊ circumciſio cordis in ſpiritu non littera ⁊c. ¶ In expoliatiõe corporis carnis hoc duplicit̃ poteſt legi. Uno modo ſic. Dico circũciſi non manufacta circũciſione. vos dico manentes in expoliatiõe. id ẽ carnalis corruptionis. ſm̃ illud. 1. cor. 15. Caro ⁊ ſanguis regnũ dei non poſſidebũt ⁊c. Quaſi dicat. Ideo circũciſi. quia non habetis iam vitia carnis. infra. 3. Expoliantes vos veterem hominẽ cũ ſuis actibus ⁊c. Uel dico circũciſione nõ mãufcã q̃ circũciſio mãufcã ɔſiſtit ĩ expoliatiõe corpis carnis q̃ abſcindit̃ ab alia. Uñ alia littera habet. Cutis carnis ſcilicet corporis carnis. id eſt ꝑticule corporis que ẽ caro. non ꝙ aliud ſit corpus ⁊ aliud caro. Et dicit carnis alludens legi. vbi ſit mentio de carne. Gen. 17. Circumcidetis carnem preputij veſtri ⁊c. Et hoc vt oſtẽderet ꝙ eſt quedam carnalis obſeruantia. Sed nos nõ tali ſum⁹ circumciſi: ſed circumciſione xp̃i. Sicut enĩ xp̃s aſſumpſit ſimilitudinem carnis peccati. id eſt carnem paſſibilẽ vt a peccato liberaret. ita ⁊ remedia legis vt a legis obſeruantia liberaret. Uel quam xp̃s facit in nobis que eſt ſpiritualis circũciſio. Ro. 2. Non littera ſed ſpiritu. Secundo oſtendit ꝙ adepti ſumus eã in baptiſmo. ⁊ ſic baptiſmus eſt ſpiritualis circumciſio. Et primo oſtendit ꝙ in baptiſmo exhibetur figura mortis xp̃i. Secundo ꝙ in eo accipitur cõformitas ad reſurrectionẽ xp̃i ibi. In quo ⁊ reſurrexiſtis ⁊c. Dicit ergo. Conſepulti ⁊c. quia in eo exprimitur ſimilitudo mortis xp̃i. vt ſicut xp̃s ponit̃ primo in cruce ⁊ poſtea in ſepulchro: ita qui baptizat̃ ponit̃ ſub aqua ⁊ ter ſicut ſtetit chriſtus triduo in ſepulchro. Conſepulti etiam. id eſt baptizati ad ſimilitudinẽ mortis xp̃i. vt ſicut in ea deſtruxit peccatũ: ita ⁊ in baptiſmo. Et ſicut reſurrexit de ſepulchro ita ⁊ nos a peccatis in re: et a corruptione carnis in ſpe. Et hoc per fidem. quia virtute dei reſuſcitat⁹ ẽ. pſ. Reſuſcita me ⁊c. Et credẽs hãc reſurrectionẽ ſit ꝑticeps hui⁹ reſurrectiõis. Roma. 8. Qui ſuſcitauit Ihm̃ xp̃m a mortuis viuificabit ⁊ mortalia corpora vr̃a ⁊c. Sed ⁊ xp̃s reſuſcitauit ſe. Eadẽ ẽ enĩ opatio patris ⁊ filij. pſ. Exurgã diluculo ⁊c. ¶ Deĩnd eſt dicit Et vos cũ ⁊c. Oſtẽdit rõem ſilitudinis. ⁊ p̃mo oſtẽdit ſilitudinẽ. Secũdo modũ dictorũ ibi. Delẽs ⁊c. Littera nõ eſt difficil̃. Dixi vos circũciſos qꝛ cõſepulti eſtis chriſto in baptiſmo ⁊ cõparauit baptiſmum ſepulture et

mortí. Sed poteſt dici ꝙ ad propoſitū magis eſſet ſi dicatur qđ primo oſtenditur ꝙ baptiſmꝰ ſit circūciſio. Secundo oſtendit rationē quare. quia ſcilicet peccatū eſt ſuperfluitas ⁊ caro prepucij eſt ſuperfluitas. Idem ergo ē deponi peccatū ⁊ prepuciū. Sed in baptiſmo deponitur peccatum. Ergo eſt idez qđ circūciſio. ¶ Et iđ dicit. Cū eſſetis mortui in delictis. id eſt propt̄ delicta veſtra. pſ. Mors peccatorum peſſima. ¶ Et p̄pucio carnis vr̄e. id eſt carnalis concupiſcentie qđ pertinet ad origīale quaſi aſtricti reatu maloꝝ actuū ⁊ peccati mortalis hoc faciens xp̄s conuiuificauit ⁊c. Ephe. 2. Cum eſſetis mortui delictis ⁊ peccatis veſtris ⁊c. Et hoc remouēs a vobis omne peccatum condonans ⁊ remittens vobis oīa delicta. Idem eſt igitur circūcidi ⁊ cōuiuificari. ⁊ hoc in baptiſmo per remediū mortis peccati. ⁊ cum circūcidimur per remotionē peccati originalis. Sed quomodo cōdonauit? Reſpōdeo dicēdum eſt ꝙ homo peccādo duo incurrit ſcilicet reatū culpe. ⁊ ſeruitutē dyaboli Et ideo dicit quō ſunt peccata condonata. Primo quantum ad remotionē ſeruitutis dyabolice. Secundo ponit ablatiōez reatus culpe ibi Expoliās ⁊c. ¶ Dicit ḡ delens ⁊c. Qđ decretum dupliciter poteſt ītelligi. Uno modo lex vetꝰ Ephe. 2. Legē mandatorum decretis euacuans ⁊c. Et ſic loquitur hic ad iudeos. Quaſi dicat. Et vos cōuiuificauit. Cyrographuz eſt ſcriptura manualis ⁊ ꝓprie fit pro cautione contractuū. Quicunq̄ frangit decretū dei efficitur reus culpe Et hic reatus conſiſtit ⁊ in memoria hominis inde perturbata ⁊ maculata in memoriā dei iudicaturi ⁊ demonū qui cruciaturi ſunt. Hoc ergo remanens memoria vocatur cyrographū. xp̄s ergo qui cōdonauit omnia: ⁊ hoc delens cyrographuz id eſt memoriā tranſgreſſionis. quod cyrogrbphum vel decretū erat aduerſus nos. quia vtrūq̄ erat contra nos. Lex quidez. q̄a faciebat cognitionē peccati ⁊ non iuuabat. Cyrographū autē. quia memoria tranſgreſſionis ad puniendum erat. Et dicit decreti. quia non remittit vt facias ꝙ nō peccaueris. ſed quia non eſt in memoria dei ad puniendū. nec in demonis memoria ad accuſandum: nec in te ad contriſtandum. pſ. Beati quorum tecta ſunt peccata ⁊c. Uel cōmuniter loquitur non ſoluz ad iudeos ſed ad omnes. Unum decretū factū eſt primo homini. Gen̄. 2. Ex omni ligno paradiſi comede: de ligno autē ſcientie boni ⁊ mali ne comedas. In quacūq̄ die comederis morte morieris ⁊c. Sed huiuſmodi decretum eſt homo tranſgreſſus ⁊ hoc in memoria eſt cyrographum contrariuz nobis qđ xp̄s deleuit. Et quō? In cruce quando tulit ip̄m de medio ⁊c. Conſuetudo em̄ erat ꝙ ſoluens omnia ad que q̄s tenebat̄ ſcindebat̄ cyrographū. Homo autē erat in peccato. ſed xp̄s ſoluit pro nobis patiendo. pſ. Que nō rapui tunc exoluebā. Et ideo ſimul cum morte xp̄i hoc cyrographū eſt deſtructuz. Et ideo dicit. Tulit de medio id eſt ſuſtulit de reꝝ natura. ⁊ hoc affigens cruci per quā ſatiſfaciens deo: tulit peccatū noſtrū. ¶ Deinde cū dicit Expolians ⁊c. Oſtendit quō liberauit a ſeruitute peccati. Detur em̄ ꝙ vſurarius ꝓpter cautionē teneat hominem captū. Non ſufficeret deſtructio cautionis: niſi liberaret̄. Sic ⁊ xp̄s. Et ideo dicit. Expolians ⁊c. Hec expoliatio refertur ad ſanctos mortuos ante paſſionem xp̄i. ⁊ ſic xp̄s eos de inferno expoliādo liberauit. Zach. 9. Tu vero in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu in quo non erat aqua ⁊c. Eſa. 49. Equidez ⁊ captiuitas a forti tolletur. ⁊ quod ablatū fuerit a robuſto ſaluabitur. Uel de viuis. ⁊ ſic expoliauit eos a demonibus Luce. 11. Si aūt fortior illo ſupueniens vicerit eum vniuerſa arma eius aufert in quibus cōfidebat: ⁊ ſpolia eiꝰ diſtribuet. Ioh. 12. Princeps huius mūdi eijciet̄ foras ⁊c. Dicit ergo expolians principatus ⁊ poteſtates. id eſt ipſos demones. Ephe. vlti. Aduerſus principes ⁊ poteſtates: aduerſus mundi rectores tenebrarum harum ⁊c. ¶ Traduxit ipſos ſanctos ꝯfident̄ tanq̄ auctoritatē habens in in celū q̄tum ad mortuos ⁊ viuos in regnū glorie ſue. Uel traduxit id eſt extra duxit. id eſt expulit principatus ex homine. Eſa. 51. Induere fortitudinē brachium domini ⁊c. ¶ Palaz id eſt euidenti iudicio q̄ cognoſcatur ꝙ traducti ſunt. Olim enim totus mundus ſeruiuit idolis nunc non. Uel palā coram multitudine angelorum. tum quia deſcendit ad infernū ſanctorū: tuz quia aſcendit in celū. Et hoc in ſemetipſo id eſt in ſua virtute Phil. 3. Scđm oꝑationem qua poſſit etiā ſubijcere ſibi omnia. Alia littera ſic habet. Et exuens ſe carne principatus ⁊ poteſtates exēplauit fiducialiter triūphans. Et exponitur ſic. Exuens ſe carne. id eſt mortalitate. 1. coꝛ. 15. Caro ⁊ ſanguis regnū dei nō poſſidebunt. id eſt mortalitas carnalis corruptionis. Ro. 6. Xp̄s reſurgens ex mortuis iam nō moritur mors illi vltra nō dominabitur ⁊c. 2. coꝛ. 5. Et ſi cognouimus ſm̄ carnē xp̄m: ſed nunc iam nō nouimus. Expēlauit. i. in ſe exēplū prebuit quomodo ſunt vincendi. Reliqua non mutant̄.

## Lectio quarta.

Nemo ergo vos iudicet in cibo aut in potu aut in parte diei feſti aut neomenie aut ſabbatoꝝ que ſūt vmbra futuroꝝ. corpus autē xp̄i. Nemo vos ſeducat volens in humilitate ⁊ religiōe angeloꝝ que non vidit ambulās fruſtra inflatꝰ ſenſu carnis ſue ⁊ non tenens caput ex quo totum corpus per nexus ⁊ coniūctiones ſiue miniſtratū ⁊ conſtructū creſcit in augmētū dei Si ergo mortui eſtis cum chriſto ab elementis huius mundi quid adhuc tanq̄ viuentes mūdo decernitis? Ne tetigeritis. neq̄ guſtaueritis. neq̄ contrectaueritis q̄ ſunt omnia in interitu ipſo vſu ſcđm precepta ⁊ doctrinas hominū que ſunt rationē quidez habentia ſapientie in ſuperſtitione ⁊ humilitate ⁊ non ad ꝑcēdū corpori nō in honore aliquo ad ſaturitatē carnis.

Supra oſtendit legalia eſſe impleta in chriſto propt̄ circūciſionē in eo impletā que eſt legaliū profeſſio: hic concludit eos nō obligari ad legalia precepta cerimonialia. Cerimonialia vero erant quatuor ſcilicz ſacrificia. ſacra ſacramenta ⁊ obſeruantie. Sacrificia īmolabantur deo vt oues vituli ⁊ huiuſmodi. Sacra erant ſicut vaſa ⁊ ſolennia tempora. Sacramenta erant tria. ſcilicet circūciſio. agnus paſchalis. ⁊ conſecratio ſacerdotū. Obſeruātie autē erant ea que pertinebant ad ſingularē conuerſationē populi iſrl̄. vt cibi. veſtes ⁊ huiuſmodi. Quedam vero predictoꝝ ꝑtinebāt ad quoſdaz. vt ſacrificia vaſa ⁊ alia huiuſmodi. q̄dā ad oēs. De primis aūt nō facit mentionē. ſed de tangētibus totū populū ſicut nūc baptiſmꝰ. Facit aūt mentionē de obſeruantijs. qꝛ abſtinebāt a certis cibis. Leū. 11. vt de q̄drupedibꝰ ab his q̄ vngulā nō diuidūt. In potu etiā vas qđ nō haberet oꝑculū īmūduz erat. ⁊ q̄cq̄d in eo erat. Et iđo q̄tuz ad hoc dicit. Nemo

vos iudicet id ē cōdēnabiles putet in h oc qđ vtimini ci-
bis vł potibꝰ ꝓhibitis in lege Ro.14. Qui nō mādūcat
mādūcātē nō iudicet ⁊c. Itē facit mētiōe; de ſacris ad tē
poꝝ ſolennitatē ꝑtinentibꝰ. In veteri aūt lege erat ſolē
nitas iugis. vt ſacrificiū veſpertinū ⁊ matutinū. quedam
autē q̄ certis tēporibꝰ fiebāt. Et hoꝝ quedā fiebant plu-
ries in anno. quedā ſemel tm̄. ſicut paſcha. ſcenophegia
⁊ penthecoſten. ſed ſabbatū ⁊ neomenia pluries. qꝛ iſtđ
qualibꝫ ebdomada. illud ſemel in mēſe. Et huiꝰ rō erat
quia oīa feſta tendūt ad honorē dei. Impēdimꝰ autē;
deo honorē. vł ꝓpter aliqđ eternū: ⁊ ſic eſt iuge ſacrifici
um. vł ꝓpter aliqđ tēporale. ⁊ hoc q̄tum ad totū homi-
nū ſtatū. ⁊ ſic ſunt duo ſcꝫ creatiōis bn̄ficiū ⁊ ſic eſt ſabba
tum. Exod. 20. Memento vt diē ſabbati ſanctifices. Et
ratio ponit̄ ibi. qꝛ ſeptimo die requieuit. Et ratio allego
rica ē. qꝛ ſignificat quietē xp̄i in ſepulchro. Et anagogi-
ce quietē anime in deo. Itē bn̄ficiū ꝓpagatiōis ⁊ ꝯſerua-
tiōis qđ fit ꝑ tēpus. Et qꝛ iudei obſuabāt tēpora a luna
ideo dicit: Feſtū neomenie. id eſt noue lune. Sunt etiā;
alie cauſe ſcilicet liberationis ſpecialis. ⁊ ſic ſuperaddite
ſunt alie ſolennitates. ⁊ ideo dicit: In ꝑte diei feſti. aut
neomenie q̄ fit quolibet menſe. Leuit̄. 3. aut ſabbatoꝝ
ꝓ qualibet ſeptimana. Et dicit ſabbatoꝝ. quia ſabbatū
eſt requies. ⁊ iſti habebāt plura ſabbata. qꝛ ſeptimū die;
⁊ ſeptem ſeptimanas ſcꝫ pēthecoſten. que in ſeptima ſe-
ptimana eſt a paſcha: que eſt principiū anni. ⁊ ſeptimum
menſem ⁊ ſeptimū annum in quo fit remiſſio debitorum
Itē ſeptima ſeptimana annoꝝ ſcilicet in iubileo. Et ideo
dicit Sabbatoꝝ. Quaſi dicat. Nullus vos condemnet
quia hec non obſeruatis. Et hoc ideo. qꝛ ſunt vmbre fu-
turoꝝ ſcꝫ xp̄i. Et ideo veniēte vitate debet ceſſare vm-
bra. Corpus autē xp̄i. i. corpꝰ ꝑtinēs ad xp̄m. qn̄ qs vi-
det vmbrā ſperat q̄ corpꝰ ſequat̄. Legalia autē ſunt vm
bra p̄cedēs xp̄m ⁊ eū figurabāt vētuꝝ. Et ideo dic̄. Cor-
pus. i. veritas rei pertinet ad xp̄m: ſed vmbra ad legē.
¶ Deinde cū dicit Nemo vos ſeducat ⁊c. Loquit̄ cōtra
ſeductores ⁊ deceptores. Et p̄mo monet vt nō decipian
tur. Secūdo arguit deceptos ibi. Signo mortui ⁊c. Itē
primo reddit cautos a ſeductiōe. Secūdo oſtendit ꝑ q̄d
ſeducant̄ ibi. Volens in humilitate ⁊c. Tertio in q̄ defi
ciat ibi. Que nō vidit ⁊c. Dicit ergo. Nemo vos ſedu-
cat ſcꝫ a veritate quā; dixi. Ephe. 5. Nemo vos ſeducat
inanibus verbis ⁊c. Seducūt em̄ in humilitate iſti pſeu
do introducētes legalia. qꝛ vtebant̄ ſimulata ſanctitate.
Sanctitas aūt in duobus cōſiſtit ſcꝫ in humana cōuerſa
tione ⁊ cultura dei. Iſti autē oſtendebāt humilē cōuerſa
tionē vidētes nō curare de rebꝰ mūdi. Et ideo dicit: In
humilitate Eccł. 19. Eſt q̄ nequit̄ ſe humiliat ⁊ interio-
ra eius plena ſunt dolo. Itē dicebant ſe p̄dicare ad reue
rentiā dei. Et dicit. Et religione angeloꝝ. Religio enī;
eſt ſm̄ tulliū q̄ cuidā nature quā diuinā vocāt cultū ⁊ ce-
rimoniā affert. 2. thi. 3. Habētes quidē ſpeciē pietatis:
virtutē autē eius abnegātes. Et ſm̄ glo. legit̄ ſic. In re-
ligione ⁊c. Quia ꝑ hoc intēdunt q̄ videant̄ eſſe angeli
id eſt nuncij dei. Mat. 7. Attendite a falſis ꝓphetis ⁊c.
Vł in religiōe angeloꝝ ad lr̄am. qꝛ vetꝰ lex eſt tradita ꝑ
āgelos in manu mediatoris. vt dicit̄ Gal. 3. Heb. 2. Si
enī; qui per angelos dictus eſt ſmo factus eſt firmꝰ ⁊c.
Et iſti dicebant cultū legis obſeruādum. qꝛ tradita erat
ꝑ angelos. Sed tamen triplex eſt eoꝝ defectus ſcꝫ ſcien
tie iuſticie ⁊ fidei. Et q̄tum ad p̄mum dicit Volens que
non vidit. id eſt intellexit ꝑſuadere. ⁊ ſemꝑ repetas. Ne
mo vos ſeducat. Iſti enim neſciebant quo fine data eſ-
ſet lex. 1. thi. 1. Volentes eſſe legis doctores non intelli-
gentes neq̄ que loquunt̄: neq̄ de quibꝰ affirmāt. Quā-
tum ad ſecundū dicit. Ambulans fruſtra īflatꝰ. Licet ſic
humilitatē pretendāt. Et ponit duo. ſcꝫ q̄ religio eoꝝ
ſit inutilis. qꝛ ambulant fruſtra ſcꝫ operātes oꝑa que nō
ꝓſunt ad vitā eternā. Sap̄. 3. Inutilia ſunt opera eoꝝ
Job. 39. Fruſtra laborauit nullo timore cogente. Itē p̄-
tendunt falſam humilitatē. Unde dicit. Inflatꝰ ⁊c. Dif
ferētia eſt int̄ inflatum ⁊ pinguē. quia pingues veritatis
ſunt pleni. inflati vero vacui ſed vento extenſi. Qui er-
go vere ſunt humiles. ſunt pleni. ſed qui apparēt tm̄ in-
flati. Sap̄. 4. Dirumpe illos īflatos ſine voce. Hoc ſen-
ſu intelligit̄ illud. Sciētia inflat. 1. coꝛ. 8. Hec ſapiētia
eſt grauis. ſcꝫ qꝛ īflat nō que eſt ex deo. Mat. 16. Caro ⁊
ſanguis nō reuelauit tibi ⁊c. ¶ Quātum ad tertium dic̄
Non tenēs caput. ſcꝫ xp̄m ꝑ fidē. Et talis decipit̄. qꝛ ſi-
ne xp̄o eſt in tenebris. 1. thi. 6. Si q̄s non acq̄eſcit ſanis
verbis ⁊c. Sed quare ē caput? Rn̄det dicēs: Quia ab
eo dependet totum bonum corꝑis ſcꝫ eccłie. In corpore
em̄ naturali ſunt duo bona. ſcꝫ cōpactio membroꝝ ⁊ au-
gmentum corꝑis. Et hoc habet eccłia a xp̄o. Ex eo enim
dependet totum corpus. Ro. 12. Multi vnum corpꝰ ſu-
mus in xp̄o ⁊c. Et ideo dicit Cōnexum. In corpore enī;
eſt duplex cōiunctio mēbroꝝ. ſcꝫ ſcđm cōtactum. qꝛ ma-
nus eſt coniuncta vlne. hec pectori ⁊ ſic de alijs. Alia ē
cōnexio ſeu cōiunctio neruoꝝ. Et ideo dicit Coniunctū
⁊ cōnexum. Sic in eccleſia eſt cōiunctio per fidē ⁊ ſciēti
am. Ephe. 4. Unus dn̄s vna fides. vnū; baptiſma. Sꝫ
hoc nō ſufficit: niſi ſit cōnexus charitatis ⁊ cōnexio ſacra
mentoꝝ. ⁊ ideo ſubdit. Subminiſtratū ꝑ nexꝰ. qꝛ ꝑ cha-
ritatē vnus ſubminiſtrat alteri. Auget̄ etiā ꝑ xp̄m. quia
creſcit ſcꝫ corpꝰ cōiunctum ſic in augmentū; dei. i. quod
deus facit in nobis. pſ. Beatꝰ vir cuius eſt auxiliū; abs
te aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit ⁊c. Uel dei id ē xp̄i
qui deus corpus auget dum auget̄ eccłia. Ephe. 4. Ad
cōſummationē ſanctoꝝ in opus miniſterij in edificatiō;
corꝑis xp̄i ⁊c. ¶ Deinde cū; dic̄. Si ḡ mortui ⁊c. Argu
it iā deceptos. Et p̄mo ponit rōe; redargutiōis ex cōdi
tiōe deceptoꝝ. Secundo ex ꝯditiōe eoꝝ in q̄bꝰ decipie-
bant̄ ibi. Que omnia ſunt ⁊c. Cōditio eoꝝ erat libertas
qꝛ ſicut erāt mortui peccato: ita et legi. Unde ſeruare eā
nō debebāt. Dicit ḡ. Si mortui eſtis cū; xp̄o mortuo le-
gi ab elementis mundi id eſt a legalibꝰ obſeruantijs. q̄a
iudei ſeruiebāt deo vero: tamē ſub elemētis. ſed gētiles
ſub ipſis elementis. q̄d adhuc veritate cognita tanq̄ in
hoc mundo vt iudei decernitis tāgēda et comedēda ſci-
licet dicēs: Ne tetigeritis hoc qꝛ peccatum eſt: neq̄ gu-
ſtaueritis de porco et anguilla. Leuit̄. 11. ¶ Deinde cū;
dicit. Que oīa ⁊c. Oſtendit qualia ſunt ex ꝑte legali
um dicēs q̄ ſunt noxia et vana et grauia. Un̄ dic̄. Que
omnia ſunt in interitum: qꝛ mortifera poſt paſſionē chri-
ſti ponētibus ſpem in eis. ſed poſt tēpus gratie diuulga
te ſimpliciter oīibus ſunt mortifera. Qđ dico ꝓpt̄ opini
onē hieronimi ⁊ augꝰ. que ſupra ad Gal. 2. cap̄. ponit̄.
Ad interitū ḡ ⁊ in mortē ꝑducētia ſunt. Et ſi dicat̄ qua-
re ḡ legimus vetus teſtamentū? dic q̄ legimus ad teſti-
moniū non ad vſum. Et ideo dicit: Sunt in interitū ipſo
vſu. id eſt non ad teſtimoniū ſꝫ ad vſum Itē ſunt vana q̄
nō innitunt̄ rōi nec auctoritati: ſed hec nō innitunt̄ au-
ctoritati diuine ſꝫ humane. Un̄ dicit ſm̄ p̄cepta. Sꝫ nū-
quid nō ſunt p̄cepta a deo? Reſpōdeo ſic quouſq̄ veni-
ret veritas. Matth. 15. Irritū; feciſtis mandatū dei pro
pter traditiones veſtras. Itē; non innitūtur rationi: q̄a
ſunt habentia rationē ſapientie in ſuꝑſticiōe. Quaſi di-
cat. Non habet rationē que inducat: niſi ad ſuperſtitiō;
id eſt ad religionem ſupra modū ⁊ extra tempus ipſoꝝ
obſeruatum. Et in humilitate ſcilicet ſimulata tm̄ ſcđm
delectione;. quia q̄ liberatur per chriſtum a ſeruitute le-
gis non debet ſe ſupponere ſeruituti. Gał. 5. Nolite ite-

rum ſub iugo ſeruitutis contineri ⁊c. Seruant̄ tñ aliq̄ q̄
⁊ ſi nō auctoritate diuina tñ humana rōe ſunt vtilia. ſed
hoc deficit hic. Sunt em̄ grauia hec ſm ſe conſiderata.
Tria aūt deſideramus ſcꝫ quietē honorē ⁊ ſufficientiam
que hec legalia non habēt. Subtractio em̄ ciboꝝ cōtra⸗
ria eſt ſaturitati. Inducunt etiā laborē propt̄ obſeruāti⸗
as multiplices. Nec ſunt ad honorē ſed ad confuſionem
mītā. vt illa aſperſio cineris ⁊ huiuſmodi. Act. 15. Hoc
eſt onꝰ quod neqꝫ patres noſtri neqꝫ nos portare potui⸗
mus ⁊c. Ad non pcendū corpori id eſt eccl'ie nō ad hono
rem dei: ſed ad ſaturitatē carnis. id eſt ad implendū car⸗
nalem affectum.

## Capitulū tertiū.

i Gitur ſi conſurrexiſtis cū xp̄o: q̄
ſurſum ſunt querite vbi xp̄s ē in
dextera dei ſedēs. que ſurſū ſunt
ſapite nō que ſunt ſuper terram
Mortui em̄ eſtis ⁊ vita veſtra abſcondita ē
cū xp̄o in deo. cū aūt xp̄s apparuerit vita ve
ſtra. tunc ⁊ vos apparebitis cū ip̄o ī gloria
Mortificate ergo mēbra vr̄a q̄ ſunt ſup ter
ram. fornicationē. īmundiciā. libidinē. con⸗
cupiſcentiā malā. ⁊ auariciā que eſt ſimula⸗
crorū ſeruitus propter que venit ira dei in
filios incredulitatis in quibus ambulaſtis
aliquando cum viueretis in illis.

Supra apoſtolꝰ monuit fideles cōtra ſeducētes: hic in
ſtruit eos contra peruerſitatē moꝝ. ⁊ pmo ppōit genera
lē doctrinā. Secūdo ſpecialē ibi. Mulieres ſubdite ⁊c.
Circa primū duo facit. qꝛ primo inſtruit eos de habēda
recta intētione finis. Secūdo de rectitudine hūane acti⸗
onis ibi. Mortificate ⁊c. Iteꝝ prima diuidit̄ in duas p⸗
tes. qꝛ primo ponit modū inſtructiōis. Secūdo aſſignat
rationē ibi. Mortui em̄ ⁊c. Circa primū primo ponit ſu⸗
ſceptū beneficiū. Secūdo ex hoc ꝯcludit inſtructiōis do⸗
cumentū ibi Que ſurſum ⁊c. Beneficiū eſt ꝙ ſurreximꝰ
cū xp̄o reſurgente. ſed hoc dupliciť. Uno modo per ſpeꝫ
corporalis reſurrectiōis. 1. coꝝ. 15. Si aūt xp̄s predicat̄
ꝙ reſurrexit a mortuis. quō quidā dicunt in vobis quo⸗
niā reſurrectio mortuoꝝ nō eſt. Itē cū eo reſurgente re⸗
paramur ad vitā iuſticie. Ro. 4. Traditꝰ eſt ppt̄ deli⸗
cta noſtra. ⁊ reſurrexit propt̄ iuſtificationē noſtrā. Qua
ſi dicat. Si xp̄o reſurgente ⁊ vos reſurrexiſtis. 2. coꝝ. 4
Qui ſuſcitauit dn̄m ieſum ⁊ nos cum ieſu ſuſcitabit ⁊c.
¶ Deinde cū dicit. Que ſurſum ⁊c. Concludit documē
tum debitū fini. ⁊ primo p cōparationē ad finē ⁊ vt fineꝫ
principaliter aliq̄s intēdat. Secūdo vt ſm finē de aliis
iudicet. Dicit ergo Si conſurrexiſtis cū xp̄o que ſurſum
ſunt querite. Mat. 6. Primū querite regnū dei ⁊ iuſtici
am eius ⁊c. Hic em̄ eſt finis. ps̄. Unā petii a domio ⁊c.
Et ideo hoc q̄rite vbi xp̄s ſedet in dextera. Mar. vl. Do
minꝰ quidē ih̄s poſtq̄ locutus eſt eis aſſumptꝰ eſt in ce⸗
luꝫ ⁊ ſedet a dextris dei ⁊c. ps̄. Sede a dextris meis ⁊c.
Et intelligēda eſt dextera nō pars aliqua corporalis ſed
ſimilitudiaria. Dextera em̄ eſt potior pars homis. xp̄s
ergo ſedet ad dexterā. qꝛ ſm ꝙ homo in potioribꝰ bonis
patris eſt: ſed ſm ꝙ deus in equalitate eius eſt. Et ſic ſit
ordo in vobis. vt quia xp̄s eſt mortuus ⁊ ſurrexit. ⁊ ſic ē
aſſumptus a dextris dei: ita ⁊ vos moriamini peccato.
vt poſtea viuatis vita iuſticie. ⁊ ſic aſſumamini ad gl'iaꝫ
Uel nos reſurreximꝰ per xp̄m ip̄e aūt ibi ſedet. ergo de⸗
ſiderium nr̄m debet eſſe ad ip̄m. Mat. 24. Ubi fuerit

corpus ibi cōgregabunt̄ ⁊ aquile ⁊c. Mat. 6. Ubi ē the⸗
ſaurus tuus ibi eſt ⁊ cor tuū ⁊c. Itē debemꝰ iudicare de
aliis ſm ip̄m. Et ideo dicit. Que ſurſum ſunt ſapite ⁊c.
Aſtruit vnū ⁊ aliud negat. Sapit autēꝫ que ſurſum ſunt
qui ſm ſupnas rationes ordinat vitā ſuā ⁊ de omnibꝰ iu⸗
dicat ſꝫ eā. Iac. 3. Hec eſt ſapiētia deſurſum deſcēdens
Sapit aūt que ſunt ſuper terrā q̄ ſm terrena bona oīa
ordinat ⁊ iudicat. iudicans ea ſumma bona Phil. 3. Et
gloria in cōfuſione eoꝝ qui terrena ſapiunt ⁊c. ¶ Dein⸗
de cū dicit. Mortui em̄ ⁊c. Ponit̄ ratio monitionis. Et
primo cōmemorat quandā mortē. Secūdo innuit occul⸗
tationē cuiuſdā vite ibi. Et vita ⁊c. Tertio docet huius
vite manifeſtationē ibi. Cū aūt xp̄s ⁊c. Prius em̄ vnuꝫ
phibuit ⁊ aliud aſtruxit. ⁊ nunc ad hec duo redit. Pri⸗
mo ſic. Non ſapite que ſunt terrena: quia mortui eſtꝭ ter⸗
rene conuerſationi. Mortuus em̄ huic vite non ſapit ea
que ſunt huius mundi. ita ⁊ vos ſi mortui eſtis elemētis
huius mundi. Ro. 6. Exiſtimate vos mortuos eſſe qui⸗
dem peccato: viuentes aūt deo ⁊c. Eſa. 26. Morientes
non viuant. gigantes non reſurgāt ⁊c. Cū aūt dixit. Exi
ſtimate ⁊c. Subdit Uiuentes. Et ideo alia vita eſt occl'⸗
ta. vnde etiā hic dicit. Et vita veſtra ⁊c. Et hanc vitā ac
quirimus nobis per xp̄m. 1. Pe. 3. Chriſtus p pctīs no
ſtris mortuꝰ eſt. iuſtus p iniuſtis ⁊c. Quia vero hec vi⸗
ta eſt p xp̄m. xp̄s aūt eſt occultus a nobis. qꝛ eſt in gloria
dei patris. Et ſimiliť vita que per eū nobis dat̄ eſt in oc⸗
culto vbi ſcilicet xp̄s eſt in gloria dei patris. prouerb. 3.
Longitudo dieꝝ in dextera eius: ⁊ in ſiniſtra eiꝰ diuitie
⁊ gloria. ps̄. Quā magna m'titu do dulcedinis tue: quā
abſcondiſti timētibus te ⁊c. Apoc. 2. Uincēti dabo mā⸗
na abſconditū ⁊c. Ideo cū dicit. Cū aūt xp̄s ⁊c. Oſtēdit
quō manifeſtat̄ ſcilicet ſicut ⁊ xp̄s quia dicit̄ in ps̄. Deꝰ
manifeſte veniet. Et ideo dicit. Cū autē apparuerit xp̄s
vita vr̄a. quia ipſe eſt actor vite veſtre. et quia in amore
eius et cognitione conſiſtit vita veſtra. Gal. 2. Uiuo ego
iam nō ego: viuit vero in me xp̄s ⁊c. Tunc vos appare⸗
bitis. 1. Ioh. 3. Cum apparuerit ſimiles ei erimꝰ ſcilicꝫ in
gloria Abac. 3. Ab auſtro veniet et ſanctꝰ de mōte pha⸗
ran ⁊c. ¶ Deinde cū dicit Mortificate ḡ ⁊c. Ordinat hu
manā actionē. Primo per cohibitionē peccatoꝝ. Secū⸗
do per inſtructionē bonoꝝ moꝝ ibi Induite vos ⁊c. Cir
ca primū duo facit. quia primo pmittit monitionē. Se⸗
cundo eius rationē exponit ibi. Expoliantes vos ⁊c. Ite
rum prima in duas. quia primo prohibet vitia carnalia.
Secundo rationē aſſignat ibi. Propter q̄ ⁊c. Circa pri⸗
mum duo facit. quia primo ponit generalē phibitioneꝫ.
Secūdo explicat in ſpeciali ibi Que ſunt ⁊c. Dicit ḡ nō
debetꝭ ſapere que ſunt ſup terrā: ſed mortificate quicq̄d
terrenū et ſpecialiter mēbra que ſunt ⁊c. Quod pōt ex⸗
poni ſimilitudinarie. quia conuerſatio noſtra eſt cōtinēs
multos actus: ſicut corpus multa mēbra. et in cōuerſati
one bona prudentia eſt ſicut oculus dirigens. fortitudo
aūt ſicut pes portās. In mala vero aſtutia ſicut oculꝰ. p⸗
tinacia vero ſic pes. Hec ḡ mēbra ſunt mortificāda. Uel
aliter de mēbris corporis carnalibus dixit. Mortui eſtꝭ
⁊c. ſcilicet terrene conuerſationi. Quō? Et reſpōdēs di⸗
cit. Mortificate ⁊c. Intantū ergo morimur culpe: inq̄⸗
tum viuificamur per gratiā. Uita em̄ gratie reparat nos
q̄tum ad mēbra nō totaliter q̄tum ad corpus ppter fo⸗
mitē Ro. 7. Ego ipſe mente ſeruio legi dei. carne autem
legi peccati Et paulo ante Uideo aliā legē in membris
meis repugnantē legi mentis mee ⁊c. Qui ergo mortui
eſtis q̄tum ad mentē mortificate concupiſcentiaꝫ in mē
bris q̄ ſūt ſup t̄rā inq̄tū ſūt ſup t̄rā ⁊ t̄rena corpa. 1. cor.
6. Caſtigo corpꝰ meū ⁊ in ſeruitutē redigo ⁊c. id ē nō p⸗
mittendo ei ſe pertrahi ad carnalia. Et ideo ponit pecca

ta in ſpeciali. Et primo pure carnalia. Secundo media ibi. Et auariciā ⁊c. Inter carnalia maxime concupiſcentia inclinat ad luxuriā vbi eſt actꝰ turpis. Et hoc vl' ſm naturā animalis non ratiōis. quia om̄e peccatū eſt contrariū rationi. Et ideo dicit Fornicationē. Tob. 4. Attende tibi ab omni fornicatione ⁊c. Vel contra naturam et ſic dicit: Immundiciā. Itē delectatio eſt īmunda. Unde dicit libidinē. Itē concupiſcentia praua. Unde dicit. Concupiſcentiā malā. Item ponit peccata media. Et primo auariciā cuius obiectū eſt corporale ſcilicet peccunia ⁊ complet in delectatione ſpirituali ſcilicet dominio talium. Et ideo cōmunicat cū carnalibꝰ peccatis Et ſubdit. Que eſt idolorū ſeruitus Ephe. 5. Aut auarus. quod ē idoloꝝ ſeruitus. Sed nūquid auaricia ex ſuo genere eſt ſpecies idolatrie. ⁊ auarꝰ peccat tanq̃ idolatra? Reſpondeo dicendū eſt. Non ſm ſpeciē ſed ſm ſimilitudinē. q̇a auarus ponit vitā ſuam in pecunia. Idolatra eſt qñ q̇s exhibet alicui ymagini honorē debitū deo. Auarus aūt honorē debitū deo exhibet pecunie. qꝛ tota ſua vita circa hoc eſt. Quia vero auarus nō intēdit circa pecuniam ſe habere vt ad deum ſicut idolatra ideo eſt minꝰ peccatum. ¶ Deinde cum dicit Propter que venit ⁊c. Oſtēdit rationē quare vitāda ſunt hec peccata. Et eſt duplex Una que mouet omnes. ⁊ alia que ſpecialiter iſtos Prima eſt vindicta dei. quia propter carnalia venit ira id ē vindicta dei in filios diffidentie. id eſt peccatores q̄ diffidunt de deo. quia luxuria eſt filia deſperationis. qꝛ multi ex deſperatione ſpiritualiū dant ſe totaliter carnalibꝰ. Vel diffidentie. quia quantū eſt de ſe non eſt confidendū vt corrigantur. et ideo venit ira dei ſicut in Gen̄. 6. et. 7 de ſodomitis et in diluuio. 18. et. 19. Alia ratio eſt. qꝛ illi aliquando fuerunt tales Unde dicit. In quibꝰ ⁊ vos ambulaſtis aliquando ſcilicet de malo in peius. Et ponit hanc rationē propter duo ſcilicet et propter quod petrus dicit. 1. Pet. 4. Sufficit preteritū tempus ad voluntatē gentiū conſumandā qui ambulauerunt in luxurijs ⁊c. Vel qꝛ experti eſtis ꝙ in eis non eſt vtilitas ſed confuſio. Ro. 6. Quem ergo fructū habuiſtis tunc in ill' in quibus nnnc erubeſcitis?

## Lectio ſecunda:

Unc autē depōite ⁊ vos om̄ia. irā. indignationē. maliciā. blaſphemiā turpē ſermonē de ore veſtro. Nolite mentiri inuicē: expoliātes vos veterem hominē cū actibus ſuis. ⁊ induētes nouum eū qui renouat in agnitionē dei ſcd̄m imaginē eius qui creauit eū: vbi nō eſt gentilis ⁊ iudeus. circūciſio ⁊ prepuciū. barbarus ⁊ ſcitha. ſeruus ⁊ liber. ſed omnia ⁊ in omnibus chriſtus.

Supra apoſtolus monuit fideles contra vitia carnalia: hic monet eos contra vitia ſpiritualia. Et prīo pōit vniuerſalem ammonitionē. Secundo per partes diſtinguit Dicit ergo aliquando ambulaſtis in illis: ſed nūc deponite omnia non ſolū carnalia ſed omnia. 1. Pe. 2. Deponentes omnē maliciā ⁊ omnē dolū et ſimlationes: et inuidias: et detractiones ⁊c. Diſtinguit aūt vitia ſpiritualia in duo. Primo in peccatum cordis. Secūdo oris ibi. Blaſphemie ⁊c. Et primo ponit irā. Ira em̄ viri iuſticiam dei non operatur. et hec eſt deponenda. Secūdo indignationē que oritur ex ira. que eſt quando quis reputat aliquem indignū eoꝝ que habet vel vt cōparet alij. Eſa. 27. Indignatio non eſt mihi. Maliciam que conſequitur ad hec duo ſcilicet quando quis molitur malū proximo inferre Jac. 1. Abijcientes omnem īmundiciā ⁊ abundantiā malicie in manſuetudine ⁊c. ¶ Deind̄ ponit peccata pertinētia ad peccatū oris. Et ſunt tria genera peccatoꝝ oris. Per hoc em̄ peccatū deſignat inordinatio mentis. Et primo in cōparatione ad deū. ⁊ hec ē blaſphemia. Leū. 24. Educ blaſphemū extra caſtra. et ponant omnes qui audierunt manus ſuas ſuper caput eius ⁊ lapidet eum populꝰ vniuerſus ⁊c. Et ſic quecūq̧ blaſphemia eſt peccatū mortale. Sed quid ſi fit ſubito? Reſpōdeo dicēdū eſt ꝙ ſi fit ſubito ita ꝙ nō percipit ſe blaſphemare. non peccat mortaliter. Sed credo ꝙ q̄tumcūq̧ ſubito. ſi tamē percipit ꝙ dicit verba blaſphemie peccat mortaliter. Secundo deſignat īordinationē circa cōcupiſcentiā dicens: Turpē ſermonē de ore veſtro Eph. 4. Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat ⁊c. Tertio inordinationem contra proximū et hoc eſt mendacium. prouer. 19. Qui loquitur mendatiū nō effugiet ¶ Deinde cū dicit Expoliantes ⁊c. Oſtendit rationem quare ſunt vitanda predicta vitia. quia ſcilicet depoſita vetuſtate debet indui nouitas. Mat. 9. Nemo mittit cōmiſſurā panni rudis in veſtimentū vetus ⁊c. Et prīo ponit depoſitionē vetuſtatis. Secundo aſſumptionē nouitatis ibi Et induentes ⁊c. Dicit ergo Deponite hoc expoliantes ⁊c. Nā hoc inueterat per peccatū Hebre. 8. Qd̄ aūt antiquat et ſeneſcit prope interitū eſt Et hec vetuſtas ꝓpinquat corruptioni. quia peccatū eſt via ad corruptionē. Itē per peccatū perditur virtus et decor ſpiritualis: que quidē vetuſtas eſt introducta per peccatum primi parentis Ro. 5. Sicut em̄ per vnū hominē peccatum in hūc mundū intrauit ⁊ per peccatū mors: ita ⁊ in omnes homines pertranſijt in quo omnes peccauerunt. Hunc ergo veterē hominem id eſt vetuſtatem peccati. Ro. 6. Uetus homo noſter ſimul crucifixus eſt vt deſtruatur corpus peccati. vt vltra non ſeruiamus peccato ⁊c. Exuite cū actibus ſuis. Ephe. 4. Deponite vos ſm priſtinā cōuerſationē veterē hominē qui corrumpit ſm deſideria erroris ⁊c. Nouus homo eſt animus interius renouatus. quia homo ante gratiā habet mentē interiorē peccato ſubiectā. Et quando reparat per gratiā habz nouitatē. pſ. Renouabitur vt aquile iuuētus tua ⁊c. Gal. vlti. In chriſto ieſu neq̧ circūciſio neq̧ prepuciū aliq̇d valet: ſed noua creatura ⁊c. Noua creatura eſt gratia innouans: ſed adhuc vetuſtas remanet in carne. Sed ſi ſequaris iudiciū noui hominis: tunc induis nouū hominē ſi vero cōcupiſcis ſm deſideria carnis induis vetuſtatē Ephe. 4. Induite nouum hominē qui ſm deū creatus ē in iuſticia et ſanctitate veritatis. ¶ Deinde dicit Et induentes ⁊c. Deſcribit nouū hominē Et primo oſtēdit renouationis modū. Secundo vbi renouetur. Tertio ſm quid renouatur Oſtendit ergo ꝙ interior homo vetꝰ ꝑ ignorantiā dei renouat per fidem et agnitionē dei. 2. corinthioꝝ. 3. In eandē ymaginē transformamur a claritate in claritatē tanq̃ a dn̄i ſpiritu Sed vbi eſt hec renouatio? Ibi ſcilicet vbi eſt ymago dei que non eſt in potētiis ſenſitiue partis ſed in mente Unde dicit ſm imaginē id ē ipſa dei imago que eſt in nobis renouatur et hoc ſm ymaginē eius ſcilicet dei qui creauit eum Dicitur autē nouus creatus. quia anima rationalis non eſt ex traduce ſed a deo creata. ¶ Deinde cū dicit Ubi nō eſt ⁊c. Oſtēdit hanc innouationē eſſe omnibus communē: al's nō ꝑtineret ad hominem inquantum homo. Et hoc qꝛ facta eſt ſm aliquid quod conuenit omnibꝰ. Quintuplex autem hic cadit diſtinctio inter homines. Una ſm ſexum corporeum: ⁊ hāc excludit dicens: Ubi nō eſt maſculus

et femina.quia non differunt mente ſed ſm ſexum corporeum.Secundo ꝑ nationes. ⁊ hanc excludit ibi Gentil' ⁊ iudeus.Iſti eñ ex fidelibus.illi ex infidelibus.⁊ tamē vterqꝫ mente rationales.Ro.3.An iudeoꝝ deus tm̄? Nonne ⁊ gentiū?Immo ⁊ gentiū. Tertia ſm ritū certū ⁊ propriū.qꝛ quidā legis ꝓfeſſionē.⁊ quidā ritū eundeꝫ non habebāt Ro.10. Idē dn̄s omnium ꝛc.Alia ſm linguam ibi Barbarus ⁊ ſcitha. Scithia eſt verſus ſeptentrionē.barbarietas aūt extraneitatē dicit.Unde barbari quaſi extranei.Et ſimpliciť eſt barbarꝰ qui extraneus eſt ab homine inq̄tum homo.⁊ hoc eſt inq̄tū rationalis ⁊ ideo illi barbari ſunt qui nō reguntť rōe ⁊ legibꝰ. ⁊ idō barbari naturaliť ſunt ſerui ⁊ in xp̄o non differunt. qꝛ ⁊ ſi ius ciuile non habēt.tamē legē habēt xp̄i.Alia ſm cōditiones.quia quidā ſerui quidā liberi.in xp̄o autē ſunt om̄es ſimiles Iob.3.Paruus ⁊ magnus ibi ſunt ꝛc.Ergo nō ſunt hee differētie in xp̄o.ſed eſt omnia in omnibꝰ xp̄s.Nō eñ eſt circūciſio niſi per xp̄m.⁊ libertas ꝑ xp̄m ſi non es liber:libertas tua eſt xp̄s.Si nō circūciſus circūciſio tua eſt xp̄s et ſic de alijs.Et in omnibus.qꝛ om̄ibus beneficia ſua dat.

## Lectio tertia.

i Nduite vos ergo ſicut electi dei ſācti ⁊ dilecti viſcera miſericordie benignitatem.humilitatē.modeſtiā.patientiā ſupportantes inuicē ⁊ donantes vobiſmetipſis ſi quis aduerſus aliquē habet querelā ſicut et dn̄s donauit vobis.ita ⁊ vos.Super omnia aūt hec charitatē habete quod eſt vinculū ꝑfectiōis:⁊ pax xp̄i exultet in cordibꝰ vr̄is in qua ⁊ vocati eſtis in vno corpore ⁊ grati eſtote. Verbū xp̄i habitet in vobis habūdanter in om̄i ſapiētia docētes ⁊ cōmonētes voſmetipſos in pſalmis ⁊ hymnis ⁊ canticis ſpiritualibꝰ:in gr̄a cantātes in cordibus vr̄is deo.Omne qḋcunqꝫ facitis in verbo aut in opere:omnia in nomine dn̄i noſtri ieſu chriſti gr̄as agētes deo et patri per ipſum.

Supra apoſtolus induxit fideles ad vitandū mala:h̄ inducit eos ad operandū bona.et p̄mo ad op̄a ꝑticulariū virtutū.Secūdo ad opera virtutū principaliū ꝑficientiū aīas ibi.Sup̄ omnia ꝛc.Et primo cōmemorat eoꝝ cōditionē.Secundo ſubdit virtutū cōnumerationē ibi Viſcera miſericordie ꝛc.Dicit ergo Si induiſtis nouū hominē debetis induere noui hominis ꝑtes ſcꝫ virtutes Ro.13.Abijciamus ergo opera tenebraꝝ:et induamur arma lucis ꝛc. Quibus induimur:quando quicq̇d exteriꝰ apparet eſt virtutibus ornatū.Sed quibus virtutibꝰ?Aliter induuntť milites:aliter ſacerdotes.Ergo induite vobis conueniētia veſtimenta.¶Electis et ſanctis.Et qḋ dicit electis pertinet ad remotionē a malo.qḋ dicit ſanctis ad donū gratie.1.coꝝ.6.Abluti eſtis:ſed ſanctificati eſtis.Leū.11.⁊.19.Sancti eſtote:qꝛ ego ſanctus ſum dn̄s deus veſter ꝛc.Q̄ dicit Dilecti ꝑtinet ad p̄parationē future glīe.Ioh.13.In finē dilexit eos.ſ. vite eterne Et deſcribit hic veſtimēta q̄ ꝓtegunt nos in aduerſis et ꝓſꝑis.2.cor.6.Per arma militie a dextris ⁊ a ſiniſtris ꝛc.Et p̄mo q̄ habēda in ꝓſperis.Secūdo q̄ in aduerſis ibi.Patientiā ꝛc.In ꝓſꝑis aliq̇d debemꝰ:⁊ p̄mo ꝓxīo miſericordiā.Et ideo dicit.Viſcera miſicordie.Luc.1.Per viſcera miſicordie dei nr̄i ꝛc.Phil'.2.Si qua viſcera miſerationis ꝛc.id ē miſericordiā ex affectu ꝓcedētē. Ad omnes vero conſequēter eſt habēda benignitas q̄ eſt quaſi bona igneitas Ignis eñ liquefacit et effluere facit humida.Si in te eſt bonus ignis:liq̄facit quicquid humiditatis habes et diſſoluet.Hanc facit ſpūſſanctus.Sap̄.1.Benignus eſt ſpiritus ſapientie Ephe.4.Eſtote aūt inuiceꝫ benigni:miſericordes ꝛc. In corde debes humilitatē Eccl'.3.Quanto magnꝰ es humilia te in omnibus ꝛc.In exterioribus debes modeſtiā:q̄ ponit modū ne in ꝓſperis excedas Phil'.3.Gaudete in dn̄o ſemper:iteꝝ dico gaudete.modeſtia veſtra nota ſit om̄ibus hominibus.In aduerſis tria ſunt arma habēda.ſcꝫ patientia que facit ꝙ animus ꝓpter aduerſa nō amoueatur ab amore dei et rectitudine iuſticie.Luc.21.In patientia veſtra poſſidebitis animas vr̄as ꝛc.Sed quia quandoqꝫ contingit ꝙ aliq̇s a iuſticia nō declinat q̄tuꝫ eſt de ſe.tñ alioꝝ mores ſunt ei īportabiles.ideo dicit. Supportātes inuicē.2.Pe.2.Habitās apud eos qui de die in diē iuſtā animā iniquis operibꝰ cruciabāt ꝛc.Ro.15.Debemus nos firmiores ībecillitates infirmoꝝ ſuſtinere ꝛc.Tertio condonationē ibi.Et donātes id eſt parcētes.2.coꝝ.2.Nā ⁊ ego qḋ donaui.ſi quid donaui ꝓpť vos in ꝑſona xp̄i ꝛc.Condonat aūt quis iniuriā qñ non habet rancorē ad eū:nec malū contra ip̄m ꝓcurat. Sed qñ neceſſitas puniendi eſt:tunc puniēdus eſt. Et addit rationē ſicut et dn̄s Eccl'.28.Homo homini ſeruat iraꝫ ⁊ a deo querit medelā ꝛc. Mat.18.Omne debitū dimiſi tibi ꝛc.Et poſt.Nonne ergo oportuit et te miſereri cōſerui tui ſicut ꝛc.¶Deinde cū dicit Sup̄ om̄ia ꝛc.Inducit ad principales virtutes ꝑficientes alias.Et principalior eſt charitas inter virtutes.ſapiētia vero inter dona Charitas quidē informat omnes virtutes:ſapientia vero dirigit.Primo igiť inducit ad primū.Secūdo ad ſecundū ibi.Verbū xp̄i ꝛc.Primo inducit ad charitatem habendā.Secūdo ad charitatis effectus ibi.Et pax ꝛc. Dicit ergo.Sup̄ omnia induatis charitatē q̄ omnibꝰ p̄dictis maior eſt.vt diciť.1.coꝝ.13.Super om̄ia id ē magis ꝙ omnia.quia eſt finis omniū virtutū.1.thi.1.Finis aūt precepti eſt charitas ꝛc.Vel ſup̄ omnia debemꝰ habere charitatē.quia eſt ſuper omnia alia.1.coꝝ.12.Adhuc excellentiorē viā vobis demonſtro ꝛc. Et hoc qꝛ ſine ipſa nihil valent alia.Et hec charitas figurať ꝑ tunicam inconſutilē.Ioh.19.Et ratio huius quare eſt habēda eſt.quia ē vinculū.ſm glo. per om̄es virtutes homo perficitur.ſed charitas cōnectit eas adinuicē ⁊ facit eas perſeuerantes.et ideo dicitur vinculum. Vel ex natura ſua eſt vinculum. quia eſt amor qui eſt vniens amatum amanti.Oſee.11.In funiculis adam traham eos in vinculis charitatis ꝛc.Sed addit Perfectiōis.quia ē vnūquodqꝫ perfectū quando adheret fini vltimo ſcilicet deo quod facit charitas.¶Deinde cū dicit.Et pax ꝛc.Monet ad actus charitatis.Et ponit duos actus ſcilicet pacem ⁊ gratitudinem.et tertiū innuit ſcilicet gaudiū.Dicit ergo.Et pax xp̄i ꝛc. Ex charitate mox oritur pax que eſt ſcd̄m Auguſtinuꝫ tranquillitas ordinis ſibi a deo inſtituti quod facit charitas. Qui eñ aliquē diligit concordat cum eo in voluntate.pſ̄.Pax multa diligentibꝰ legeꝫ tuam ꝛc.¶Exultet quia charitatis effectus eſt gaudium quod ſequitur ex pace.Prouerbioꝝ.12. Qui pacis ineunt conſilia ſequitur eos gaudium ꝛc. Sed nō dicit ſimpliciter pax.quia eſt pax mundi quam deus nō venit facere ſꝫ xp̄i quam fecit inť deū ⁊ homineꝫ.Mar.9.Pacē habere inť vos:quā ānūciauit.Lu.vl.Stetit ih̄s ī medio eoꝝ ⁊ dixit eis.Pax vob̄ ꝛc.Et debetis h̄re qꝛ in iſta vocati eſtis ꝛc.1.coꝛ.7.In pace vocauit nos deus.

dam miniſterialiter operãtes. quidã qui diſponũt de alijs ſcꝫ architectores. ſed in officio eccleſie diſponẽtes ſũt apoſtoli. ⁊ ideo dicit. Apoſtolus quaſi cũ auctoritate. 1ͤ corinth. 9. Signaculũ apl'atus mei vos eſtis in dño ⁊c. Uſus autẽ officij eſt predicare veritatẽ. ⁊ hoc eſt officiũ predicatoꝝ vt veritatẽ dicant. Prouer. 8. Ueritatẽ me ditabit guttur meũ ⁊c. Epheſ. 4. Loquimini veritatẽ Sed nõ eſt aliqua doctrina que nõ habeat aliquã veritatẽ: ſed in hoc damnat aliqua doctrina quia miſcet veritati falſitatẽ. Et ideo dicit. Ueritatẽ dico nõ mentior. Prouerb. 8. Recti ſunt omnes ſermones mei. Job. 6. Non inuenietis in lingua mea iniquitatẽ ⁊c. Et hic eſt vſus officij. ſcꝫ veritatẽ ſine mendacio predicare: qui cõpetit meo officio qui ſum doctor gentiũ. Doctor autẽ generat ſcientiã in anima diſcipuli. Scientia autẽ non eſt de falſo. vnde docens falſum nõ eſt doctor. Sed contra Math. 23. Nolite vocari rabbi. Reſpõdeo. Non prohibet miniſteriũ doctrine. ſed ambitionẽ officij. Actuũ. 9. Uas electiõis eſt mihi iſte vt portet nomẽ meũ ⁊c. Eſa. 49. Dedi te in lucem gentiũ ⁊c. Et debeo eas docere in fide ⁊ veritate. qꝛ dꝫ docere fidẽ ⁊ bonos mores. Et dicit in fide. id eſt de his que pertinent ad ſtatum preſentẽ in quo ſcđm fidem viuimus ⁊ in veritate quantũ ad ſtatuꝫ glorie. ¶ Deinde cũ dicit. Uolo aũt ⁊c. deſcendit ad ſpirituales gradꝰ hoĩm. Et circa hoc duo facit. quia primo monet viros de oratiõe. Scđo mulieres. ibi. Silr ⁊ mulieres ⁊c. Dicit ḡ. Nolo ⁊c. Tria exigit a viris in orando. Primo ꝙ oratio ſit aſſidua. Secũdo pura. Tertio quieta. Aſſidua vt in omni tempe ⁊ in oĩi loco. ⁊ dicit. Uolo: quia bonũ eſt ꝙ homo oret. ⁊ ego doctor volo viros orare in omni loco. non in hieruſalẽ tantũ vt iudei. nec in monte gariſim vt ſamaritani. Jo. 4. Jn omni loco poteſt homo ſpũaliter ⁊ mentaliter orare. Soph. 2°. Adorabũt eum viri de loco ſuo omnes inſule gentiũ ⁊c. Sed quomodo dñs reprehendit phariſeos ſtãtes in angulis. Math. 6. Reſpondeo. Oratio mẽtalis vbiqꝫ poteſt fieri. ſed ſigna oratiõis exterius nõ debẽt fieri in omni loco. quia homo nõ debet ſingularis apparere in exterioribus. ⁊ ꝓpter hoc poteſt haberi inanis gloria. Sed quare nũc ſunt facte eccleſie? Reſpondeo. Non ꝙ locus ſit de neceſſitate oratiõis. ſed ad bene eſſe eius: qꝛ oratio requirit ſolitudinẽ ⁊ quietẽ. ¶ Jtem pura. Jdeo dicit. Leuantes ⁊c. Aug. quod exterius orando egimus: facimus vt affectus noſter interius excitetur. Genuflexiões eñi ⁊ huiuſmõi non ſunt per ſe accepte deo. ſed quia per hec tanꝙ per humilitatis ſigna homo interius humiliatur. ſicut eleuatio manus ſignificat eleuationẽ cordis. Tren. 3. Leuemus corda noſtra cũ manibus ad dñm in celo. ¶ Leuantes ⁊c. id eſt orantes cũ deuotiõe cordis Job. 8. Si diluculo cõſurrexeris ad deũ ⁊ omnipotentẽ fueris deprecatus. ſi mũdus ⁊ rectus inceſſeris ſtatĩ euigilabit ad te ⁊ pacatũ reddet habitaculũ iuſticie tue ⁊c. ¶ Jtem quieta. ⁊ ponit duo. Primo vt ſcꝫ mens ſit ſine ira que animũ inquietat ad inferendũ nocumentũ proximo. a qua oportet liberũ eſſe animũ orantis. Eccl'. 28°. Homo homini ſeruat irã ⁊ a deo querit medelã. Jtem liber debet eſſe hõ a diſceptatiõe quod poteſt intelligi dupliciter. Uno modo ſcđm glo. vt nõ diſceptemus cõtra deũ increduli verbis eius ⁊ murmurãdo cõtra eius ordinationẽ. Rom. 9. O homo tu qui es vt reſpondeas deo ⁊c. Jtem cõtra proximũ vt non rũpamus pacem cũ eo. quod fit per diſceptationẽ. Pax eñi eſt neceſſaria orãti Mat. 18. Si duo ex vobis ꝯſenſerint ſuper terrã de omni re quã petierint fiet illis a patre meo ⁊c. ¶ Deinde cũ dicit. Similiter ⁊ mulieres ⁊c. ordinat mulieres. ⁊ primo quantũ ad orationẽ. Scđo quantũ ad doctrinã. ibi. Mulieres in ſilentio ⁊c. Jtem primo oſtẽdit quid requirat a muliere orante. Secundo exponit que dixerat ibi. Non in tortis ⁊c. Circa primũ ſciendũ eſt ꝙ omnia que requirũtur ad virum orantem: requirunt ⁊ ad mulieres Et ideo dicit: Similiter et mulieres ⁊c. Quaſi dicat. Omnia ſeruent que dicta ſunt. Sed addit duo. ſcilicet ornamenta ⁊ verecundiam. cuius ratio eſt: quia naturale eſt ꝙ ſicut mulieres ſũt mollioris corporis ꝙ viri: ita ⁊ debilioris ratiõis. Ratiõis autẽ eſt ordinare actus et effectus vniuſcuiuſqꝫ rei. Ornatus vero cõſiſtit in debita ordinatiõe ⁊ diſpoſitione. Sic in interiori decore niſi ſint oĩa ordinata ex diſpoſitiõe per rationẽ non habẽt pulchritudinẽ ſpiritualẽ. Et ideo qꝛ mulieres deficiunt a ratõe requirit ab eis ornatũ. Jtẽ verecũdia eſt de turpi actu. ⁊ ideo eſt laudabilis in illis qui facile ſolẽt declinare in actus turpes hmõi ſunt iuuenes ⁊ mulieres. Et iõ hoc in eis laudat non autem ſenes ⁊ perfecti. Eccl'. 26. Gratia ſuper gratiã mulier ſancta ⁊ pudorata ⁊c. Jtem ſobrietatẽ requirit. Quia eñi in mulieribus ratio eſt debilis. ſobrietas autẽ conſeruat virtutẽ ratiõis. ⁊ ideo in mulieribus maxime reprehendit ebrietas. Unde antiquitus apud romanos eis nõ dabat vinũ. ¶ Non in tortis ⁊c. exponit qđ dixerat. ⁊ primo de ornatu. Scđo de verecũdia ibi. Sed quod decet ⁊c. Circa primũ primo excludit corporalẽ. Secũdo ponit ſpiritualẽ. ibi. Sed qđ decet ⁊c. Circa primũ dicit. Quod dixi de habitu ordinato nõ intelligo de exteriori. qꝛ nõ in tortis crinibꝰ. id eſt nõ ornato capite vel toto corpore. Sed precipue mulieres ornãt caput quod eſt naturale mulieri: vt dicit. 1ͤ corinth. 11. Et ideo ornamẽta in capite habẽt. Jn capite vero eſt duplex velamentũ. Unũ eſt naturale. ſcꝫ capilli vt dicit. 1ͤ. coꝝ. 11. Jtem artificiale. ⁊ in vtriſqꝫ ſe ornãt quia capillos torquẽt. Unde dicit. Non in tortis. id eſt in criſpatis. Eſaie. 3. Erit ꝓ criſpanti crine caluitiũ. Jtẽ artificialia ꝓhibet cũ dicit. Aut auro ⁊ argento. 1ͤ. petri 3°. Non extrinſecus capillatura. aut circũdatio auri. aut indumenti. aut veſtimentoꝝ cultus ⁊c. Uel nõ in tortis crinibus. ⁊ hoc auro. id eſt nõ habẽtes crines tortos auro: vel margaritis. Quantũ vero ad totũ corpus dicit. vel veſte precioſa. hoc eñi damnat apl'us hic ⁊ Eſaie. 3. Sed nũquid hoc eſt peccatũ? Reſpondeo. Dicendũ eſt ꝙ ſcđm aug'. duo ſunt cõſideranda in ornatu mulierũ. ſcꝫ ſimplex ornatus ⁊ fucatus. Simplex ornatus. puta in veſte ⁊ auro ⁊ huiuſmõi. quod poteſt fieri cum peccato tribus modis. ſcꝫ ex praua intentiõe vt ſi intẽdant cõmotionẽ concupiſcẽtie oſtentationẽ vel inanẽ gloriam. Prouerb. 7. Preparata ad capiendas aĩas Secũdo ſi fiat preter conſuetudinẽ patrie qđ fit diuerſimode. Aut eñi excedit modũ cõſuetũ patrie quod ex leuitate animi eſt. aut ſi cõditionẽ ſui ſtatus excedit. Sed ſeruata recta intentiõe. cõſuetudine patrie. ⁊ conditiõe ſtatus non eſt peccatũ. De fucato autẽ ſemper eſt peccatũ. Mulieribꝰ eñi non permittit ornari niſi ꝓpter viros. ⁊ viri nolunt decipi vt fucate eis appareãt Sit ergo nõ talis ornatus ſed qualis decet mulieres ꝓmittentes pietatẽ. Exteriora eñi opera homĩs ſunt quaſi quedã ꝓfeſſio interioris homĩs. ſicut religioſi aliquãdo habent habitũ et clerici ſimiliter Unde niſi cõcordet exterior cum interiori eſt fictio. Jta etiã de alijs operibus interioribus. Jnterius eñi debemus colere pietatẽ. id eſt cultũ dei exterius promittere per bona opera que ꝯcordent pietati. ⁊ ſimiliter habere interius. ſicut oſtendimus exterius Uel dico ꝙ debent ſe ornare nõ exterius: ſed ſcđm ꝙ decet eas. ꝓmittentes. id eſt que ꝓmittere debent pietatem per opera bona. Eccl'. 19. Amictus corporis ⁊ riſus dentiũ ⁊ ingreſſus homĩs annũciant de illo.

Lectio tertia.

m Ulier in ſilentio diſcat cū omni ſubiectiõe. Docere autē mulieri nõ ꝑmitto neqꝫ dñari in virū: ſed eſſe in ſilentio. Adā eñ ꝑmus formatꝰ eſt. deinde eua ⁊ adaʒ nõ ē ſeductꝰ: mulier aūt ſeducta in ꝑuaricatiõe fuit. Saluabit̄ aūt ꝑ filiorūʒ generaaionē ſi ꝑmanſerit in fide ⁊ dilectiõe ⁊ ſanctificatione ⁊ cū ſobrietate.

Superius apoſtolus ordinauit mulieres quo ad orationē: hic ordinat eas ꝙtū ad doctrinā. ⁊ primo ponit ſuam ordinationē circa eaꝝ doctrinam. Secundo rationē ordinationis aſſignat ibi. Adam eñ ꝑmus ⁊c. Tertio reſpondet tacite queſtioni ibi Saluabitur autem ⁊c. Item primo oſtendit quid mulieribus conueniat. Secūdo q̇d eis non cõpetat ibi. Docere autē ⁊c. Circa primū tria ponit eis cõpetere ſcʒ taciturnitatē. diſciplinā ⁊ ſubiectiõeʒ que tria ex vna ratiõe ꝓcedunt. ſcʒ ex defectu rõis in eis quibus primo indicit ſilentiū Jac. 3. Si quis in ꝟbo nõ offendit h̄ ꝑfectus eſt vir. ⁊ 1. coꝝ. 14. Mulieres in eccleſijs taceant. nõ eñ ꝑmittit̄ eis loq̇ ⁊c. Secūdo qꝛ verba mulieris ſunt inflammātia Eccl. 9. Colloquiū illius quaſi ignis exardeſcit. Itē vt diſcant. quia eoꝝ qui deficiunt ratione ꝓpriū eſt addiſcere. 1. coꝝ. 14. Si quid volunt diſcere domi viros ſuos interrogent ⁊c. Viris autē datur ꝙ doceant. Itē ſubiectio qꝛ naturale eſt ꝙ aīa dominet̄ corpori. ⁊ ratio viribus inferioribus. Et ideo ſicut ph̄us docet. Quādocūqꝫ aliqua duo adinuicē ſic ſe habent ſicut anima ad corpus. ⁊ ratio ad ſenſualitatē. naturale dominiū eſt eius qui abundat rõe. ⁊ illud eſt principans. aliud aūt eſt ſubditū quod ſcʒ deficit ratiõe. Geñ. 2. Sub viri poteſtate eris. Itē excludit ea que eis nõ cõpetunt ⁊ ſunt duo ſcʒ vt non doceant. Sed cõtra ꝓuer. vl. Erudiuit eū mater ſua ⁊c. Reſpondeo dicendū eſt ꝙ doctrina publica nõ cõpetit mulieri. ⁊ ideo dicit. In eccleſia. Alia ē priuata ⁊ hac mater erudiuit filiū. Sed cõtra Judic. 5. Delbora erudiuit populū iſrl̄. Reſpondeo illa eruditio ē per ſpiritū ꝓphecie ⁊ gratia ſpūſſancti nõ diſcernit inter virū ⁊ mulierē. nec tñ publice predicabat ſed inſtinctu ſpūſſancti conſilia dabat. Secundo interdicitur eis dominiū in virū Eccl. 25. Mulier ſi primatuʒ habeat contraria eſt viro ſuo. Et ph̄us dicit ꝙ dominiuʒ mulierum eſt corruptio familie. ſicut tyranni in regno. Et ſic ꝓhibet duo contra duo que conpetunt eis ſed tertiū repetit ſcʒ in ſilentio. ¶ Deinde cum dicit Adam eñ ⁊c. Aſſignat rati onē eius qḋ dixerat. ⁊ ꝑmo ex ordine creationis. Secundo ex ordine culpe ibi. Et adā non eſt ⁊c. Circa primū ſciendū eſt ꝙ in ordine rerū ꝑfectuʒ ⁊ imꝑfectū diuerſimode ordinant̄. quia in vno ⁊ eodē imꝑfectuʒ ꝑcedit tēpore. ⁊ ꝑfectū ꝑcedit natura. qꝛ natura tēdit ad perfectū. ſed in diuerſis ꝑfectum eſt prius tempore ⁊ natura. quia natura ſemper incipit a perfectis. Et hunc ordinē agit hic. qꝛ vir perfectꝰ eſt natura humana mulier vir occaſionatus. Unde ꝑmo formatus eſt adam Geñ. 2. Formauit deus hominē de limo terre ⁊c. Secūdario mulier ſicut qḋdam imꝑfectū a perfecto originatū ſcʒ de coſta. 1. coꝝ. 11. Nõ eñ vir ex muliere: ſed mulier ex viro eſt ⁊c. Et inde eſt ꝙ homo non dicitur factus ꝓpter mulierē ſed ad ſimilitudinē dei. Geñ. 1. Faciamus hominē ad ymaginē ⁊ ſimilitudinē noſtrā. Mulier autē ꝓpter virū: ideo vir debet ꝑeſſe. Itē ex parte culpe. Ordo eñ generationis ⁊ corruptionis eſt contrariꝰ. qꝛ qḋ ē primū in generatione eſt vltimū in corruptione. Peccatum autē eſt corruptio nature. ⁊ ideo generatio īcepit ꝑmo ab adā: ſed corruptio a muliere. Unde dicit Adā nõ eſt ſeductus ſcilicet primo. quia fortior erat: ſed incepit a debiliori vt facilius ſeduceretur fortior. Alludit auteʒ hic verbis ade Gen. 3. Cū eñ dñs reprehēdit adā dixit Mlier quā dediſti mihi ḋdit mihi ⁊c. Et iḋo dič Adaʒ non eſt ſeductus ſed mulier Seductio aūt duplex eſt. ſcʒ in vniuerſali ⁊ ꝑticulari eligibili que eſt ignorantia electionis. Quicunqꝫ ergo peccat ſeducitur ignorantia electionis in ꝑticulari eligibili. Mulier autem fuit ſeducta ignorantia in vniuerſali quando ſcilicet credidit qḋ ſerpens dixit. ſed vir non credidit hoc: ſed deceptus fuit in particulari. ſcilicet ꝙ gerendus eſſet mos vxori ⁊ cuʒ ea comedere deberet ⁊ inexpertus diuine ſeueritatis credidit ꝙ facile ei remitteretur. Sed contra. Ignorantia eſt pena peccati. ergo pena preceſſit culpam. Reſpondeo dicendum eſt ꝙ non preceſſit. qꝛ ſtatim ad verba ſerpentis fuit elata ꝙ alius eſſet de ea ſollicitus ⁊ ex illa elatione ſeducta eſt. vnde elatio preceſſit. ¶ Deinde cū dicit. Saluabitur autē ⁊c. Reſpondet cuidā tacite queſtioni. quia diceret quis ꝙ ſi mulier non eſt propter viruʒ ⁊ ex ea eſt initiū peccati. ergo viro eſt nociua. Sed ſi aliquid non eſt propter aliud ſed eſt ei nociuum debet tolli. ergo mulier non debet ſaluari. Dicendū eſt ergo ꝙ duplex eſt ſalus. ſcilicet tēporalis ⁊ hec eſt cõmunis etiam brutis. Alia eſt eterna ⁊ hec eſt propria hominū Eſa. 51. Salus autē mea in ſempiternū erit ⁊c. Utramqꝫ aūt ſalutē mulier non amiſit. Non temporalē. qꝛ ſtatim non priuat̄ ſexu muliebri propter generationem prolis. nec eternā qꝛ ſm̄ animā capax eſt gratie ⁊ glorie. Et ideo ꝙtū ad primum dicitur: Saluabit̄ id eſt non extirpabitur. ⁊ hoc ꝑ generationē filioꝝ ad quā eſt a deo ordinata. Quantuʒ ad ſecundū dič. Si ꝑmāſerit ⁊c Sed qꝛ ſi īportat cauſam nūquid que nõ ꝑmanſit non ſaluabit̄ cū apl̄s dicat ꝙ mulier melius facit ſi non nubat. Reſpondeo vno modo poteſt eſſe locutio figuratiua ⁊ ſic per virū rõ ſuperior intelligitur. ratio inferior eſt mulier. opera bona ſunt filij inferioris rationis. ⁊ charitas quā per virū concipit ⁊ ꝑ hec ſaluabitur. Alia eſt expoſitio litteralis. vt ly per non dicat cām ſed repugnantiā. Et eſt ſenſus. Mulier ſaluabitur etiā ſi incedat per generationem ſcʒ ſi nubat ⁊ non ſit virgo. Et tunc ly per dicit augmentationē ſalutis quaſi per generationē filioꝝ ad cultū dei magis ſaluabit̄ Ecc. 7. Filij tibi ſunt erudi illos: ⁊ incurua illos a pueritia illoꝝ ⁊c. De ſalute vero eterna tria põit. ſcʒ ꝙ aliq̇d ſit in intellectu. Secūdo ꝙ in affectu. Tertio quo ad exteriorem actū. In intellectu eſt fides per quā intellectus chriſto ſubijcitur. Unde dicit In fide. Heb. 11. Sine fide impoſſibile eſt placere deo Et quia fides nihil valet ſine dilectione. Ideo ſtatim ſubiunxit dicens: Et dilectione. 1. coꝝ. 13. Si habuero omnē fidē ita vt montes transferam charitatem autē non habuero nihil ſum ⁊c. In exteriori autē ponit duo contra laſciuiā que conſiſtit in duobꝰ ſcilicet in luxuria. Et quantū ad hoc dicit. In ſāctificatione. id eſt in caſtitate. 1. theſ. 4. Hec eſt volūtas dei ſanctificatio veſtra ⁊c. Item in crapula. contra quod dicit. In ſobrietate. Tit̄. 2. Sobre ⁊ pie ⁊ iuſte viuamꝰ in hoc ſeculo et cetera.

Capitulum tertiū.

f Idelis ſermo. Si quis epiſcopatum deſiderat bonū opus deſiderat. Oportʒ eñ epiſcopū irreprehenſibilē eſſe. vnius vxoris viꝝ ſobriū. ornatū. prudentē. pudicū. hoſpitalē

**doctorē. nō vinolentū. nō ꝑcuſſorē ſed modeſtum. nō litigioſum. non cupidū ſed ſue domui bene prepoſitum. filios habentem ſubditos cum omni caſtitate.**

Supra inſtruxit timotheum de pertinentibus ad fidem rectā ⁊ cultū dei: hic agit de inſtructione officioꝝ eccleſiaſticorum. Et primo ponitur inſtitutio. Secundo ſue inſtitutionis occaſio ſeu neceſſitas ibi. Hec tibi ſcribo ⁊c. Itē primo inſtruit de pertinentibus ad epiſcopū. Secūdo quo ad dyaconos ibi. Dyacones ſimiliter ⁊c. Sꝫ cū ſm dyoniſium tres ſint ordines ſcilicet epiſcopoꝝ qui ꝑficiunt. preſbyteroꝝ qui illuminānt. dyaconoꝝ q̄ purgant quare non facit mentionē de preſbyteris? Reſpōdeo dicendum eſt ꝙ preſbyteri intelligunt cuꝫ epiſcopis nō ꝙ ſit indiſtinctio inter ordines q̄tum ad rē ſed quantuꝫ ad nomina. qꝛ preſbyter idē eſt qꝺ ſenior ⁊ epiſcopꝰ ſuperintendens. Et ideo preſbyteri et epiſcopi q̄tuꝫ ad nomē vocabant ⁊ epiſcopi ⁊ preſbyteri. Circa hoc ergo primo agit de deſiderio perueniendi ad epiſcopatū. Secundo deſcribit conditionē epī ibi. Oportet aūt ⁊c. Premittit ergo ſue inſtitutionis aſſertionē dicēs. Fidelis ſermo ſcilicet quem dicā vel dixi. Apoc. vlti. Hec verba fideliſſima ⁊ vera ſunt. Si quis ⁊c. Ex hoc ſumpſerūt aliqui occaſionē ambitionis epiſcopatus ⁊ prelationis. Sed non recte intelligunt quod hic dicitur. Apoſtolus em̄ h̄ voluit oſtendere quid pertineat ad epm̄. Epiſcopus eſt nomen grecū. ſcopos em̄ idē eſt qꝺ intendens. epi. id ē ſupra quaſi ſuperintendens. Duo ergo ſunt conſideranda in epiſcopo. ſcꝫ gradus ſuperior ⁊ actio plebi vtilis. Aliqui em̄ proijciunt forte oculū ad ea que circūſtant eū ſcilicet ꝙ qui preeſt honoratur ⁊ ꝙ habet poteſtateꝫ. Et q̄ propter iſta d̄ſiderat epiſcopatū neſcit quid ſit epiſcopꝰ. Et ideo dicit apoſtolus quid ſit epiſcopus: ⁊ quid deſiderat qui epiſcopatū deſiderat. quia bonū opus. Non dicit bonū deſideriū habet ſed bonū opus ſcilicet vtilitatē plebis. Sed nunquid licet ipſum deſiderare? Aug. dicit ꝙ nō. Glo. Locus ſuperior ſine quo regi non poteſt populus. ⁊ ſi teneatur ⁊ adminiſtretur decenter: tamē indecēter appetitur. Et idē dicit. 19. de ciuitate dei. Cuius ratio eſt ꝙ nullus debet appetere aliquid ſupra vires ſuas non ſibi proportionatū al's eſſet ſtultus. Oratius. Ludere qui neſcit cāpeſtribus abſtinet armis Ille ergo bn̄ epiſcopatū deſiderare poſſet cuius opus epiſcopatui eſſꝫ ꝓportionatū. Ad hoc autē nullus eſt idoneus quia prelatus ſm gradū ⁊ conuenientiā debet omnes alios excedere in conuerſatione ⁊ contēplatione ita vt in reſpectu ſui alij ſint grex. Et hanc ydoneitatē de ſe preſumere eſt maxime ſuperbie. aut ergo appetit circūſtantias: ⁊ tunc neſcit quid appetat. quia nō eſt h̄ epiſcopatus vl' ipſuꝫ opꝰ et hoc eſt ſuperbie. Et ideo non eſt accipiendū niſi impoſitum. Glo. Si dicis ſtatus epiſcopoꝝ ē ꝑfectior ſtatu religioſoꝝ. hunc autē licet appetere. Reſpondeo Perfectio aliter ſe habet in hoc ⁊ in illo. quia ſtatus epiſcoporum preſupponit perfectionē: ⁊ ideo nullus appetere debet niſi habeat eam. ſed ſtatus religioſorū eſt via: ⁊ ideo non requiritur perfectio iam habita: ſed ꝙ acquirat eaꝫ niſi habeat. ⁊ hoc patet Ioh. vl. vbi dominꝰ ſymoni nō dicit: Si vis perfectus eſſe. paſce ⁊c. Et iuueni dicit. Si vis perfectus eſſe ⁊c. Sic ergo intelligendū eſt in nomīe epiſcopatus bonū opus. 1. Pe. 5. Non vt dominātes in cleris ſed forma facti gregis ⁊c. Quaſi dicat. Si tu epiſcopatū deſideras hoc eſt qꝺ deſideras qꝛ bonum opus.

¶ Sed qualis debeat eſſe epiſcopus oſtendit cū ſubdit Oportet epiſcopum ⁊c. Queꝫ primo inſtruit in generali. Secundo in ſpeciali ibi. Unius vxoris ⁊c. Dicit ergo Dico ꝙ bonū opus deſiderat: ſed ad hoc non omnis eſt ydoneus: ſed oportet ꝙ ſit talis. primo irreprehenſibil'. Unde de Zacharia dicit Luc. 1. ꝙ incedebat in omnibꝰ mandatis ⁊ iuſtificationibus dn̄i ſine querela Leū. 21. Qui habuerit maculā nō offeret panes deo ſuo nec accedet ad miniſteriū eius. Nec intelligenduꝫ eſt ꝙ omnino ſit ſine peccato. quia dicitur. 1. Iohā. 1. Si dixerimꝰ ⁊c. Nec eſt dicendū ſicut aliqui dixerunt ꝙ quicunqꝫ peccauit mortaliter poſt baptiſmū non eſt ydoneꝰ: qꝛ pauci eſſent tales. ſed irreprehenſibilis id eſt non ſubiectus alicui peccato: vnde ab alijs reprehendi poſſet: qꝛ indecēs eſt ſi reprehenſibilis ſit reprehenſor Mat. 7. Eijce p̄mū trabē ⁊c. ¶ Deinde cū dicit. Unius vxoris ⁊c. Inſtruit eum in ſpeciali ⁊ primo quantū ad ſe. Secundo quantū ad multitudinē ibi. Filios habentē ⁊c. Iteruꝫ prima in duas. quia primo oſtendit quibus virtutibus ornet. Secūdo a quo mens debet eſſe īmunis ibi. Non vinolentū ⁊c. Omnis autē moralis virtus eſt primo circa paſſiones et ſunt duo que faciunt ſanctitatē: ſcilicet caſtitas et ſobrietas. quia per delectationē vel delectabilia carnis: maxime inquietatur anima. Et ideo primo pont quod ꝑtinet ad caſtitatē dicens: Unius vxoris virum. Similiter. primo. In hoc autē diſcordia videtur eſſe inter Auguſtinū ⁊ hieronymū. Hieronymus em̄ dicit ꝙ hoc ītelligitur poſt baptiſmū. quia ſi ante baptiſmū duas habuit vxores vel vnā primo ⁊ aliā poſtea non īpeditur ab ordinatione. quia per baptiſmū omnia delentur. Auguſti. ⁊ Ambroſius contrariū dicunt. quia ſiue ante ſiue poſt ſi duas habuit non ordinat. Et nunq̄d baptiſmus non oīa delet? Rn̄deo ſic. ꝑctā nō irregularitatē q̄ interdū etiaꝫ ſine peccato incurritur ex ſo[..] eccleſiaſtica inſtitutiōe. ſꝫ matrimoniū non eſt peccatum etiā in paganis. Sed que eſt cauſa huius inſtitutionis? Nunquid non magis īpeditur qui multas concubinas habet? Reſpondeo dicendum ꝙ hoc fit non propter incontinentiā tm̄: ſed proptͤ repreſentationē ſacramenti. quia ſponſus eccleſie ē chriſtus ⁊ vna eſt ecclia. Cañ. 5. Una eſt columba mea ⁊c.

¶ Secūdo agit de ſobrietate. Tit. 2. Sobrie ⁊ pie ⁊ iuſte viuamus in hoc ſeculo ⁊c. Hic em̄ docet epiſcopuꝫ q̄ dicitur ſuperintendēs vt vigilet. Luce. 1. Paſtores aūt erant ⁊c. Et ebrietas obſta[t] vigilijs. 1. Pe. vlti. Sobrij eſtote ⁊c. Tertio ordinat rationē dicens. Prudentē. qꝛ hec eſt regitiua omniū virtutū. ⁊ epiſcopꝰ eligitur vt alios regat. Mat. 10. Eſtote prudentes. Mat. 24. Quis putas eſt fidelis ſuus et prudens ⁊c. ¶ Conſequent ponit virtutes que ordinant actiones exteriores. Prio q̄tum ad ſe. Secundo q̄tum ad alios. Quantū ad ſe dic̄ ornatū. pudicū. Ornatus eſt quādo bene cōponit in actibus ⁊ dictis. Ornatus em̄ īportat pulchritudinē q̄ conſiſtit in ꝓportione. Unde tunc eſt ornatus quando agit et loquitur vt decet. Eccl'. 44. Homines diuites in virtute pulchritudinis ſtudium habentes ⁊c. Hoc requirit in epiſcopo. qꝛ ꝑ exteriora iudicamus de interioribꝰ. Ecc. 19. Amictus corporis ⁊ riſus dentiū. ⁊ ingreſſus hominis enunciant de illo. qꝛ prelatus ponit in aſpectu hōīm oportet ꝙ ſit ornatus. Un̄ d̄r de ambroſio ꝙ quoſdā ordinare nolebat. qꝛ diſſolute incedebant. Itē quandoqꝫ cōtingit ꝙ occurrunt alicui aliqua turpia in alijs vel agentibus vl' dicentibus. ⁊ ad hec debet habere pudiciciā vt verecundet ſi videat vl' audiat. Aug. Impudicus oculꝰ impudici cordis eſt nūcius. Ecc. 7. Gratia em̄ verecundie illius ſup auꝝ. ¶ Deinde cuꝫ dicit. Hoſpitalem ⁊c. agit de epō ī cōparatiōe ad alios. Impōit aūt epō vt paſcat oues Io. vl. ⁊. 1. Pe. vl. Et duplex eſt elemoſina. ſ. corporalis ⁊ ſpiritualis. Ergo debet in vtraqꝫ paſcere. Quātū ad primū dicit. Hoſpitalē ſcꝫ peregrinorū ⁊ ho-

ſpitum. Ro.12. Hoſpitalitatē ſectātes. Heb. vlti. Hoſpitalitatē nolite obliuiſci ⁊c. Job.31. Hoſtiū meū viatori patuit ⁊c. Quantū ad ſecūdū dicit. Doctorē Eph.4. Alios paſtores ⁊ doctores ⁊c. Et hoc eſt officiū ꝓpriū prelati. Jere.3. Dabo vobis paſtores iuxta cor meū ⁊ paſcent vos ſcientia ⁊ doctrina ⁊c. ¶ Conſequent̄ cū dicit Non vinolentū ⁊c. remouet vitia oppoſita. Tria aūt remouet. Unū quod pertinet ad cōcupiſcentiā carnis. Aliud ad iram. Aliud ad cupiditatē. Quantū ad primū dicit. Non vinolentū. Minus dicit ⁊ plus ſignificat Eph.5. Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria ⁊c. Quaſi dicat non guloſum non luxurioſum. Quantuȝ ad irā duo ponit primo quantū ad actū cū dicit. Non percuſſorem. Decenter prohibet hoc poſt vina. quia ebrij defacili ꝑcutiunt ſcȝ modeſtū id eſt patientē Phil.4. Modeſtia veſtra nota ſit omnib⁹ homib⁹. pś. Bene patiētes erāt vt annuncient. Xp̄s paſſus non ꝑcutiebat. Secūdo q̄tum ad verba cū dicit. Non litigioſum. 2. thy.2. Seruum dei non oportet litigare ⁊c. 1. coꝝ.11. Si quis videt̄ contentioſus eſſe nos talē cōſuetudinē non habem⁹ neq̄ eccleſia dei. Et hoc qꝛ epiſcopi ſunt ſucceſſores aplõꝝ quos xp̄s inſtruxit vt pacē annunciarent. Itē in paſſiōe ſua chriſtus dixit. Pacē meā do vobis. pacē meā relinq̄ vobis. ¶ Quantū ad res tēporales dicit. Non cupiduȝ quia ponitur iudex ⁊ ordinatoꝛ eccleſie qui ſi ſit cupidus d̄facili d̄cliāt a iuſticia Exod. viceſimo t̄tio Ne accipias munera que excecant etiā prudentes ⁊ ſubuertunt v̄ba iuſtoꝝ. ſed heu. Jere.6. A maiore vſq̄ ad minorē oīes auaritie ſtudent ⁊c.

## Lectio ſecunda.

**S I quis aūt domui ſue preeſſe neſcit quomodo eccleſie dei diligentiā habebit: Non neophitū: ne in ſuꝑbiā elatus in iudiciū incidat dyaboli. Oportet autē ⁊ illū teſtimoniū habere bonuȝ ab his qui foris ſunt vt non in opprobriuȝ incidat ⁊ in laqueū dyaboli. Dyacones ſimiliter pudicos. non bilingues. non multo vino deditos. non turpe lucrū ſectantes. habētes myſterium fidei in conſciētia pura. Et hi autē probent̄ primū: ⁊ ſic miniſtrēt nulluȝ crimē habentes. Mulieres ſimiliter pudicas. nō detrahentes. ſobrias. fideles in omnibus.**

Supra oſtēdit apl's qualis debet eſſe ep̄s ſm ſe: hic oſtēdit qualis debet eſſe in cōparatione ad multitudinē. Et primo ad multitudinē domeſtice familie. Secundo quo ad multitudinē eccl'ie ibi Non neophitū ⁊c. Tertio quo ad multitudinē infideliū ibi. Oportet aūt ⁊c. Itē primo oſtēdit qualis debet eſſe in comparatione ad familiā domeſticā. Secundo rationē huius aſſignat ibi. Si q̄s autem ⁊c. Item primo oſtendit ꝙ ab epiſcopo requirit̄ gubernatio debita familie. Secundo bona inſtructio filiorum ibi. Filios habentē ⁊c. Dicit ergo. Oportet ep̄m p̄eſſe domui id ē familie ſue ⁊c. Ut eā bn̄ gubernet. Bona aūt gubernatio nō ſolū eſt acquiſitio diuinaꝝ. quia ea non ſunt finis yconomice ſed inſtrumēta. ſed finis ei⁹ eſt recta vita. Eccl'.44. Pacificātes in domib⁹ ſuis. Specialiter auteȝ in domeſtica familia precipui ſunt filij. Et ideo dic̄ de eis ſpecialit̄ Filios ⁊c. id eſt ꝙ ſuis filijs dominetur nō emollitus ex teneritudine amoris quā quādoq̄ extendit ad filios. Inter alia autē que requirunt̄ in filijs epiſcoporum quos habuerunt anteq̄ eſſent ep̄i requiritur ꝙ ſint caſti. quia mala eoꝝ vita eſſet teſtimoniū contra parentē et prelatū. Eccl'.10. Scd̄m iudicē populi ſic et miniſtri eius. ⁊ qualis rector ciuitatis: tales et habitantes in ea Sap̄.4. Ex iniquis em̄ omnes filij q̄ naſcunt̄ teſtes ſunt nequitie aduerſus parētes in interrogatione ſua. Secunda ratio eſt. qꝛ ad domū epiſcopi cōcurrit populus ideo oportet eos eſſe caſtos. Contra illud. 1. reg.2. vbi filij hely nō caſti corrūpebant mulieres veniētes ad templū. vnde ⁊ hely a dn̄o eſt punitus. ¶ Deinď cum dicit. Si quis autē ⁊c. Dicti ſui rationem aſſignat. Poſſet em̄ dici. Quid ad ep̄m ꝙ bene regat familiā cui iminet cura cōmunis? Et ideo dicit Si quis aūt ⁊c. id ē proprie familie Luc.16. Qui fidelis eſt in minimo et in maiore fidelis ē. Cōtingit tn̄ frequent̄ ꝙ aliqui nō ſunt regitiui bene in paruis domeſticis qui tamē bene regūt in maioribus. Sed dic. neſcit vt hec neſcientia referatur ad negligentiā. et qui parua negligit defacili magna negligit. ſed qui nō curat de paruis aliq̄n bene ſe habet in maioribus. ¶ Conſequenter oſtēdit q̄liter ſe habeat ad multitudinē eccleſie in qua non debet eſſe nouicius in fide ſed antiquus. Unde dicit Non neophicū id eſt nouā fidē habentē Act.1. Oportet eligere vnū ex his qui nobiſcū ⁊c. Idem numeri.11. Cōgrega mihi.70. viros de ſenioribus quos tu noſti ꝙ ſenes ſint populi ac magiſtri et duces ⁊c. Sed ſicut dicitur Sap̄.4. Senectus venerabilis eſt non diuturna neq̄ numero annoꝝ computata ⁊c. Cōtingit em̄ quādoq̄ ꝙ in aliquibus nouis ſuꝑabūdet gratia et habēt ſimul cū etate moꝝ ſenectutē q̄ diſpēſatiue promouentur ſicut ambroſius diuina inſpiratiōe. Unde hoc quod dicit hic ad eos pertinet qui non ſolum etate neophiti. ſed et qui neophiti ſunt ꝑfectiōe. Et huius eſt ratio ne in ſuperbiā ⁊c. Quando em̄ aliq̄s de nouo veniēs ad fidem et ad conditionē aliquā ꝓmouet̄ reputat ſe alijs meliorē et valde neceſſariū quaſi niſi ipſe eſſet non haberent vnde ꝓuideretur eccleſie. Et dicit dyaboli. quia ipſe cōdemnatus fuit propt̄ peccatū ſuperbie. ¶ Deinde cū dicit. Oportet aūt illū ⁊c. Oſtendit qualiter ſe habeat ad multitudinē infideliū. ⁊ ponit documēta. Primo vt ſit bone fame Col'.4. In ſapientia ambulate ad eos qui foris ſunt. 1. Pe.2. Conuerſationē vr̄aȝ inter gentes habētes bonā ⁊c. Et hoc neceſſariū eſt prelato. quia conuerſatio totius cōgregatiōis iudicat̄ ex p̄lato. Sed cōtra. 2. coꝝ.6. Per īfamiā ⁊ bonā famā ⁊c. Reſpondeo infamia inſurgit quandoq̄ ex culpa ei⁹ qui infamatur. ⁊ hanc ꝓhibet hic. quādoq̄ ex malitia detrahentiū. et in hac oportet habere patientiā. ⁊ de hac loq̄tur apl's ibi. Sed hic loquit̄ de aſſumendo in ep̄m q̄ ⁊ ſi ſit bonus ⁊ infamat̄ falſo debet patient̄ ferre. Secūdo aſſignat rationē. Un̄ ſubdit. Ut non in obprobriū ⁊c. Ubi tangit duplex periculuȝ ſcilicet ne fiat obprobrioſus ⁊ ꝑ hoc eius auctoritas minuat̄. ⁊ per cōſequēs auferat̄ audacia corrigendi Mat.7. Eijce primū trabē ⁊c. Secundo ne īcidat ⁊c. quandoq̄ ſcilicet īpatienter ſuſtinendo ꝙ infamis concitetur ad odia ⁊ deſperet et huiuſmodi. Et ꝙ prelatus ſit odioſus laycis: cōtingit ſi negligit cultum diuine laudis. Malac.2. Irritū feciſtis pactuȝ leui dicit dn̄s exercituū propt̄ qđ dedi vos contēptibiles et humiles om̄ibus populis. ¶ Deinde cū dicit Dyacōes ⁊c. Oſtendit pertinentia ad dyacones qđ in greco idē ē qđ miniſtri. In p̄mitiua em̄ eccl'ia ſolum erant tres ordines vt dicit dyoniſius ſcȝ epiſcopoꝝ p̄ſbyteroꝝ ⁊ miniſtroꝝ et nō diuidebant̄ ꝑ diuerſos gradus: ſed oīa erant in vno ordīe ꝓpter paucitatē miniſtroꝝ ⁊ ꝓpt̄ nouitatē eccl'ie. Prīo ğ oñdit q̄les debēt eſſe ſm ſe. Secūdo q̄tū ad alios ibi. Mulieres ⁊c. Itē p̄mo oñdit q̄les debēt eſſe. Secūdo quō examinādi ſunt ibi. Et hij ⁊c. Itē p̄mo



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

oſtendit quales debẽt eſſe quantũ ad eoꝝ propriũ corpꝰ. Secũdo quantum ad res exteriores ibi. Non turpe ⁊c. Tertio q̃tum ad alia ibi. Habentes ⁊c. Itẽ q̃tũ ad corpus. Primo oſtẽdit quo ad totius corporis qualitates. Secũdo quantũ ad oris refrenationẽ. Dicit ergo. Dico q̄ epiſcopi debẽt eſſe pudici. ſimiliter oportet dyacones eſſe. quia contrariũ pudicicie facit ineptũ ad ſpiritualia. quia denegat animũ a ſpiritualibꝰ quẽ neceſſe eſt tales habere eleuatũ Eſa. 52. Mundamini qui fertis vaſa domini ⁊c. Luc. 12. Sint lumbi veſtri p̃cincti ⁊c. ¶ Deinde oſtendit quales debent eſſe in ore. Os deſeruit locutioni ⁊ guſtui. Quantũ ad primũ dicit. Non bilingues. Eccl. 28. Lingua tertia m̃ltos cõmouit ⁊ diſperſit illos a gente in gentẽ ⁊c. Bilinguis eſt habẽs duas linguas Non erũt tales dyaconi miniſtri pacis. Quantuz ad ſecundũ dicit. Nõ m̃lto ⁊c. puer. 23. Cui ve? Cuius patri ve? cui rixe? cui fouee: cui ſ\~n cã vulnera: cui ſuffoſſio oculorũ. Nõne his qui cõmorant̃ in vino ⁊ ſtudẽt calicibus epotandis Eſa. 5. Ve qui potentes eſtis ad bibendũ vinũ ⁊ viri fortes ad miſcẽdã ebrietatẽ. ¶ Deinde cũ dicit Non turpem ⁊c. Oſtendit quomodo ſe habeant ad res exteriores. Non ſolũ eñ diuertitur a iuſticia quãdoqꝫ ꝓpter cupiditatẽ lucri: ſed etiã a veritate dicentes que nõ oportet. Et ideo prohibet̃ eis tẽporale lucrũ in quo itelligitur omne lucrũ inhoneſtũ. ¶ Sed quantũ ad affectionẽ dicit Habentes ⁊c. Et inſtruit eos. Primo q̃tuz ad fidem. Secũdo q̃tũ ad cõſciẽtie puritatẽ. Unde dic̃ Miſteriũ fidei nõ fidẽ. id eſt nõ tantũ fidẽ ſimplicẽ ſed intelligentiã eius qđ in fide occultũ eſt. Miſteriũ eñ idez eſt qđ occultũ: quia miniſtri debent ſcire nõ tantũ ea de fide que ⁊ populus intelligit. ſed et miſteria. quia debẽt alios inſtruere. 1. Pe. 3. Parati ſemꝑ ad ſatiſfactionẽ om̃i poſcenti vos rationẽ de ea que in vobis eſt fide ⁊ ſpe ⁊c. Itẽ cõſcientiã purã. q2 ĩpura facit in fide errare. s̃. 1. Finis aũt p̃cepti eſt charitas de corde puro et conſciẽtia bona et fide nõ ficta ⁊c. ¶ Deinde cũ dicit. Et hij ꝓhibentur ⁊c. Oſtendit quõ examinent̃. Poſſet eñ dicere aliquis. Puto oẽs bonos. hoc eñ debet eſſe in tua reputatione. Sed q̃tũ ad eoꝝ ꝓmotionẽ omnes ſunt examinãdi Unde etiã ipſi examinant̃ vnde dic̃. Et hij ⁊c. ¶ Nullum crimẽ. id eſt peccatũ mortale. non aũt intẽdit de peccato veniali. quia vt dicitur. 1. Ioh. 1. Si dixerimus: q̃a peccatũ nõ habemus ip̃i nos ſeducimꝰ et veritas in nobis nõ eſt Nec dicit qui habuerunt: ſed qui habẽt id eſt ſunt notabiles et habẽt infamie crimẽ. Alioq̃n hoc eſſet derogare clauibus eccl̃ie. ¶ Deinde cũ dicit. Mulieres ⁊c. Oſtendit qualiter ſe habeãt ad alios. Et p̃mo ponit ſuam inſtructionẽ. Secũdo rationẽ ibi. Qui eñ habent ⁊c. Circa primũ duo facit. q2 primo oſtẽdit qualit̃ ſe habeant ad vxores quas habebant in primitiua eccleſia. et loquitur ꝓ ſtatu illo. Secundo quõ ad filios ibi Qui filijs ⁊c. Itẽꝝ prima in duas q2 primo oſtẽdit quales debent eſſe eoꝝ vxores. Secundo qualiter ipſi habeant ſe ad illas ibi. Dyacones ⁊c. In vxoribꝰ eoꝝ requirit quatuor. ſcꝫ pudicitiã. modeſtiã. ſobrietatẽ. et fidelitatẽ. Dicit ergo ſimiliter ſicut dixi: de dyaconibus dico de mulieribus quia oportet eas eſſe pudicas Eccl. 26. Gratia ſuper gratiã mulier ſancta et pudorata. Item modeſtas in lingua non detrahẽtes. Eccl̃s. 10. Q̃uo ſi ſerpẽs mordeat in ſilentio: nihil eo minꝰ habet qui detrahit ⁊c. Itẽ ſobrias que eſt maximũ ornamentũ mulierũ. s̃. 2. Similiter et mulieres in habitu ornato cũ verecũdia et ſobrietate. Itẽ fideles vel deo q̃tum ad verã fidẽ vel viris ſuis. Sed que culpa eſt dyaconi ſi eius vxor eſt mala. Reſpondeo. Aliquis a miniſterio repellit̃ nõ ſolũ propt̃ culpam ſed etiam propter aliqđ impedimẽtũ miniſterij. Et ideo ſi pret̃ culpã eoꝝ poſſent mulieres eſſe male t\~n preſtãt impedimentũ duplicit̃. Primo q2 cũ male ſunt indigent maiori cura. et per hoc minus vacarẽt eccleſiaſticis miniſterijs. Secundo q2 viri deprauantur ex vxoribus. Itẽ eſſet in periculũ. quia miniſtrorũ eccleſie multi frequentant domos. Dixerunt autẽ cathaphrige q̄ ex q̃ inter dyaconos agitur de mulieribus. mulieres poſſunt ordinari ad ſacros ordines. Sed ſciendũ eſt q̄ in iure aliq̃ mulieres aliq̃n vocant̃ dyaconiſſe. non q2 habeant huiuſmodi ordinẽ: ſed propter aliquod miniſteriũ eccleſie. ſicut in greco dicitur dyaconus quilibet miniſter.

## Lectio tertia.

Dyacones ſint vnius vxoris viri: q̃ filijs ſuis bene preſint: ⁊ ſuis domibus. Qui eñ bene miniſtrauerint: gradũ bonũ ſibi acquirent ⁊ multã fiduciaz in fide que eſt in chriſto ieſu. Hec tibi ſcribo fili Thimothee: ſperãs me venire ad te cito. Si autẽ tardauero: vt ſcias quõmõ oporteat te in domo dei ꝯuerſari que eſt eccleſia dei viui. columna ⁊ firmamentũ veritatis. Et manifeſte magnũ eſt pietatis ſacramentũ quod manifeſtatũ eſt in carne: iuſtificatũ eſt in ſpiritu. apparuit angelis: predicatuz eſt gentibus. creditum eſt in mundo. aſſumptum eſt in gloria.

Supra oſtendit apoſtolus quales debent eſſe dyacones ⁊ eorum vxores: hic oſtendit quõ dyaconi ſe habeant ad vxores et ad filios et familiã. Et primo ponit documẽtũ Secundo eius rationẽ ibi. Qui eñ bene ⁊c. Dicit ergo Dixi q̄ mulieres dyaconoꝝ ſint pudice. Et ſi in vxoribꝰ eſt pudicicia habenda ꝓpter eos amplius in ipſis eſt neceſſaria vt ſint omnino a contactu mulieꝝ ĩmunes. Sed quia ſ\~m hoc pauci eſſẽt miniſtri ꝯcedit q̄ ſaltẽ ſint vnius vxoris viri. quia habuiſſe plures eſt ſignũ incõtinentie: ⁊ contra ſignificationẽ ſacramenti. Et inde eſt q̄ dñs inſtituit matrimoniũ vnius ad vnũ. Unde ⁊ p̃ma vxor benedicitur nõ ſecũda. ¶ Deinde monet qualit̃ ſe habeant ad filios dicens. Qui filijs ſuis bene preſint. ſcꝫ bñ erudiendo in diſciplina bona ⁊ bona vita. Eccl. 7. Filij tibi ſunt erudi illos ⁊c. ¶ Conſequent̃ hortatur eos bene p̃eſſe ⁊ toti domui id eſt familie ſcꝫ cũ mãſuetudine Ecc̃. 4. Noli eſſe ſicut leo in domo tua ⁊c. Et huius ponit rationez dicẽs: Qui eñ ⁊c. Quaſi diceret. Qđ req̃ris ab epiſcopis rationabile eſt. q2 ipſi ſunt prelati Sed quare a dyacono qui eſt miniſter. R\~ndet dicens: Qui eñ ⁊c. Et p̃mo oñdit q̄ bonus vſus huius miniſterij eſt via ad maiorẽ dignitatẽ. Secundo etiã q̄ eſt via ad vitam eternã. Quantũ ad primũ dicit. Qui eñ bene miniſtrauerit exercendo officiũ dyaconi. Qđ eñ eſt in greco dyaconꝰ in latino dicitur miniſter. Graduz bonũ ſibi acquirẽt. id eſt ꝓmoueri merentur ad gradũ altiorẽ Mat. 25. Quia in pauca fuiſti fidelis ſuper multa te conſtituã ⁊c. Et dic̃ bonũ. q2 ſupra eodẽ. Qui ep̃atũ deſiderat bonũ opꝰ deſiderat. Nec t\~n in hoc eſt eoꝝ finis. ſed cũ hoc remunerationẽ habent a deo. Ioh. 12. Uolo vt vbi ego ſuz illic ſit ⁊ miniſter meꝰ. Et ideo dicit. Multã fiduciã ſcꝫ auxilij gratie in preſenti ⁊ glorie in futuro. ⁊ hoc per fidẽ xp̄i. 2 coꝝ. 3. Fiduciã talez habemus ⁊c. Eſa. 12. Fiducialiter agã ⁊ nõ timebo. ¶ Deinde cuz dicit Hec tibi ſcribo ⁊c. Ponit rationẽ omniũ predictarũ monitionuz. Et primo

excludit cauſam opinatā. Secundo aſtruit verā ibi. Si
aūt ꝛc. Tertio aſſignat rationē ibi. Que eſt eccleſia ꝛc.
Circa primū ſciendū eſt ꝙ poſſet thimotheus credere ꝙ
ex quo ſcripſit de cetero eū nō viſurus eſſet. al's ſuperfluum
videretur eū litteris monere. Et ideo dicit hoc ſcripſi ti-
bi ꝛc. Et nominat eū filiū. quia ſibi chariſſimus erat. I.
cor. 4. Ideo miſi ad vos thimotheū qui eſt filius meus
chariſſimus ꝛc. Et dicit ſperas. quaſi non certus. 2. Jo-
hannis. Plura habens vobis ſcribere nolui per cartā
ꝛ atramentū. ſpero eñ me futurum apud vos ꝛ os ad os
loqui ꝛc. Scribo igitur licet ſpem habeā. qꝛ ſpes in lon
gum ꝓtrahi poteſt. puer. 16. Hominis eſt ꝑparare ani-
mū et domini linguā gubernare ꝛc. Et ideo dicit. Si au
tē tardauero ꝛc. I. theſ. 2. Sed ſathanas impediuit nos
Ego igiſ ſcribo vt ſi tardauero ſciaſ quō oporteat te i do
mo dei ꝯuerſari. pſ. Habitare facit vni' moris in domo.
ꝛc. ¶ Deinde cū dicit. Que eſt eccl'ia ꝛc. Aſſignat ratio
nē quare ſit ſic cōuerſandū in ea. Et aſſignat rationē hu-
ius cauſe que eſt duplex. Primo cōmendādo ipſam ec-
cleſiā. Secūdo veritatē eccl'ie ibi. Et māifeſte ꝛc. Circa p̄-
mum duo facit. qꝛ primo cōmendat eccl'iam ex pte ei' cu
ius eſt eccl'ia. Secūdo ex veritate ipſius eccl'ie ibi. Colū
na ꝛc. Ex parte eius cuius eſt eccl'ia qꝛ eſt dei viui. Ec-
cleſia quaſi adunatio. quia in eccl'ia eſt adunatio fideliū
Ro. 8. Quos vocauit ꝛc. Et adunanſ in deū. Joh. 17.
Ut ꝛ ipſi in nob ſint vnū ꝛc. Et ideo dicit q̄ ē dei. Et ad-
dit viui. ad diſtinctionē alioꝝ deoꝝ ad quos congregan
tur gentes. Nam hij ſunt mortui. ſed deus eccl'ie eſt vi-
uus. Joh. 5. Sicut pater habet vitā in ſemetipſo ꝛc. Eſt
ergo ſic in ea cōuerſandū vt ſpiritualiſ viuam'. pſ. Do-
mū tuā dñe decet ſanctitudo ꝛc. Secūda rō eſt ex vita-
te eccl'ie. Naturale eſt eñ homini vt deſideret cognitiōē
veritatis cū ſit perfectio intellectus. Vnđ Aug. dicit ꝙ
beatitudo eſt finis hominis que nihil aliud eſt ꝙ gaudiū
de veritate. Hoc innotuit phis ꝑ creaturas Ro. I. Sed
in hoc vacillabant. qꝛ non habebāt certitudinē veritatꝭ.
tum qꝛ erant corrupti erroribus. tum qꝛ vix inueniſ apđ
eos ꝙ in veritate concordent. Sed in eccl'ia eſt firma co-
gnitio ꝛ veritas. Vnđ dicit columna Ecc. 24. Thron'
meus in colūna nubis ꝛc. Ecc. 26. Colūne aureae ꝛc. Et
dicitur aurea. qꝛ in ſe ſancta. Et firmamentū ſcꝫ ꝙtū ad
alios. quia non poſſunt firmari in veritate niſi per eccl'ie
ſacramēta. Luc. 22. Tu aliquādo conuerſus confirma
ꝛc. pſ. Ego cōfirmaui colūnas eius. Si igitur eccl'ia cō-
gregat in deo ꝛ dat cognitionē veritatis debem' eſſe in
ea. ¶ Deinde cū dicit. Et manifeſte ꝛc. Cōmēdat caput
eccl'ie. Et primo xp̄m ad cuius manifeſtationē apparuit
Secundo de eius exaltatione agit ibi Aſſumpt' ꝛc. Cō
mendat autē xp̄m dupliciſ. Primo quātū ad naturā di-
uinā. Secūdo quātū ad humanā ibi. Quod manifeſta-
tū eſt ꝛc. Dicit ergo Et manifeſte ꝛc. Quia ſacramentū
idē eſt qđ ſacrū ſecretū. Nihil autē tā ſecretū ꝙ id quod
in corde gerimus. Multo ergo magis qđ in corde dei et
ſecretum eſt et ſacrū. I. cor. 2. Que ſunt dei nemo nouit
niſi ſpirit' dei ꝛc. Eſa. 24. Secretū meū mihi. ſecretum
meum mihi Eſa. 45. Tu es deus abſconditus. Et hoc
eſt verbū dei in corde patris. pſ. Eructauit cor meū ver-
bum bonū ꝛc. Hoc ſiquidē ſacramentū eſt ſacramentum
pietatis. ſecretū autē hominis aliqñ eſt vanū. pſ. Dñs
ſcit cogitationes hominū qm vane ſunt. Inꝙtū ergo eſt
reſtauratiuū mundi eſt pietatis Itē magnū quia eſt ver'
deus cuius magnitudinis nō eſt finis. Hoc ergo ſecretū
quod latet in corde patris factum eſt hō. Et ideo deſcri-
bit ip̄m. Secundo ꝙtum ad naturā humanā ꝛc. Et pri-
mo ꝙtū ad carnē. Secundo ꝙtum ad animā. Quātum
ad primū dicit. Quod manifeſtatum eſt in carne. Sicut
verbū quod latꝫ in cordꝫ māifeſtaſ vbo ſenſibili. ita vbū
dei in corde dei latebat. ſed in carne manifeſtatum Joh.
I. Verbum caro factū eſt ꝛc. Quantū ad animā dicit. Iu
ſtificatum eſt in ſpiritu. Hoc dupliciter exponiſ. Primo
ne credaſ ꝙ caro prius ſit concepta dicit ꝙ non. qꝛ in ſpi
ritu. id eſt per ſp̄mſanctum cōceptus eſt Mat. I. Quod
eñ ex ea natū eſt de ſpirituſancto eſt. Et Luc. I. Qđ eñ
ex te naſcetur vocabiſ filius dei. Et hoc qꝛ ſpirit' ſanct'
ſuperueniet in te ꝛc. Vel in ſpirituſancto humano de q̄
Joh. 19. Emiſit ſpiritum. Et ſic eſt manifeſtatū in carne
quod tamē eſt cum ſpiritu. Et dico ſpiritu iuſtificato. ſcꝫ
quia iuſtus eſt abſqꝫ omni macula. ¶ Deinde cum dicit
Apparuit ꝛc. Oſtendit eius māifeſtationē. et primo fa-
ctā angelis. Secundo hominibus ibi Predicatū ꝛc. Di
cit ergo ſacramentū illud quod apparuit ꝛc. excludit eti-
am cognitionē angeloꝝ ꝛc. Illud autem diciſ apparere
quod in poteſtate ſua habꝫ videri ꝛ nō videri: et nō ſub-
eſt poteſtati videntis. Unde non diciſ lapis apparet mi
hi. ſed video lapidē. Si ergo angelus in ſua natura ha-
beret ꝙ videret verbū. nō diceretur verbū apparere ſibi
ſed ꝙ ipſe videret cum vellet. Et ideo dicit apl's ꝙ ap-
paruit angelis. qꝛ non in ſua natura viderunt ip̄m. Et
verum eſt ꝙ a principio apparuit angelis qñ ex conuerſi
one ad ſe deificauit ipos: ſed qñ eſt incarnatū multa mi-
ſteria innotuerunt angelis que non cognouerant antea.
Et ideo dicit Beda ꝙ in natiuitate apparuit angel' cla-
ritas q̄ non antea in veritate viſa eſt hominibus. Et hoc
dupliciter. Primo ꝙtum ad miniſterium apoſtolorum.
Secundo quantū ad cognitionē populoꝝ quib' manife
ſtatur. Olim ſiquidē ſolis iudeis māifeſtabaſ. ſed nunc
in gentibus. Et ideo dicit Predicatū eſt gentib' Mat.
vl. Euntes ergo docete omēs gētes ꝛc. pſ. Annunciate
inter gentes gloriā eius ꝛc. Et hoc efficaciter. qꝛ creditū
eſt mundo. Et hoc dñs orabat Joh. 17. Et hoc maxime
mirum eſt ꝙ ꝑ ſimplices pauperes ꝛ impotentes totus
mundus eſt conuerſus. I. cor. I. Nō multi ſapiētes ꝛc.
Et hoc vt nō glorietur omnis caro ꝛc. Secundo manife
ſtat ꝙ ſola veritas dei hoc facit. qꝛ aſſumptum eſt in glo
ria chriſtus. ſcilicet quia manifeſtatus aſſumptus eſt in
celis Mar. vltimo. Dominus quidē ieſus poſtꝙ locut'
eſt eis aſſumptus eſt in celum ꝛc. Phil'. 2. Et omnis lin
gua confiteatur quia domin' noſter ieſus chriſt' in glo-
ria eſt dei patris.

## Capitulū quartū.

**S**Piritus autē manifeſte dicit qđ
in nouiſſimis temporibus diſce-
dent quidā a fide attendētes ſpi
ritibus erroris ꝛ doctrinis demo
nioꝝ in ypocriſi: loquentiū mendaciū: ꝛ cau
teriatā habentiū ſuā cōſcientiā: ꝓhibentiū
nubere: abſtinere a cibis quos deus creauit
ad percipiendū cū gratiarūactione fidelib'
ꝛ his qui cognouerūt veritatē. Quia omīs
creatura dei bona eſt ꝛ nihil reijciēdū qđ cū
gratiarūactione percipitur. Sanctificaſ eñ
per verbū dei ꝛ oratione.

Superius inſtruxit thimotheum de pertinentib' ad or-
dinationē eccleſie in ſpiritualibus. Secundo quantum
ad documenta fidei: cultum dei ꝛ diſpoſitionē miniſteri-
orum: hic inſtruit eum de ordinatione eccleſie quantum
ad exteriora. Et primo quantum ad cibos. Secundo ꝙ-
tum ad ſtatus hominum ꝛ diuitias ibi. Quicūqꝫ ſub iu-

go ⁊c. Item primo agit de vſu ciboꝝ. Secūdo de diſpē
ſatione ciborū. 5. ca. ibi. Uiduas honora ⁊c. Itē prīo ex=
cludit ſupſticioſam abſtinentiā. Secundo prefert pieta=
tez abſtinentie licite ibi. Exerce te ⁊c. Itē primo p̄nunci
at falſam doctrinā de illicita abſtinētia. Secūdo inſtruit
eum hec preponere fratribus ibi. Hec proponēs ⁊c. Itē
primo errorē mā̄ifeſtat. Secūdo excludit ip̄m ibi Quos
deus ⁊c. Itē primo p̄nunciat errorē futuꝝ ex parte dece
ptoꝝ. Secundo ex parte decipientiū ibi. In ypocriſi ⁊c.
Itē ponit actorē denunciationis. Secundo fidei defectū
ibi. Quia in nouiſſimis ⁊c. Tertio cauſam defectus ibi
Attendentes ⁊c. Dicit ergo Magnū eſt pietatis ſacra=
mentū quod iuſtificatum eſt in ſpiritu. ſed ſupra hoc ſa=
cramentū ſpirituſſanctus aliquid p̄nunciat futuꝝ. Ad eū
eñ ptinet reuelare miſteria. 1. coꝝ. 15. ⁊ Joh. 16. Que
ventura ſunt annunciabit vobis Sp̄us ergo prenunciat
in corde futura. Sed olim loquebatur in ſimilitudinib⁹
Numeri. 12. Si quis fuerit inter vos propheta dn̄i in vi
ſione apparebo ei vel per ſomniū loquar ad illum. Oſee
12. Ego viſionē multiplicaui ⁊ in manu prophetarū aſſi
milatus ſum ⁊c. Sed in nouo teſtamento ſpirituſſanct⁹
manifeſte dicit Joh. 16. Et palā de patre meo ānūciabo
vobis. Et prenunciat defectū fidei futurū. Unde dic̄ In
nouiſſimis tēporibus ⁊c. Nouiſſimum tēpus dicit̄ vlti=
ma etas. quia nos ſumus in quos fines ſeculorū deuene=
runt. Tamen in hoc tēpore tanto amplius nouiſſimum
eſt. quanto magis propinquū nouiſſime diei. Et ſicut in
primitiua eccleſia propt̄ ppinquitatē ad xp̄m ⁊ ſacramē
ta inſtituta fuit feruentiſſima fides ſic in nouiſſimis tem
poribus in comparatione ad tp̄s apoſtoloꝝ recedent a fi
de quia carnales erunt. ſed magis in fine abundabūt er=
rores Gen̄. 49. Congregamini vt annunciē que ventu=
ra ſunt vobis nouiſſimis diebus ⁊c. Cauſa defect⁹ eſt du
plex. Una ex parte dyaboli seducētis. 2. coꝝ. 11. Timeo
ne ſicut ſerpens euā ſeduxit aſtutia ſua ⁊c. Et ideo dicit:
Attendentes ſpiritibus erroris ſcꝫ demonib⁹ quoꝝ eſt
officiū in errorem mittere. Joh. 8. Mendax eſt ⁊ pat̄ ei⁹
⁊c. 3. reg. vlti. Egrediar ⁊ ero ſp̄us mendax ⁊c. Et dicit
ſpiritibus. quia demon maior multos habet miniſtros.
Sed quomodo attendent eis? Nunquid eos videbunt?
Non. ſed loquetur in eis. Et ideo addit ſecundā cauſaz
ſcilicet falſam doctrinā. Et ſm gloſaz dicit hic falſos do=
ctores demones: nec imerito. Sicut eñ boni homines
interdum dicunt̄ angeli ſic iſti propt̄ excellentē malitiaz
demones dicūt̄ Jo. 6. None eñ duodecim vos elegi ⁊
ex vob̄ vn⁹ eſt dyabolus. ¶ Ex parte decipientiū eſt du
plex cauſa. Una eoꝝ falſitas. Alia peruerſitas conſcien=
tie eoꝝ. Quantū ad primum dicit. Demonioꝝ. id eſt ho
minum a demone poſſeſſoꝝ. ⁊ hoꝝ dico loquentiū men=
dacium Jere. 23. Uſqꝫquo iſtud eſt in corde ꝓphetaruz
vaticinantium mendaciū ⁊ prophetantiū ſeductiōes cor
dis ſui. Et nota ꝙ per mendaciū ſimplex abſqꝫ pallio ap
parentie non poſſet aliquis decipere quēpiaz. Et ita hij
neminē poſſent fallere niſi pretenderent aliquod palliuz
vel bone intentionis vel ſimulationis vel falſe auctorita
tis. 1. coꝝ. 3. Nemo vos ſeducat ⁊c. 2. thimo. 3. Haben=
tes quidem ſpeciem pietatis. id eſt fictā pietatem. Et de
moniorum dico habentium conſcientiam cauterizatam.
Cauterium eſt corruptio in carne per ignē ex qua egre=
ditur continue putredo. Ita ex igne peruerſe voluntatis
ire. odij. concupiſcentie vlceratur cōſcientia ⁊ demonio=
rum egreditur falſa doctrina. Tit̄. 1. Coinquinate ſunt
eorum mentes. ¶ Deinde oſtēdit que ſit iſta falſa doctri
na ⁊ tangit hereſim manicheorum: qui damnant matri=
monium. contra illd̄ Mat. 19. Quos deus coniunxit ho
mo nō ſeparet. 1. corinthioꝝ. 7. Mulier nō peccat ſi nu=

bat. Itē mā̄ichei ꝓhibēt vſū ciborū. id ē mādāt abſtīere
a cibis. Abſtīere aūt a cib̄. pōt q̄s licite intentiōe domā
di carnem. ſicut thimotheus abſtinebat a vino. vel pro=
pter ſcandaluz ſicut dicit apoſtolus. 1. corinthioꝝ. 8. Si
eſca ſcandalizat fratrē meum non mā̄ducabo carnes in=
eternum. Item illicite. Uno modo propter legis prece=
ptum: quaſi legalia adhuc eſſent ſeruanda. contra qd̄ lo=
quitur ad Galathas. 2. Alio modo ſm hereſim mā̄iche=
orum. non quia prohibitū lege quam damnāt. ſed qꝛ di=
cunt ꝙ in carnibus. ouis ⁊ vino. ⁊ huiuſmodi. id eſt in
aliqua talium particula diuina natura eſt commixta. qd̄
non poteſt de deo putari. Non videtur autem hoc dice=
re de legalibus. quia dicit in nouiſſimis diebus. ſed de
manicheis. Et iſtos demones vocat. qꝛ inter omnes he=
reſes plus dant dyabolo de honore. quia ponunt eū p̄n=
cipium ex equo cum deo bono. ponentes eū principium
viſibilium. Improbat autē apoſtolus hanc erroneam do
ctrinam dupliciter. ſcilicet ex intentione dei creantis ci=
bos. Secundo ex conditione creature ibi. Omnis crea=
tura ⁊c. Dicit ergo ꝙ prohibent abſtinere. ⁊ hoc contra
intentionē dei qui creauit eos ad percipiendum. Gene
1. ⁊. 9. Sicut olera virentia dedi vobis omnia ⁊c. Sed
dicis: Nunquid plante propter animalia ⁊ herbe propt̄
homines? Reſpondeo dicendū eſt ꝙ ſic ſm etiā philoſo
phum in primo pol. quia imperfectū ordinatur ad pfe=
ctius. Et ideo ſicut in generatiōe eſt multiplex perfectio
primo ſcilicet plantaꝝ. deinde animalium. ⁊ vltimo hu=
mana. ita in vſu rerum. Et ideo ad percipiendum: ſꝫ cuꝫ
gratiarūactione. 1. theſ. vltimo. In omnib⁹ gratias agi
te. qꝛ ſcꝫ cōceſſa ſunt vobis a deo. pſ̄. Edēt paupes ⁊c.
Sed illi qui percipiunt cū gratiarūactione ſunt fideles.
Nullus eñ poteſt gratias agere deo in eo quod illicituz
eſt Stultus eñ eſt qui agit gratias de fornicatione deo.
quia deus non eſt actor maloꝝ. Ergo ille gratias agit q̄
habet hoc ꝙ vſus ciborum ſit licitus. Et hoc quidē īno=
teſcit per fidem ſolam. Et ideo dicit fidelibus. ¶ Deind̄
cum dicit Qui nouerunt. Quia om̄is ⁊c. Improbat er=
rorem ex conditione creature. Et primo proponit creatu
ram eſſe bonā ſm ſe. Secundo quantū ad vſuz. Dicit er
go Omnis creatura eſt bona ſcilicꝫ in ſua natura. Gen̄.
1. Uidit deus cuncta que fecerat ⁊ erant valde bōa ⁊c.
A bono etiam actore nihil eſt niſi bonū. Sed quia mul=
ta ſunt in ſe bona quorum tamen vſus nō eſt bonus. id̄o
probat omnē creaturā eſſe bonam non ſolum in ſe: ſed ⁊
quantū ad vſum. Et primo ponit intentū. Secundo ꝓ=
bat ibi. Sanctificatur eñ ⁊c. Dicit ǵ nihil reijciendū eſt
ſcilicꝫ ex debito diuine legis. ꝙuis ex alia cauſa ſic. ſicut
venenum comedere. inꝙtū tale nō eſt peccatū: ſed reijci
endum eſt inꝙtum eſt mortiferum. Similiter nec alij ci
bi inꝙtum res tales ſunt: non ſunt reijciendi. ſed inꝙtū
incitant ad laſciuiam. Ergo ſm diſcretionē ratiōis ⁊ or=
dinationem charitatis non ſunt reijciendi. Matthei. 15
Omne quod intrat in os non coinquinat hominem ⁊c.
Quare ergo aliqui cibi in veteri lege ſunt prohibiti Au
guſtinus ponit rationem contra fauſtum. quia in illoruꝫ
ſtatu non ſolum per verba ſed etiā per facta prefigurat⁹
eſt chriſtus. Et ideo in cibis veſtibus ⁊ ſacrificijs fuerūt
figure futuri ſtatus. Non ergo prohibentur ſcd̄m ſe: ſed
quia immundorum figure ſunt. ſicut porcus eſt ſignum
īmunde vite. Et ideo prohibitio carnis eius eſt ſignum
ꝙ in lege chriſti eſt prohibita omnis immunditia. Et ē
exemplum auguſtini Hoc nomen fatuus poteſt conſide=
rari ſm ꝙ eſt vox compoſita ex litteris. ⁊ ſic eſt bona. vel
inquantum ſignum ⁊ ſignificatiua talis rei. ⁊ ſic mala eſt
⁊ prohibita. Omnis ergo creature vſus ſm ſe ē bon⁹.
Cuius ratio eſt quia ſi eēt malus hoc non poſſet eſſe niſi

inquantum diabolus poſt peccatum hominis accepiſſet poteſtatem ſuper eos quia ex quo homo peccauit accepit in hominē poteſtatem ⁊ eorum que ſunt eius. Sed per xp̄m eſt ablata hec poteſtas ⁊ hec vocatur ſanctificatio. Unde omnia quecunqꝫ benedicimus exorcizant̄ primo vbi ē oratio expellens diabolum. Et ideo dicit. Sanctificatur enim per verbum dei: id eſt per chriſtum qui omnes ſanctificat. Joh. 17. ⁊ per orationem fidelium. Jac. vlt. Multū valet dep̄catio iuſti aſſidua.

## Lectio ſecunda.

Ec proponēs fratribꝰ bonꝰ eris mi-
Quantū ad ſecūdū dicit. Et nō acq̄eſcit ⁊c. Nā dn̄s ih̄s
venit vt teſtimōiū ꝑhibeat veritati. Ioh̄. 18. In hoc na-
tus ſum: ⁊ ad hoc veni in mundū: vt teſtimoniū ꝑhibeaꝫ
veritati ⁊c. Et ideo miſſus eſt a patre ſicut doctor ⁊ ma-
giſter. 1. Mach̄. 2. Ip̄m audite ſemꝑ. ⁊ ipſe erit vob̄ pat̄
⁊c. Et ideo erroneꝰ eſt q̄cunqꝫ non acq̄eſcit ſmōibꝰ eiꝰ. 1.
reg. 15. Quaſi peccatū ariolādi eſt repugnare et q̄ſi ſcelꝰ
ydolatrie nolle acq̄eſcere. Et dicit ſanis. qꝛ in xp̄i ſmoni
bus nihil eſt corruptionis. nihil falſitatis vl' ꝑuerſitatis
qꝛ ſunt ſermones diuine ſapiētie. ꝓuer. 8. Iuſti ſunt ſer
mones mei. nō eſt in eis prauū quid: neqꝫ ꝑuerſum. Re-
cti ſunt ītelligētibꝰ. et equi īuenientibus ſcientiā. Quā-

tum ad tertiū ꝓuer. 6. Cōſerua fili mi p̄cepta pr̄is tui et
ne dimittas legē matris tue ⁊c. Vn̄ dicit. Et ei q̄ ſcꝫ pie-
tatē eſt doctrine ſcꝫ eccl'iaſtice. Hec pietas eſt ꝑ cultū dei
Tit̄. 1. Scd̄m agnitionē v̄itatis q̄ eſt ſm pietatē. ¶ Ra
dix autē erroris eſt duplex. ſcꝫ ſupbia affectus: ⁊ defectꝰ
intellectus. Quantū ad primū dicit Supbus ⁊c. Dicit̄
autē ſupbia radix erroꝝ dupliciter. Primo qꝛ ſupbi volūt
ſe ītromittere de his ad q̄ nō attingūt. et ideo neceſſe eſt
ꝙ errent et deficiant Eſa. 16. Supbia eius et arrogātia
eius et indignatio eius plus q̄ fortitudo eiꝰ ⁊c. Item qꝛ
nolūt ītellectū alteri ſubijcere: ſed innitunt̄ ſue prudētie
et ideo nolūt obedire ſcripture ſacre. Cōtra hoc dicitur
ꝓuer. 3. Ne īnitaris prudētie tue. ꝓuer. 11. Vbi humili-
tas ibi ſapiētia. Itē defectꝰ intellectꝰ Vbi ſciendū eſt ꝙ
ſicut in corpore ſanitas eſt q̄dā equalitas humoꝝ: ita ve-
ritas eſt q̄dā eq̄litas in intellectu. qꝛ veritas eſt adeq̄tio
rei et intellectus. Vn̄ ſicut infirmꝰ qn̄ nō habꝫ equalita-
tē cōplexionis ad modica ꝯria accidētia ledit̄. ſic in ītel
lectu qn̄ hō nō fundat̄ in veritate: nec habet virtutē per
quā poſſit iudicare veritatē a qualibet q̄ſtiōis difficulta-
te incidit in errorē. Vn̄ dicit. Languens circa q̄ſtiones
⁊c. Sap̄. 9. Homo infirmus ⁊ exigui tꝑis ⁊ minor ad in-
tellectū iudicij ⁊ legū ⁊c. Sicut dicit boecius ita ſe habꝫ
intellectus ad rationē: ſicut circulꝰ ad centrū. Ratio em̄
diſcurrit cōſiderando actus ac defectus: ⁊ habitudinem
vnius rei ad aliā. Et niſi reſoluat vſqꝫ ad intellectū veri
tatis: vana eſt ratio. Vn̄ qn̄ accipit veritatē rei habꝫ eā
quaſi centrū. Quidā aūt diſcurrūt ⁊ nō attingūt. 2. thi.
3. Semꝑ diſcentes ⁊ nunq̄ ad ſcientiā veritatis ꝑueniē
tes ⁊c. Et ideo dicit circa queſtiones. id eſt nō ꝑuenien-
tes ad ip̄m centrū. Et dicit queſtiones. qꝛ in aliquibꝰ du
bitatiouē fac̄ ex parte rei. in aliq̄bus ex ꝑte verboꝝ ⁊ no-
minū. Et ideo dicit queſtiones q̄tū ad primū ſcꝫ de rebꝰ
ſupra. 2. Que q̄ſtiones p̄ſtant magis q̄ edificationē di
que eſt in fide ⁊c. Quantū ad ſecūdū dicit Pugnas ver
boꝝ. ꝓuer. 19. Qui tm̄ verba ſectatur nihil habebit ⁊c.
Et dicit Pugnas v̄boꝝ. quia de hac queſtiōe fit diſſen
ſio ex verbis tm̄ orta. qꝛ dn̄s dicit Ioh̄. 8. Si filius vos
liberauerit vere liberi eritis ⁊c. ⁊ Mat. 17. Ergo liberi
ſunt filij. Ex quo volebant ꝙ omnes catholici filij dei eſ
ſent ⁊ filij liberi. Sed eſt pugna verboꝝ. qꝛ dn̄s loquit̄
ibi de libertate ſpirituali nō de carnali. ¶ Deinde cū di-
cit Ex quibus ⁊c. Ponit effectū erroris. Et pmo ponit
ipſum effectū. Secundo manifeſtat quedam que dixerat
ibi. Eſt autē queſtus ⁊c. Itē primo oſtēdit que mala ſe-
quant̄ ex falſa doctrina. Secundo in quibꝰ ibi. Hominū
mente ⁊c. Inter mala vero que ponit. quedā ſunt intꝰ in
corde quedā exterius. Interius ſunt inordinati motꝰ re-
ſpectu boni vel reſpectu mali. Reſpectu boni eſt inuidia
q̄ eſt triſtitia de bono alieno. Vn̄ dicit Inuidie ⁊c. Qd̄
poteſt intelligi vl' in ꝓpoſito vl' vniuerſalit̄. qꝛ cū aliq̄ la
borant nō ad veritatē ſed ſolūmodo ad v̄ba. nō vident ſi
aliquis preualet. Iob. 5. Paruulū occidit inuidia. Iteꝫ
in ꝓpoſito. qꝛ ſi ſerui habent̄ vt liberi ⁊ nō ſubditi domi
ni inuidebunt ⁊ dolebunt ſeruos ſibi equari. Ex inuidia
vero homo inſurgit cōtra ꝓximū cui inuidet'. Et hoc eſt
contentio. ꝓuer. 20. Honor eſt homini qui ſe ſeparat a
contentionibus ⁊c. Item contra deū. ⁊ hoc eſt blaſphe-
mia. 2. Pe. 2. Que ignorāt blaſphemātes ⁊c. Reſpctū
vero mali eſt ſuſpicio. Vnde dicit. Suſpitiones male ſci
licet dominoꝝ aduerſus chriſtianos quaſi libertatem ad
lucrum finxerimus. Vel ꝙ ſolū tota doctrina xp̄iana eēt
inuenta vt ſerui fierent liberi Ecc̄. 3. Multos ſupplanta
uit ſuſpicio illoꝝ ⁊ in vanitate detinuit ſenſus illorum
⁊c. Et ex iſtis ſequunt̄ cōflictationes aduerſus fideles.
Gen̄. 13. Facta eſt rixa int̄ paſtores gregū abraaꝫ ⁊ loth

Sed hoc nõ eſt in cordibus omniũ ſed quorũdã. Et põit tres eorum conditiones. quarũ prima pertinet ad defectũ luminis naturalis. Secũda ad defectũ cognitiõis. Tertia ad vitiũ inordinate affectionis. Quãtũ ad primũ dic hominũ mente corruptorum. id eſt ratione etiã naturali q̃ habent perverſum iudiciũ. ps. Corrupti ſunt ⁊ abhomĩabiles facti ſunt ⁊c. Quantũ ad ſecundũ dicit. Veritate. ſcʒ cognitionis eius privati ſunt. Oſee. 4. Nõ eſt veritas ⁊ non eſt miſericordia. et nõ ſcientia dei in terra ⁊c. Quantũ ad tertium dicit. Exiſtimãtiũ ⁊c. Id eſt ꝙ cultus dei ordinetur ad queſtum ⁊ acquiſitionē divitiarum Sap. 15. Exiſtimaverunt luſum eſſe vitã noſtrã et converſationem vite compoſitã ad lucrũ ⁊ oportere vndecunqȝ etiã ex malo acquirere. Homines ergo huiuſmodi qui hoc credunt de facili contemnũt ⁊ incidunt in mala predicta. ¶ Deinde cum dicit. Eſt autẽ ⁊c. Probat vltimo dictum ſcʒ queſtum eſſe pietatē. Et pmo oſtēdit quomodo pietas habet ſe ad queſtũ. Secundo oſtēdit ꝙ non cõſiſtit in queſtu divitiarum exteriorum ibi. Nã qui volunt ⁊c. Itē pmo oſtendit pmum. Secundo rationē aſſignat ibi. Nihil eñ ⁊c. Dicit ergo Iſti dicunt queſtũ eſſe pietatē. ſed ego dico ꝙ pietas eſt queſtus. ſed illarum divitiarum que dant ſufficientiã. Et hoc conſiſtit in duobꝰ. In vno principalit̄ ſcʒ pietate que ordinat alia in deum et proximum. Et hec ſunt virtutes et dona gratie. Sapi. 7. Infinitus eſt theſaurus hominibus: quo qui vſi ſunt participes facti ſunt amicitie dei ⁊c. Secundo in ſuſtentatione vite. Vnde dicit Cum ſufficientia. id eſt in his q̃ ſunt neceſſaria ad vitã. Mat. 6. Querite primũ regnũ dei ⁊ iuſticiã eius ⁊c. Supra. 4. Pietas ad oĩa vtilis eſt. ¶ Deinde cũ dicit. Nihil eñ ⁊c. Aſſignat rationem huius. Et primo ex humana cõditione. Secundo ex eiꝰ neceſſitate ibi Habentes ⁊c. Conditionē autē ponit q̃tũ ad duo. ſcilicet q̃tum ad principiũ. qꝛ nihil intulimus ⁊c. Quaſi dicat. Sufficit neceſſitas nõ ſuperfluitas. qꝛ nihil intulimus in hunc mundum. Job. 1. Nudꝰ egreſſus ſum de vtero matris mee ⁊c. Itē q̃tum ad finē. qꝛ nihil auferemus. ps. Dormierunt ſomnũ ſuũ: ⁊ nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus ſuis Job. 27. Dives cum dormierit nihil ſecũ afferet. aperiet oculos ſuos et nihil inveniet ⁊c. Eccl's. 5. Quomodo venit ſic revertetur ⁊c. Quantũ ad neceſſitatē. quia hec bona ſunt ꝓpter neceſſitatē: et indiget homo cõtra interiora conſumētia. et hec ſunt alimenta. et cõtra exteriora corrũpētia: et ſic indiget homo tegumentis veſtiũ et domorum. Heb. vltio. Sint mores ſine avaritia cõtenti preſentibꝰ ⁊c. Ecc. 29. Initiũ vite homĩs aqua et panis et veſtimētum et domꝰ protegens turpitudinem.

## Lectio ſecunda.

Nam qui volũt divites fieri: incidũt in temptationem ⁊ in laqueum dyaboli: ⁊ deſideria multa inutilia ⁊ nociva que mergunt homines in interitũ ⁊ perditionē. Radix eñ omniũ malorũ eſt cupiditas: quã quidam appetētes erraverunt a fide ⁊ inſeruerunt ſe doloribus multis. Tu autē o homo dei hec fuge. Sectare vero iuſticiã. pietatē. fidē. charitatem. patientiam. manſuetudinē. Certa bonum certamē fidei apprehende vitã eternã: in qua vocatus es ⁊ confeſſus bonã confeſſionē corã multis teſtibus. Precipio tibi corã deo qui iuſtificat omnia ⁊ chriſto ieſu qui teſtimoniũ reddidit ſub põtio pilato bonã confeſſionē: vt ſerves mandatũ ſine macula irreprehēſibile vſqȝ in adventũ dñi nr̃i ieſu xpi.

Supra oſtendit apoſtolus q̃d ſit queſtus chriſtianis expediens quia pietas cũ ſufficientia: hic oſtendit ꝙ querētes ſuperfluum queſtũ divitiarum incurrunt dãna multa. Et primo oſtendit mala que ſequunt̄ ex inordinato appetitu divitiarum. Secundo aſſignat rationē ibi. Radix eñ ⁊c. Mala autē que ſequunt̄ ſunt duplicia. Quedã eniʒ oriũtur ex hoſte exteriori. quedã vero a cõcupiſcētia interiori ibi. Deſideria ⁊c. Dicit ergo ſimus cõtēti alimētis ⁊c. quia qui volunt ⁊c. Et nõ ad neceſſitatem: ſed ad habundãtiã divitiarum incidunt ⁊c. Ecc. 10. Nihil eſt iniquius ꝙ amare pecuniã ⁊c. Eccl's. 5. Qui amãt divitias fructus non capient ex eis ⁊c. Et ponit duo. ſcʒ temptationes ⁊ laqueũ. quia primo tēptant in q̃tum divitie alliciunt et inducunt ad aliqua peccata. 1. theſſal'. 3. Ne forte tēptaverit vos qui tēptat ⁊c. 1. cor. 10. Temptatio vos non apprehēdat niſi humana ⁊c. Et laqueũ. quia divitie ſunt non habentibus ad temptationē: habentibus in laqueũ. quia non libenter reddunt eas quas auferũt. Prover. 21. Qui congregat theſauros lingua mendacij vanus et excors eſt ⁊c. Ex parte interiori ponit tria mala. Primo ꝙ incidit in deſideria multa. Perfectio eniʒ hominis eſt ꝙ cor eius congregetur in vnum. quia q̃to aliquid eſt magis vnũ: tanto eſt deo ſimiliꝰ qui vere vnꝰ eſt. ps. Vnã petij a dño ⁊c. Sed cõtra hoc patit̄ querēs divitias. quia cor eius trahit̄ ad diverſa. Oſee. 10. Diviſum eſt cor eorum nunc interibunt ⁊c. Et hoc ideo qꝛ ibi eſt theſaurus tuus ⁊c. Mat. 6. Itē ſunt inutilia huiuſmodi deſideria multiplicit̄. Primo qꝛ inutilia ſunt ſpiritualiter. quia divitie nõ ducunt ad beatitudinē Sap. 5. Quid nobis profuit ſuperbia: aut quid divitiarum iactantia contulit nobis ⁊c. Eccl's. 5. Qui amat divitias fructus non capiet ex eis ⁊c. Itē tēporalit̄. quia nõ dãt q̃ promittunt Eccl'. 6. Eſt aliud malũ quod vidi ſub ſole: et quidem frequens apud homines vir cui dedit deꝰ divitias et ſubſtantiã et honorē: et nihil deeſt anime eius ex omnibus que deſiderat: nec tribuit ei poteſtatem deꝰ vt comedat ex eo. ſed extraneꝰ homo devorabit illũ ⁊c. Tertio ſunt nociva Eccl's. 5. Divitie conſervate in malum dñi ſui ⁊c. Et oſtendit quõ ſunt nocive. qꝛ mergunt in interitum. ſcilicet in preſenti. Propter divitias multi perierunt. Iteʒ in futuro. Vnde dicit. Et perditioneʒ Act. 8. Pecunia tua tecũ ſit in pditionē. Vel vtrũqȝ refertur ad ſpirituale damnũ. ¶ Interitũ. id eſt mortē eternam Ro. 9. Suſtinuit in multa patiētia vaſa ire apta in ĩteritũ ⁊c. Et pditionē id eſt penã eternã que dicit̄ mors ꝓpter penã damni. quia ſunt quaſi pditi damnati. dum non poſſunt redire in domũ ſuã ſcʒ eternitatis Job. 21. In diē perditionis ſervabitur malꝰ et ad diē furoris ducetur. ¶ Deinde cum dicit Radix ⁊c. Oſtenditur ratio huius. et hoc ex duobus. ſcʒ ex natura cupiditatis et experientia ibi Quam quidã ⁊c. Dicit ergo incidunt in tēptationē. Quare? Quia radix omniũ malorum ⁊c. Vbi notandũ eſt ꝙ ſm quoſdã cupiditas ſumit̄ tripliciter. Quãdoqȝ pro avaricia ſm ꝙ eſt ſpeciale peccatũ. ſcʒ inordinatus amor habendi divitias. Quandoqȝ ꝓut eſt genꝰ peccatorum omniũ ſm ꝙ importat inordinatũ appetitũ rei tēporalis. et hoc includit̄ in omni peccato. qꝛ eſt converſio ad bonũ cõmutabile. Sed ſic non eſt radix ſed genꝰ omnium. Tertio modo ꝓut eſt quedam inordinatio animi

ad cupiendū bona tēporalia īordinate et hec eſt habitua
le tm̄ peccatum et non in actu .ſed eſt quedam radix oīm
peccatorum. Et dicitur cupiditas radix .et ſupbia initiū
Ecc̄.10. Initiū omnis peccati eſt ſupbia ⁊c. qꝛ ſupbia di
cit corruptionē animi ad recedendū a deo. Arbor autem
a radice habet alimentū ⁊ ſic peccatū ex parte conuerſio=
nis ad bonū cōmutabile ſumit nutrimentū. Sed credo
ꝙ loquitur de cupiditate ſm qđ eſt ſpeciale peccatū. Vn̄
dicit q̄ volūt diuites fieri ⁊c. Et hec eſt inordinat⁹ amor
pecuniarū. Et ideo dico ꝙ auaricia eſt radix oīm. Om̄ia
em̄ peccata conſiſtunt in appetitu .et ideo origo peccato
rū eſt ſm originē appetibiliū. Origo em̄ appetibiliū p=
cedit ex fine. Et ido q̄to aliqđ peccatū hꝫ finē magis de=
ſiderabilē tāto eſt pei⁹. Finis autē alicui⁹ peccati eſt de=
ſiderabilis ꝓpter duo. ſcꝫ ꝓpter ſeipm̄ .et hoc eſt excellē
tia. qꝛ ad hoc homo bonum illđ vult vt excellat. Et hoc
eſt ſuperbia .et ideo ſupbia eſt initiū oīm peccatoꝝ. Itē
ꝓpter aliud et hoc eſt qđ ad omnia valet . et huiuſmodi
ſunt diuitie. qꝛ per hoc credūt ſe habere om̄ia. Ex iſta p
te auaritia eſt radix omniū malorū. ¶ Deinde cum dicit
Quam quidā ⁊c. Oſtendit idē p expientiā ⁊ dicit. Ap=
petētes. qꝛ q̄tomagis habent diuitie. tāto magis deſide
rant Eccl's.5. Auarus nō implebit pecunia. Et incidūt
pmo in dānū ſpūale. Vn̄ dicit Errauerūt a fide. Cui⁹ rō
eſt. qꝛ p ſanā doctrinā fidei prohibent mlta illicita lucra
a q̄bus deſiſtere nolūt ⁊ īueniūt ſibi aliā doctrinā vbi eis
ſit ſpes ſalutis. Et hoc ſpecialit faciūt vſurarij. Secūdo
qꝛ inſeruerunt ſe doloribus multis etiā in pn̄ti. qꝛ ſollici
tudo in acquirēdo: timor in poſſidendo: dolor in amittē=
do. Iob.20. Cū ſatiatus fuerit diuitijs artabit. eſtuabit
et omnis dolor irruet in eū ⁊c. Et multomagis in futuro
¶ Deinde cū dicit. Tu autē ⁊c. Monet ad ſequendum
ſanā doctrinā ⁊ vitandū malā. Et pmo exponit viā quā
ſequant. Secūdo alligat eū inductione p̄cepti ibi. Pre=
cipio ⁊c. Itē pmo hortat ad vitandū peccata p̄dicta. Se
cundo oſtendit quid agat ibi Sectare vero ⁊c. Et qꝛ ſer
uus debet imitari dn̄m ſuū. qꝛ vt dicit Ecc̄.10. Scđꝫ iu=
dicē populi ſic et miniſtri eius .ideo dicit O homo dei.
Quaſi dicat Tu deditus ſeruituti dei. pſ̄. Ego ſeruus
tuus. 1. Ioh.2. Qui dicit ſe in illo manere debet ſic ille
ambulauit ⁊ ipſe ābulare. Si igit tu es homo dei: debes
facere ſicut xp̄s fecit. Qui vt habet Ioh.6. Fugit cū eū
volebāt facere regē Heb.12. Qui ꝓpoſito ſibi gaudio ſu
ſtinuit crucē confuſione contēpta ⁊c. Ergo ⁊ tu fuge. pſ̄.
Elongaui fugiēs. Quid ergo faciet? Ad duo hortat p=
mo ſcꝫ ad ſectādū arma ſpiritualia. Secūdo ad certādū
in eis ibi. Certa bonum ⁊c. Arma autem ſpiritualia aut
ſunt ad faciendū bonū aut ad malū tolerandum. Pri=
mum autē eſt vel in cōparatione ad proximū cui per duo
ordinamur. ſcilicet per iuſticiā ⁊ pietatē ſeu miſericordiā
quia primum ſine ſecundo eſt ſeueritas. ſecundū ſine pri
mo eſt remiſſio. Quantū ad primū dicit. Sectare iuſtici
am que cōpetit prelatis Sap.1. Diligite iuſticiā qui iu=
dicatis terrā ⁊c. Itē quantū ad ſecundū dicit. Pietatē
id eſt miſericordiā. ꝓuer.20. Miſericordia ⁊ iuſticia cu
ſtodiunt regē et roborat clementia thronus eius. In cō=
paratione autē ad deū primū eſt quod pficit intellectū fi=
des Heb.11. Sine fide īpoſſibile ē placere deo ⁊c. Scđꝫ
affectū eſt charitas. 1. Ioh.4. Qui māet in charitate in
deo manet et de⁹ in eo. Ad ſuſtinēda mala ſunt due vir
tutes. ſcꝫ patiētia et māſuetudo. qꝛ hō in malo duas paſ=
ſiones inordinatas incurrit ſcꝫ triſticiā inordinatā .et irā
que eſt ex ea. Et ideo patientia eſt ꝯtra īmoderatā triſti=
ciā. Luc̄.21. In patiētia veſtra poſſidebitis animas ve=
ſtras ⁊c. ¶ Deinde inducit eum ad debitum certamen.
Et primo qualiter certet. Secūdo inducit rationē in q̄=
tum milites dupliciter pugnāt. ſcꝫ quēqꝫ ad defendendum
qđ habēt. quēqꝫ ad acquirēdum nō habita .et hoc īminet
ſanctis. primū vt cuſtodiāt habita ſcꝫ fidem et virtutes.
Et ideo dicit Fidei id eſt ꝓ fide cuſtodiēda Ecc̄.4. Vſ=
qꝫ ad mortē certa ꝓ iuſticia ⁊c. Vel fidei. vt p fidē vites
peccata. 1. Ioh.vl. Hec eſt victoria que vincit mundum
fides veſtra ⁊c. Vel fidei. id ē vt alios ad eā ꝯuertas. Et
dicit bonum. id eſt legittimū certamē. 1. coꝛ.9. Om̄is q̄
in agone cōtendit ab om̄ibus ſe abſtinet. Tunc eſt bonū
qn̄ abſtinet ſe ab omnibus impedimentis. 2. thi.4. Bo
nū certamē certaui ⁊c. Secundo certāt ad acq̄rēdū q̄ nō
habēt. Et hec eſt vita eterna que acq̄rit p pugnā. Mat.
11. Regnum celoꝝ vim patit: ⁊ violēti rapiunt illud Et
ideo dicit Apprehende ſcꝫ quaſi tenēs tuo certamie vin
cas vel certes certamē fidei. Et quo premio? Vt app̄hē=
das vitā eternā. 1. coꝛ.9. Nos autē incorruptā. ¶ Dein
de cū dicit. In quā vocatus es ⁊c. Rationē ponit huius
dicti ſcꝫ App̄hende et cetera. Et primo rn̄det ſecūdo q̄=
ſi dicat. Dicis ꝙ debeo apprehendere ſed non poſſum.
Immo potes quia debet tibi de iure. qꝛ vocat⁹ es in eā
a deo et a rege illius regni. Et ido debes coronari potiſ=
ſime. 1. Pe.2. De tenebrꝭ vos vocauit in admirabile lu=
mē ſuum. Secundo reſpōdet primo Quaſi dicat Certa
bonū certamē. quia dediſti iuramentū intelligētie et ido
nō licet tibi repugnare. Tu autē confeſſus es ⁊c. Id eſt
in conſecratione bonū certamē ꝓfeſſus es. Unde dicit.
Bonā ꝯfeſſionē ꝯfeſſus es. qn̄ ordinat⁹ es in epm̄. 1. cor.
9. Nā ſi nō euāgelizauero ⁊c. vſqꝫ. Diſpēſatio credita ē
mihi ⁊c. Vel ꝯfeſſionē bonā. ſcꝫ p̄dicādo fidē vt eā fues
¶ Deinde cū dic̄ Precipio ⁊c. Obligat eū ad p̄dicta ex
p̄cepto qđ primo ponit. Secūdo manifeſtat quedā dicta
ibi Quē ſuis ⁊c. In p̄cepto aūt pmo teſtes inducit. Se=
cundo cōmendat preceptū. Tertio oſtēdit q̄diu fuet p̄=
ceptū. Teſtes inducit deū patrē ⁊ dn̄m nr̄m ieſum xp̄m
Dicit ergo Te monui. ſed ne credas ꝙ liceat tibi aliter
facere precipio tibi. ſicut tu debes precipe ſubditis tuis
corā deo. Ad duo induxerat apprehēde in q̄ ⁊ confeſſus
es. Et ideo inducit actorē vite q̄ viuificat om̄ia. Dic̄ aūt
deo qui eſt tota trinitas q̄ eſt actor vite. Itē hominē xp̄m
q̄ cōfeſſus eſt ſe eſſe filiū dei qđ eſt bona ꝯfeſſio fidei no=
ſtre. Itē cōmendat mādatum. qꝛ in ſe iuſtum et rectū et
irreprehēſibile ab alijs Ioh.6. Nō inuenietis in lingua
mea iniq̄tatē. Et q̄diu eſt ſeruandū? Vſqꝫ in aduētū dn̄i
ly vſqꝫ dicit finem intentionis. id eſt vt p obſeruantiam
huius mandati ordines te ad aduentū. Vel vſqꝫ ad mor=
tem tuā. qꝛ qualꝭ eris in illa: talis inuenieris tūc. Mat.
24. Qui pſeuerauerit vſqꝫ in finē ⁊c.

## Lectio tertia.

Quem ſuis tēporibus oſtēdet beat⁹
et ſolus potens. rex regum et domi
nus dominantium: qui ſolus habet
immortalitatē, et lucē habitat inacceſſibilē
quem nullus hominū vidit. ſed nec videre
poteſt. cui honor et īperiū ſempiternū amē
Supra apoſtolus ꝓponēs preceptum thimotheo p̄cepit
vt ſeruet predicta vſqꝫ ad aduentū xp̄i. et ideo agit h̄ de
xp̄i aduentu de quo tria manifeſtat. Primo ꝙ erit tēpo=
re cōgruo. Secūdo ꝙ māifeſtus erit. Tertio oſtēdit acto
rem aduentus. Quantū ad primū dicit. Quē ſuis tēpo
ribus oſtendet. 1. Pe. vlti. Venięt in nouiſſimis dieb⁹
in deceptione illuſores ⁊c. Et ideo vult oſtendere ꝙ ſi vi
deatur aduētus tardari: tn̄ ſuo tempore oſtēdet. Eccl's.
3. Om̄ia tēpus habēt. Ecc̄.8. Omni negocio tēpus eſt

et oportunitas ⁊c. Congruū tēpus eſt finis mundi. quia illud tempus eſt tēpus meſſis ⁊ collectiōis fructus. Et ideo oportet ꝙ veniat in fine. Quantū ad ſecundū dicit Oſtendet id eſt manifeſtabit. Licet eñ ſit viſibilis q̃tū ad carnē: tñ virtus eius eſt abſcondita. ſed tunc etiā diuinitas eius erit manifeſta ſanctis. reprobi vero ſolū videbunt gloriā carnis. Sed q̃tum ad tertiū dicit ꝙ oſtēdet eum deꝰ trinitas. Et circa hoc duo facit. qr primo deſcribit aduētum xp̄i. Secundo in eius cōmendationē ꝓrumpens laudat eum ibi. Cui honor ⁊c. Itē circa primū tria facit. Primo actorē aduentus deſcribit ex perfecta operatiōe. Secūdo ex ſingulari poteſtate. Tertio ex incōprehenſibilitate nature. Primū cū dicit Beatꝰ Beatitudo eñ eſt operatio ꝑfecta que eſt ſup̄me virtutis opatiue optie diſpoſite. Et hec eſt beatitudo noſtra. Dei autē beatitudo eſt qua cognoſcit ſe. Si eñ ſe nō cognoſceret deus nō eſſet beatus. Gregorius. Deus dū ſeipſo ꝑfruitur perfecte glorioſus eſt. Et conueniēt̄ actorē huius aduentus dicit ꝙ beatus eſt. quia ad hoc eſt aduentus xp̄i vt nos deducat ad beatitudinē Tob. 13. Beatꝰ ero ſi fuerint reliquie ſeminis mei ad videndū claritatē hieruſalē ⁊c. Quantū ad ſecundū dicit Solus potens. pſ. Potēs es dñe ⁊c. Sed quare dicit ſolus? Nunquid nō omnia habēt potentiā immo. ſȝ ꝑ ꝑticipationē. ſed ſolus deus a ſe eſſentialit̄. Unde dicit. Rex regū ⁊c. Ambroſius. Dñs eſt nomē poteſtatis et rex ſimilit̄. Qui ergo habet dñm et regē ſupra ſe eſt ſubiectus poteſtati et talis non eſt potens a ſe ſed ab alio. Si ergo xp̄s eſt rex regum ⁊c. neceſſe eſt ꝙ ſolus habeat potentiā nō ab alio ſed omnes ab eo. Et deſignat̄ duplex potētia dei. ſcȝ gubernatiua mūdi cū dicit. Rex regū quaſi a regimīe dicta ꝓuer. 20. Rex qui ſedet in ſolio iudicij diſſipat oīe malum intuitu ſuo. Itē potentia creandi cum dicit: Dominus dominantiū. pſ. Scitote qm̄ dñs ipſe eſt deus ipſe fecit nos ⁊c. Apoc. 19. Et habebat in veſtimēto et in femore ſuo ſcriptū Rex regū et dñs dñantium ⁊c. Quantum ad tertiū dicit: Qui ſolus habet imortalitatē et lucem habitat inacceſſibilē. Incomprehenſibilitas dei ex duobus patet. Primo quia tranſcēdit quicquid in creaturis eſt cōprehenſibile. Secundo quia hoc ip̄m qđ deꝰ eſt: omniū cōprehenſionē excedit. Primū cum dicit. Solus. In qualibet eñ mutatione eſt quedā corruptio. q̇a omne quod mutatur inq̃tum huiuſmodi deſinit eſſe tale. Illud ergo ꝓprie et vere eſt incorruptibile quod penitus eſt imutabile. Quelibet autē creatura in ſe cōſiderata habet aliquā mutationē vl' mutabilitatē. deus autē eſt omnino immutabilis. Sed ſi aliqua creatura eſt imutabilis. hoc cōuenit ei ex dono gratie. Et ex hoc oſtenditur ꝙ natura dei trāſcendit omne qđ eſt in natura creata. Ti. 1. Regi ſeculorū imortali ⁊c. Quantū ad ſecundū dicit Lucē ⁊c. Lux in ſenſibilibus eſt principiū vidēdi. vñ illud quo aliquid cognoſcit̄ quocunqȝ modo dicitur lux. Unumquodqȝ autē cognoſcit̄ ꝑ ſuā formā ⁊ ſm̄ ꝙ ē actu Unde q̃tum habet de forma ⁊ actu: tantū habet de luce Res ergo que ſunt actus quidam: ſed nō purus lucētia ſunt ſed non lux. Sed diuina eſſentia que eſt actus purꝰ eſt ipſa lux Ioh. 1. Non erat ille lux ⁊c. Deus autē habitat apud ſe. et hec lux eſt inacceſſibilis. id eſt non viſibil' oculo carnis: ſed intelligibilis. Et tñ nullus intellectus creatus poteſt ad eum accedere. ¶ Notandū eſt tamē ꝙ dupliciter poteſt intellectus accedere ad cognitionē nature alicuiꝰ. ſcȝ vt cognoſcat ⁊ vt cōprehendat. Ad comprehendendū autē deū impoſſibile eſt intellectū ꝑuenire. quia ſic cognoſceret deū vt cognoſcibilis eſt. Deꝰ autem perfecte cognoſcibilis eſt quantū habet de entitate et luce. hec autē ſunt infinita: ergo eſt infinite cognoſcibilis. Uirtus autē intellectꝰ creati eſt finita. Et ideo etiam intellectus xp̄i nō cōprehēdit deū. Sed alius modꝰ eſt cognoſcendi deū ſcȝ attingēdo deū. Et ſm̄ hoc nullꝰ intellectus creatus ꝑ ꝓpria naturalia attingit ad cognoſcendum id quod eſt deus. Et rō huius eſt. qr nulla potentia poteſt in aliquid altius ſuo obiecto. ſicut viſus ad altius colore. Propriū autē obiectū intellectꝰ eſt ꝙ q̇d eſt. vnde qđ ſuperat qđ quid eſt excedit ꝓportionē oīs intellectus. In deo autē nō eſt aliđ eſſe et quidditas eiꝰ Quomodo ergo cognoſcibilis eſt? ergo accedamꝰ ad eū cognoſcendū: hic per gratiā et in futuro per gloriā. pſ. Accedite ad eū et illuminamini ⁊c. Sed qualiter ergo deꝰ habitat lucem inacceſſibilē? ⁊ in. pſ. Nubes et caligo in circuitu eius Exod. 19. Moyſes acceſſit ad caliginē in qua erat deus. Reſpondet dyoniſius Omnis caligo eſt inacceſſibile lumē. Eſt ergo idē qđ hic lumē ⁊ ibi caligo ſed caligo eſt inq̃tum nō videt̄: lumē vero inq̃tū videt. Sed aliquid eſt inuiſibile dupliciṫ. Uno modo ꝓpter ſe ſicut opaca. Alio modo propṫ excedentiā eius: ſicut ſol ab oculo noctue. Sic quedā ſunt nobis nō conſpicua ꝓpter defectum ſui eſſe: et quedā propter excedentiā eius et ſic deus nobis quodamodo inacceſſibilis eſt. ¶ Quē nemo ⁊c. Si intelligat̄ de cōprehenſione ſic abſolute verum eſt: etiā de angelis. quia ſolus deus cōprehendit ſe Si autē de viſione qua attingitur: ſic intelligitur tripl'r. Uno modo nemo vidit oculo corporali. Alio modo ſm̄ eſſentiā oculo mentis viuens in carne niſi xp̄s Exod. 33. Non videbit me homo ⁊ viuet. Tertio modo nemo vidit quid eſt deus ꝑ ſeipſum. Mat. 11. Nemo nouit prēȝ ⁊c. Mat. 16. Caro et ſāguis nō reuelauit tibi ⁊c. ¶ Deinđ prorūpit in laudē dei dicēs: Cui eſt honor ⁊c. Et ponit tria. Primū pertinet ad reuerētie exhibitionē dicēs Honor qui eſt exhibitio reuerentie Malach. 1. Si ego pater vbi eſt honor meus ⁊c. Secundū ad refulgentiam bonitatis eius cum dicit. Gloria que eſt clara cum laude noticia que refulget in noticijs hominū et angelorū Eſa. 42. Gloriā meā alteri nō dabo ⁊c. Tertio ad gubernationē cū dicit. Imperiū ſempiternū.

## Lectio quarta.

Diuitibus huius ſeculi precipe non ſublime ſapere. neqȝ ſperare in incerto diuitiarū: ſed in deo viuo qui preſtat nobis omnia abunde ad fruendū. bene agere. diuites fieri in bonis operibus. facile tribuere. communicare. thaſaurizare ſibi fundamentū bonū in futurum vt apprehēdant bonam vitam. O thimothee depoſitū cuſtodi deuitans prophanas vocuȝ nouitates: et oppoſitiones falſi onminis ſcientie: quam quidam promittentes circa fidem exciderunt. Gratia tecum Amen.

Supra egit de inſtructione perſonarum infimi ſtatꝰ: hic redit ad materiā ſuam et inſtruit eū ad inſtruenduȝ diuites. Et primo facit hoc. Secundo agit de inſtructiōe thimothei ibi O thimothee ⁊c. Et ſemꝑ quādo inſtruit eū ad inſtructionē aliorū monet vt non negligat ſe. Et circa primū primo excludit vitia que ſolent in diuitibus abūdare. Secūdo inducit ad bona ibi Bene agere ⁊c. Item circa primū primo proponit vitia que ſolent eſſe in diuitibus. Secundo excludit hec: reddendo rationē huiꝰ ibi In incerto ⁊c. Dicit ergo Diuitibus ⁊c. Diuitie abundantiam importāt. Eſt autēȝ abundantia ſpiritualium ⁊

hec ſunt vere diuitie Eſa.33. Diuitie ſalutis ſapientia ⁊
ſcientia timor domini ipſe eſt theſaurus eius ⁊c. Que-
dam corporales ⁊ hec nõ ſunt vere diuitie quia nõ ſuffi-
ciunt. Et ideo dicit cum quadã diminutione huius ſecu
li. Baruch.3. Qui argentũ ⁊ auꝝ in quo confidũt homi
nes theſaurizant ⁊c. His ergo precipe. Quando de ſer-
uis egit non poſuit ꝑceptuꝫ. qꝛ hoc eſt virtus ꝙ hõ vtat̃
auctoritate ad maiores nõ ad minores. Et ideo dicit. Nõ
dimittas propter diuitias ⁊ propter ſtatũ coꝝ qui preci-
pias. Et quid debet precipere? Nõ ſublime ſapere. id ẽ
non ſentire aliquid excelſum de ſe. Nunquid hoc eſt ma
lum? Reſpondeo. poteſt reddi malũ ex duobus. Primo
ſi ſublime ſapit de ſe propter ea que non habẽt excellẽtiã
verã. Et hoc eſt ſi in rebus temporalibus. vnde qui pro-
pter exteriorẽ excellentiã ſublime ſapit de ſe inordĩate ſa
pit. et eſt ſuperbia. Et tamẽ carnales non aliã ſublimita
tem curant niſi iſtam. et hec acquiri poteſt per diuitias.
Eccl'ſ.10. Pecunie obediunt omnia. Unde quia diui-
tes huiuſmodi hec habent inaniter extolluntur. Itẽ alio
modo. quia ſunt quedã que habent ſublimitatẽ ſicut do-
na ſpiritualia. Ecc.25. Quãmagnus eſt qui inuenit ſa
pientiã ⁊ ſcientiã ⁊c. In hijs eñ aliquis poteſt inordina
te ſapere ſublimitatẽ non ex natura donoꝝ: ſed vel attri-
buendo ſibi quod non habet. Uel non recognoſcendo a
deo ea que habet. Unde in primis eſt inordinatio propt̃
defectũ rerũ. In ſecundis propter inordinationeꝫ affect⁹
Secundum vitium in diuitibus eſt ſpes mundanorum
Unde dicit Neqꝫ ſperare ⁊c. Job.31. Si putaui aurum
robur meũ et obriſo dixi fiducia mea ⁊c. puer.10. Sub-
ſtantia diuitis vrbs fortitudinis eius. ¶ Deinde cum di
cit. In incerto ⁊c. Aſſignat rationem monitionis. In eo
eñ ſperat aliquis vnde credit auxiliũ habere. Auxilium
eñ habet a forti. ſed diuitie ſunt fragiles ⁊ ieſtimabiles
Mat.6. Nolite theſaurizare ⁊c. Sed in deo vbi eſt ve-
ra ſpes ponenda Jere.17. Beatus vir qui cõfidit in do-
mino ⁊ erit dñs fiducia eius. Jac.1. Dat omnibus affluẽ
ter. Sed hoc quod dicit Abunde ad fruendũ dupliciter
poteſt exponi. Uno modo vt fruitio ſumat̃ pro gaudio. ⁊
hoc modo eſt etiã in corporalibus. Uel vt per hec ꝑueni
amus ad fruitionem dei. ¶ Deinde cũ dicit Bene agere
⁊c. Monet ad operandũ bonũ. Qui autẽ habent affectũ
ad diuitias. primo nituntur ad acquirendũ non habitas
Secundo vt vtantur habitis. Tertio vt ad finẽ diuitia-
rum perueniant. Hec tria monet hic apl's primo vt acq̃-
rant ſpirituales diuitias quas non habẽt. Et ideo dicit.
Bene agere ⁊c. Eſa.1. Diſcite bene facere ⁊c. Quantuꝫ
ad ſecundũ ſciendum eſt ꝙ duplex eſt vſus diuitiarum.
Unus eſt tenere et alius eſt dare. ſed principalis eſt da-
re. Et ideo iſta duo ponit. primo vt dent. Unde dicit Fa
cile tribuere id eſt ſine grauitate cordis interius. 2. coꝝ.
9. Non ex triſticia aut ex neceſſitate ⁊c. Et ſine tarditate
ꝓuer.3. Ne dicas amico tuo. vade ⁊ reuertere ⁊ cras da
bo tibi cũ ſtatiꝫ poſſis dare Job.31. Si ocl'os vidue expe
ctare feci. Secundo vt cuſtodiat nõ quidem tantũ ad ſu-
am vtilitatẽ ſed ad quoddã cõmune. Unde dicit ad cõ-
municandũ. id ẽ habere eas ſicut cõmunes. Ro.12. Ne
ceſſitatibus ſanctoꝝ cõmunicantes. Quantũ ad tertiuꝫ
vt ad finẽ theſaurizandi perueniant. ideo dicit Theſau-
rizare ⁊c. Theſaurus ſpiritualis eſt congregatio meri-
torum que ſunt fundamentũ futuri edificij quod nob' ꝑ-
paratur in celo. qꝛ tota preparatio future glorie eſt ꝑ me
rita que acquirimus per gratiã que eſt principium merẽ
di Mat.6. Theſaurizate vobis theſauros in celo: vbi
neqꝫ tinea ⁊c. 1. coꝝ.9. Sic currite vt comprehendatis.
¶ Deinde cum dicit O thimothee ⁊c. Inſtruit ipm thi-
motheum. Et primo vt bona conſeruet. Secũdo vt ma-
la deuitet ibi. Deuitãs ⁊c. Dicit ergo O thimothee de-
poſitum cuſtodi Depoſitũ hominis eſt omne bonũ quod
habet quilibet quod ſibi cõmiſſum eſt a deo vt conſuet
⁊ multiplicet. Ecc.17. Gratiã hominis quaſi pupillam
conſeruabit. 1. coꝝ.15. Et gratia eius in me vacua nõ fu-
it. Et ſic dicit ei vt depoſitũ cuſtodiat. id eſt vt ſe in gra-
tia dei conſeruet et multiplicet. Qui eñ abſcõdit talen-
tum punit̃. Et ſpecialit̃ prelati habent depoſitũ ſcilicet
curã proximoꝝ et fideliũ. Joh.vltimo. Paſce oues me-
as Heb.vltimo. Ipſi peruigilant quaſi rationẽ redditu-
ri pro animabus veſtris ⁊c. 2. thi.1. Bonũ depoſituꝫ cu
ſtodi. Itẽ ꝙ mala vitet: precipue illa que ſunt nata coin-
quinare fidem. cui⁹ ratio eſt. qꝛ ſicͭ princeps ſecularis po-
nitur ad cuſtodiendã vnitatẽ regni: ita ſpiritualis ad ſ-
uandã vnitatẽ ſpiritualẽ. Pax autẽ regni conſiſtit in iu
ſticia. et ideo ille ordinat̃ ad iuſticiã. Sed vnitas eccl'ie
eſt in fide. et ideo principalit̃ monet ad cuſtodiam fidei.
Luc.22. Ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua ⁊c.
Similiter aũt poſſet corrũpi fides per fallaciã ſicut etiaꝫ
quelibet ſciẽtia. Sed ſicut dicit̃. 1. elenc. Fallacia qñqꝫ
fit ex voce quandoqꝫ ex re. Uñ eſt fallacia in dictione et
extra dictionẽ. Et ſic fides aliquando corrumpitur ꝑ ali-
quas voces inordĩatas ſicut dicit Hieronym⁹ ꝙ ex ver-
bis inordinate prolatis fit hereſis Et ideo dicit Propha
nas ⁊c. Quia non velle audire aliquid noui eſt oblatra-
re contra conſuetudines. Sed noua prophana non ſunt
audienda Sed prophana nouitas eſt quando inducitur
aliquid contra fidẽ. Et dicitur nouum ad id quod eſt an
tiquũ. Hoc fecit neſtorius quãdo dixit de virgine maria
chriſtotochos. vt inferret ꝙ non eſſet mater dei. Et ideo
ſancti patres in epheſino concilio inſtituerunt ꝙ diceret̃
theotochos. 2. thi.1. Formam habens ſanorũ verborum
que a me audiſti in fide ⁊ dilectione in chriſto ieſu. Et ca
pitulo ſecũdo. Prophana et vaniloq̃a deuita ⁊c. Quã'-
doqꝫ vero corrumpit̃ per rationes reales et ſophiſticas.
Et iſtud vitandũ eſt. Et dicit Per oppoſitiones ſcientie
falſi nominis. quia non eſt vera ſcientia: ſed apparens.
Scientia eñ ſcd̃m propriam rationẽ non eſt niſi veroruꝫ
Impoſſibile autẽ eſt ꝙ verũ ſit vero cõtrariũ. licet quã-
doqꝫ duo falſa ſint ſibi contraria. et ideo impoſſibile ẽ ꝙ
illud quod repugnat veritati diuine que eſt ſumma veri-
tas ſit verũ. Col'.2. Uidete ne quis vos decipiat ꝑ phi-
loſophiã ⁊ inanẽ fallatiã ſm traditionẽ hominũ: ſcd̃ꝫ ele
menta mundi ⁊ non ſm xp̃m ⁊c. Promittẽtes. id eſt di-
centes ſe habere. Jere.10. Stultus factus eſt om̃is ho-
mo a ſcientia ſua. Que non eſt dei. quia qui loquitur mẽ
dacium ex proprijs loquit̃. Joh.8. Jere.2. Filij mẽphe
os ⁊ taphneos cõſtuprauerũt te vſqꝫ ad verticẽ ⁊c. Eſa.
47. Sapientia tua et ſcientia tua hec decepit te ⁊c. Gra
tia dei tecum Amen

Explicit profunda et ſubtil' explanatio mirifici docto-
ris ſanctiſſimi thome aquinatis ordinis fratrum predica
torum ſuꝑ prima epiſtola glorioſi gentium apoſtoli pau-
li ad timotheum.

Incipit deuotiſſima expoſitio eiuſdem angelici doctoris glorioſi thome aquinẽſis ordinis fratrũ predicatorũ ſup ſecũda ep̄la eiuſdem ſanctiſſimi pauli gentium apoſtoli ad Timotheum.

n **Octe et die**

eſtu vrebar ⁊ gelu ⁊c̄. Geneſ. 31. Vba ſũt iacob oſtẽdẽtis ⁊ cõmẽdãtis curam paſtoralem ac paſtorale officiũ. In qb⁹ circa hoc officiũ tria ponũt̄ ſcʒ aſſiduitas: patiẽtia ſollicitudo. Primũ eſt q: ſine ĩtermiſſiõe dʒ curã gregiſ gerere. Vñ dic̄. Nocte ⁊ die Nocte orãdo: die erudiẽdo Eſa. 21. Sup ſpeculã dñi ego ſũ ſtans iugit̄ p diẽ: et ſup cuſtodiam ego ſum ſtans totis noctibus. Vel per diem id ẽ tempore proſperitatis: ⁊ per noctẽ id eſt tempore aduerſitatis. In quibus prelatus debet reſpicere curã gregis. 2. Cor. 6. Per arma iuſticie a dextris ⁊ a ſiniſtris ⁊c. Prouer. 17. Omni tẽpore diligit qui amicus ẽ ⁊c̄. Secundũ ẽ quia maxime prelato patientia neceſſaria eſt Debet enim prelatus propter gregis ſalutẽ omnia ſuſtinere. 1. Jo. 10. Bon⁹ paſtor animã ſuam dat pro ouibus ſuis ⁊c. Prouer. 19. Doctrina viri per patientiã noſcit̄. Unde dicit. Eſtu id eſt feruore inſtantis perſecutionis. Jac. p̄mo. Exortus ẽ ſol cum ardore ⁊ arefecit fenuʒ ⁊c. Gelu id eſt timore futurorũ. 2. Cor. 7. Foris pugne intus timores ⁊c. Tertium eſt quia preeſt in ſollicitudine vt dicitur Roma. 12. Et hoc expellit ſomnũ negligentie Unde ſubdit̄ Geñ. 31. Fugiebatq; ſomnus ab oculis meis. Prouer. 6. Diſcurre feſtina ſuſcita amicũ tuũ ne des oculis tuis ſomnũ ⁊c. Recte ergo hec verba materie huius epiſtole conueniunt. In prima enim inſtruit eum de ordinatione eccleſiaſtica. In hac autem ſecunda agit de ſollicitudine tanta paſtorali vt etiam martyrium ſuſtineat pro cura gregis vt patet in prologo.

## Capitulũ primum

p **Aulus apoſtolus ieſu xp̄i p voluntatẽ dei ſm promiſſionẽ vite que ẽ ĩ xp̄o ieſu: Timotheo chariſſimo filio: gr̄a ⁊ miſericordia ⁊ pax a deo p̄re noſtro ⁊ xp̄o ieſu domino noſtro.**

Diuiditur autem hec epiſtola in ſalutationem ⁊ narrationem: ſecunda ibi. Gratias ago ⁊c. Item primo ponitur perſona ſalutans. Secundo perſona ſalutata. Tertio bona optata. Perſona ſalutãs deſcribit̄ ex noĩe paulus qd̄ ſonat modicitatẽ qd̄ ei cõpetit ꝓpter humilitatẽ mentis ⁊ tribulationem que faciunt hominem paruum. In tantum q̄ chriſtus dr̄ minoratus ꝓpter paſſiones. Heb. 2. Eum qui in modico ab angelis minoratus ẽ ⁊c. Iteʒ ex dignitate quã primo ponit. Scd̄o dignitatis originem. Tertio fructũ. Dignitas ẽ magna q: ẽ ap̄ſ. i. miſſus a xp̄o. Luc. 6. Elegit duodecim ex ip̄is quos etiaʒ ap̄los noĩauit ⁊c̄. Hanc dignitatẽ adept⁹ ẽ q: plus oĩbus laborauit. 1. Cor. 15. ⁊ Gal̄. 2. Qui operatus ẽ petro in apoſtolatũ circũciſionis opatus ẽ ⁊ mihi inter gẽtes ⁊c. Origo ap̄ſatus ẽ volũtas dei. Vñ dicit. Per voluntateʒ dei quã quidã preueniũt quia ſe ingerunt: contra quos dicit̄ Heb. 5. Nemo aſſumit ſibi honoreʒ: ſed q̄ vocatur a deo tanq̄ aaron ⁊c̄. Itẽ quidã ꝓmittunt̄ propter peccata populi. Job. 34. Qui regnare facit hominẽ ypocritã propter peccata populi ⁊c. ſed hic p volũtatẽ dei. Qd̄ dicit q: nõ p volũtatem ſuã. Fruct⁹ aũt nõ eſt aliq̄d terrenuʒ ſed ſm ꝓmiſſiõem. i. ad cõſequẽdã vitã eternã ꝓmiſſã a xp̄o. Hic dʒ eſſe finis prelatoꝝ. 1. Cor. 9. Illi quidem vt corruptibilẽ coronã accipiãt: nos autẽ incorruptã. Dañ. 12. Qui ad iuſticiã erudiunt multos quaſi ſtelle ĩ perpetuas eternitates ⁊c. Perſona ſalutata ẽ timotheus filius eius ab eo cõuerſus ſ. Act̄. 16. Chariſſim⁹ q: ſibi vnanimis. Phil̄. 2. Neminẽ habeo tam vnanimẽ. ⁊c. Bona optata ſunt tria ſcʒ gr̄a p quã ẽ remiſſio pctõꝝ: miſericordia p quã cõſequimur finale bonũ Pax. Glo. i. tranquillitas mentis: hec competit p̄lato qui ad hoc ponitur vt pacẽ ꝓcuret. Jo. 20. dixit dñs. Pax vobis. Et precepit intrantib⁹ domũ pacẽ offerre ei vt habetur Mat. 10. Et hoc a deo p̄re qui ẽ dator oĩs boni. Jac. p̄mo. Iteʒ a ieſu xp̄o qui eſt mediator inquãtũ hõ dei ⁊ homĩ 2. Pe. p̄mo. Per quẽ maxima nobis ⁊ p̄cioſa ꝓmiſſa donauit

## Lectio ſecunda.

g **Ratias ago deo meo: cui ſeruio a ꝓgenitorib⁹ meis in cõſcientia pura q̄ ſine intermiſſione habeã tui memoriã in orationib⁹ meis nocte ac die deſiderans te videre. Memor lachrymaꝝ tuaꝝ vt gaudio implear. Recordationẽ accipiẽs eius fidei que ẽ in te nõ ficta: que ⁊ habitauit primũ in auia tua loide: ⁊ matre tua eunice: certus ſum autem q̄ ⁊ in te.**

Hic incipit ep̄ſaris narratio in q̄ p̄mo munit eũ ↄtra preſentes ꝑſecutiones. Scd̄o cõtra futura ꝑicula eccl̄ie. 3. cap̄. ibi. Hoc aũt ſcito ⁊c. Itẽ p̄mo inducit ad inſtantiaʒ p̄dicatiõis q̄ tunc erat cã ⁊ occaſio ꝑſecutiõis. Secundo hortat̄ ad ſuſtinẽdas tribulationes ꝓpter xp̄m ibi. Tu ergo ⁊c. 2. cap̄. Itẽ p̄mo ↄmemorat bõa ip̄i⁹ timothei. Scd̄o hortat̄ eũ ad vſũ hoꝝ bonoꝝ p inſtantiã p̄dicationis ibi. Per quã ⁊c. Tertio ponit ſe in exẽplũ ibi. In q̄ poſit⁹ ſũ ⁊c. Itẽ prĩo ponit affectũ quẽ habebat ad timotheũ. Scd̄o ponit bõa hui⁹ q̄ ꝓuocabant eũ ad hmõi affectũ ibi. Memor ⁊c. Affectus oſtendit̄ p duo ſcʒ p orationẽ ⁊ deſideriũ. Et iõ gratias agit deo de affectu quem hʒ ad timotheũ q: ẽ charitatis ⁊ charitas ẽ p̄ncipale donum. Quaſi dicat. Reputo me gr̄am ↄſecutũ q̄ ſic ſincerũ affectũ habeo ad te. Et dicit. Deo meo cui ſp̄ealiter ſeruio a ꝓgenitorib⁹ meis: nõ a parentib⁹ carnalib⁹: q: p̄me Thy. i. Xp̄s venit pctõres ſaluos facere quoꝝ primus ſum ego: ſʒ ſeruitio deriuato a ꝓgenitorib⁹ meis. ſ. p̄triarchis ⁊ ꝓphetis qui deo ſincere ſeruierunt. Et dr̄ a ꝓgenitorib⁹: q: filij facili⁹ imitant̄ ꝑfectionẽ paternã: tũ q: inſtruũt̄ ab eis vt thobias: tũ q: etiã hõ facili⁹ imitat̄ amicos. Et quõ ſeruio eis: In ↄſcĩa pura: quia vt habet̄ Abac. i. Mũdi ſũt oculi tui dñe ne videãt malũ ⁊ reſpicere ad iniq̄tatẽ nõ poteris ⁊c. 2. Cor. p̄mo. Glia nr̄a hec hec ẽ teſtimoniũ ↄſcie nr̄e. De quo agit gr̄as: q: ſine intermiſſione ſiue die proſperitatis ſiue nocte aduerſitatis oro ꝓ te. Itẽ ex deſiderio. iõ dicit. Deſiderãs te videre. ſcʒ ꝓpter cõſolatõeʒ vtriuſq;. Ro. i. Deſidero eñi videre vos ⁊c. ¶ Deinde cũ dicit. Memor ⁊c. oñdit bona q̄ erãt ĩ timotheo. Et p̄mo cõmẽorat affcm̃ ei⁹ ad ſe. Scd̄o fidẽ ad deũ ibi. Recordatiõʒ ⁊c. Dicit ergo. Memor lachrymaꝝ q̄s effudit qñ diſceſſit epheſũ ab eo parat⁹ ad martyriũ. Vel lachrymaꝝ q̄s fudit in orõnib⁹: ⁊ hoc vt gaudio ĩplear. i. hec mẽoria replet me gaudio Phil̄. 2. Implete gaudiũ meũ ⁊c. ¶ Itẽ memor fidei ad deũ. Fi

dem eius. primo cõmemorat. Scđo oſtendit eam a pa-rentibꝰ deriuatã ⁊ nõ nouiciã. Dicit ergo. Recordatio-nem ⁊c. Fides neceſſaria eſt prelato qui ẽ fidei cuſtos. Heb. 11. Sine fide impoſſibile eſt placere deo. Et dicit. Nõ fictã. Uera eni ꝑ opera bona ẽ. Jac. 2. Oſtende mi hi ſine oꝑibus fidem tuam: ego oſtendã tibi ex operibꝰ fi-dem meã. 1. Timo. 1. Finis p̃cepti ẽ charitas ⁊c. Sap. p̃mo. Effugiet fictũ ⁊c. ¶ Et hec non noua: ſed habita-uit primũ in auia tua ⁊c. Act. 16. dicit ꝙ fuit filius mu-lieris vidue. Certus autem vel per reuelationem vel per indicia ꝙ ⁊ in te.

## Lectio tertia.

P Ropter quã cãm ammoneo te vt re-ſuſcites grãm dei que eſt in te ꝑ im-poſitionẽ manuũ mearũ. Nõ enim dedit nobis deus ſpiritũ timoris: ſed virtu-tis ⁊ dilectionis ⁊ ſobrietatꝭ. Noli itaqꝫ eru-beſcere teſtimoniũ dñi nr̃i: neqꝫ me vinctuꝫ eius: ſed collabora euãgelio ſm virtutẽ dei qui nos liberauit ⁊ vocauit vocatiõe ſua ſã-cta: nõ ſm oꝑa nr̃a: ſed ſm ꝓpoſitũ ſuum et grãm q̃ data ẽ nobis in xp̃o ieſu ante tꝑa ſe-cularia. Manifeſtata ẽ aũt nũc ꝑ illuminati-onẽ ſaluatoris nr̃i ieſu xp̃i. qui deſtruxit q̃-dem mortem: illuminauit autẽ vitam ⁊ in-corruptionem per euangelium.

Supra ꝯmẽdauit eũ de bõis gratuitꝭ: hic hortaꝛ ad vſũ gratuitoꝝ ſibi datoꝝ p̃cipue i p̃dicatõe euãgelij Et p̃io monet generaliꝛ ad vſũ date ſibi grẽ. Scđo ſpecificat q̃-lis ſit vſus grẽ ibi. Noli itaqꝫ erubeſcere ⁊c. Jtẽ primo ponit monitionẽ. Scđo eiꝰ rõnẽ ibi. Nõ eñ dedit nobis ⁊c. Dicit ergo. Fides non ficta in mr̃e ⁊ auia ⁊ in te eſt. Propter quã cãm ⁊c. Grã dei ẽ ſicut ignis qui qñ obte-gitur cinere nõ lucet: ſic grã obtegiꝛ in hoĩe ꝑ torporem vel humanũ timorẽ. Uñ ⁊ timotheꝰ effectꝰ puſillanimis torpuerat circa p̃dicationẽ. Et iõ dicit. Reſuſcita grãm ſopitã. 1. Theſ. 5. Spũm nolite extinguere. Et addit. Que ẽ in te ꝑ impoſitionẽ manuũ meaꝝ a q̃ ſcꝫ ordinatꝰ erat ep̃s. Jn qua manꝰ impoſitione data ẽ ei grã ſpiritꝰ ſancti. ¶ Deinde cũ dicit. Nõ eñ ⁊c. poniꝛ rõ monitio-nis ⁊ ſumiꝛ ex cõditione diuinoꝝ muneꝝ. Qui eñ acci-pit munus operaꝛ ſm cõgruentiã muneris: ergo ſm con-ditionẽ diuinoꝝ munerũ debemꝰ deo ſeruire. Eſt autẽ duplex ſpũs huiꝰ mundi Et horum diſtinctio ẽ: ſpiritus eñ ſignificat amorẽ qꝛ nomẽ ſpũs impulſionẽ importat: ⁊ amor impellit. Duplex aũt ẽ amor ſcꝫ dei ⁊ hic ẽ ꝑ ſpi-ritũ dei ⁊ amor mundi ⁊ hic eſt ꝑ ſpm̃ mundi. 1. Cor. 2. Nõ eñ accepimꝰ ſpm̃ huiꝰ mũdi ⁊c. Spũs aũt mũdi fa-cit amare bona mundi ⁊ timere mala tẽporalia: ⁊ iõ dic. Nõ eñ dedit nobis deꝰ ſpm̃ timoris ſcꝫ mundani: quia hũc deꝰ aufert a nobis. Mat. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus ⁊c. Eſt aliꝰ ſpũs timoris dñi ⁊ ſanctus et iſte facit vt timeaꝛ deꝰ: hic aũt ẽ ſine pena ⁊ ſine offen-ſa ⁊ hic ẽ a deo. Mat. 10. Timete eũ q̃ põt ⁊ aĩaꝫ ⁊ corpꝰ ꝑdere in gehennã. Et addit: ſed virtutis qꝛ ꝑ ſpm̃ ſãctũ dirigimur in malis ⁊ hoc ꝑ virtutẽ ſcꝫ fortitudinis ꝯtra aduerſa mũdi. Luc. vlt. Sedete in ciuitate donec indu-amini virtute ex alto. Jtẽ dirigimur in bonis qꝛ quãtum ad affectionẽ ordinamur ꝑ dilectionẽ charitatis duꝫ q̃s oĩa que diligit refert in deũ. Uñ dicit ſed dilectionis. 1. Jo. 3. Qui nõ diligit manet in morte. Jtẽ q̃tũ ad bona exteriora ⁊ ideo dicit: Et ſobrietatis id ẽ oĩs tẽperantie ſeruando debitũ modũ ⁊ menſurã: vt ſcꝫ tẽperate vtãtur bonis mundi. Tit. 2. Sobrie ⁊ iuſte et pie viuamus in hoc ſeculo ⁊c. 1. Thi. 3. Oportet ep̃m e ẽ irrep̃henſibilẽ vnius vxoris virũ ſobriũ ⁊c. ¶ Deinde cũ dicit. Noli ⁊c. ſpecificat vſũ grẽ: et p̃mo excludit cõtraria huic vſui. Se-cundo hortaꝛ ad vſũ grẽ ibi. Sed collabora ⁊c. A ſolita autẽ p̃dicatione poterat impediri ꝓpter duo. P̃io per erubeſcentiã. Scđo ex p̃ea apl̃i quã patiebaꝛ proptẽ euã-geliũ: et iõ q̃tũ ad primũ dicit. Noli itaqꝫ ſcꝫ ex quo ha-bes ſpm̃ fortitudinis erubeſcere ⁊c. Predicatio eñ xp̃i ſi referatur ad ſapiam mundi videbaꝛ ſtulta vnde erube-ſcentiã habere videbaꝛ. 1. Cor. 1. Nos aũt p̃dicamꝰ xp̃m crucifixũ iudeis quidẽ ſcandalũ: gentibꝰ aũt ſtulticiã ⁊c. Ro. p̃mo. Nõ eñ erubeſco euãgeliuꝫ Luc. 9. Qui me erubuerit et meos ſermones hũc filiꝰ hoĩs erubeſcet. ⁊c. ¶ Quantũ ad ſecũdũ ſciendũ ẽ ꝙ ſi latro videt aliquem ſuſpenſũ erubeſcit ſe confiteri ſociũ eiꝰ. Sic qꝛ apl̃s erat vinctus poterat eũ timotheꝰ erubeſcere: et iõ dicit Neqꝫ me vinctũ eiꝰ. Ephe. 6. Pro quo legatiõe fungor in ca-thena. Eccl. 4. Nõ reuerearis ꝓximũ tuũ in caſu ſuo ⁊c. ¶ Deinde cũ dicit. Sed collabora ⁊c. hortaꝛ ad vſũ grẽ et primo in generali. Scđo oſtendit ex qua fiducia hunc vſum aggrediaꝛ ibi. Scđm virtutem ⁊c. Hic manifeſtat qđ dixit ibi. Non ſcđm ⁊c. ſed collabora. Dicit ergo ne erubeſcas ſed ſimul mecũ labora. 1. Cor. 3. Unuſq̃ſqꝫ ꝓ-priã mercedẽ accipiet. Et dicit euangelio qđ põt eẽ abla-tiui caſus et hic i euãgelio p̃dicãdo datiui caſus et ſic ad laudẽ euãgelij et vt ſcꝫ creſcat. Sap. 3. Bonoꝝ laboruꝫ gl̃ioſus ẽ fructꝰ ⁊c. Et hoc cũ fiducia nõ ꝓpria qꝛ nõ ſuf-ficientes ſumꝰ cogitare aliq̃d a nobis: q̃ſi ex nobis. ⁊c. Sꝫ ſm dei virtutẽ id ẽ habẽdo fiduciam de virtute dei. Eſa. 40. Qui dat laſſo virtutẽ et his qui non ſunt forti-tudinẽ et robur multiplicat. Hec virtus mãifeſtaꝛ ꝑ duo ſcꝫ q̃tũ ad effectũ qꝛ liberamur a malis. Et iõ dic. Qui nos liberauit. 1. Eſd. 8. Liberauit nos de manu inimi-ci et inſidiatoris in via. Jo. 8. Si filius vos liberauerit Et quantum ad hoc ꝙ vocat nos ad bõa. Et vocauit vo-catione ſua ſancta: quia vocat ad ſanctificanduꝫ. Ro. 8. Quos p̃deſtinauit hos et vocauit. 1. Pe. 2. Qui de te-nebris nos vocauit in admirabile lumẽ ſuum. Et mani-feſtat quedã que dicit dicẽs. Nõ ſm oꝑa ⁊c. vbi oſtẽdit ꝙ ꝑ virtutẽ dei liberati ⁊ vocati ſumꝰ nõ ꝑ humanã. Et p̃mo oſtendit cãm vocationis nr̃e ⁊ liberatiõis eẽ a deo Scđo ꝓceſſũ cãe ibi Que data ẽ ẽt ⁊c. Tertio ꝯmẽdat datorẽ cauſe ſcꝫ grẽ ⁊ eiꝰ cõſeruatorẽ ibi. Qui deſtruxit ⁊c. Dicit ergo vocauit nõ ꝑ nr̃am virtutẽ qꝛ ſcꝫ non per oꝑa nr̃a que ſunt effectꝰ virtutis. Tit. 3. Nõ ex oꝑibus iuſticie q̃ fecimꝰ nos ſꝫ ſm ſuã miſericordiã ſaluos nos fe-cit ⁊c. ſed virtutis eiꝰ. Eſt aũt duplex cã hũane ſalutis q̃ ẽ a deo. Una ẽ eterna ſcꝫ eiꝰ p̃deſtinatio. Alia ẽ tẽporaꝛ ſcꝫ grã iuſtificans. Quantũ ad p̃mũ dicit. Scđm ꝓpoſi-tũ id ẽ p̃deſtinationẽ q̃ ẽ ꝓpoſitũ miſerendi. Ephe. p̃mo Oꝑaꝛ oĩa ſm ꝓpoſitũ voluntatis ſue. Ro. 8. His q̃ ſm ꝓpoſitũ vocati ſũt ſancti ⁊c. Quanũt ad ſecũdũ dicit. Et grãm. Ro. 3. Juſtificati gratis ꝑ grãm ip̃ius ⁊c. ¶ Cir-ca ꝓceſſum grẽ primo oñdit quõ eſt p̃parata grã. Scđo quõ collata. Tertio ꝑ quẽ. Primũ oñdit cũ dicit. Que data eſt ⁊c. 1. p̃miſa ẽ nobis dari añ tꝑa ſecularia ſicut di-cit ph̃s. Seculum nihil aliud ẽ q̃ menſura durationis aliquarum rerum: vnde diuerſa ſecula diuerſe ſunt eta-tes hominũ. Unde vnum ſeculũ durat mille annis quia homo diciꝛ viuere q̃diu eſt in memoria hominũ que nõ excedit mille annos. Tempora ergo ſecularia ſunt q̃ mẽ-ſurãt res mutabiles ⁊ hec inceperunt cum mundo ſꝫ pre-deſtinatio ante mundũ. Ephe. 1. Elegit nos in ipſo ante

conſtitutionem mundi ⁊c. Et dicit. In xp̄o ieſu: quia nō
ſumus electi vt ſaluemur ꝓprijs meritis: ſed per gratiā
xp̄i: quia ſicut p̄deſtinauit ſalutem noſtram ita modum
ſalutis noſtre. Joh. p̄mo. Gratia ⁊ veritas per ieſū xp̄m
facta ē: Sꝫ hec p̄deſtinatio prius erat occulta ſed nūc eſt
manifeſta: ⁊ quomodo? ſicut ꝯceptus cordis per opa: vn
de nunc in effectu operis ſuis electis manifeſtauit ꝑ illu
minationē proprie loquit̄. manifeſtare enī eſt in lucē du
cere Job. 18. Abſcondita ꝓduxit in lucem. Sic ergo ma
nifeſtata ē per hoc ꝙ miſit xp̄m nos illuminantē Eſa. 60
Surge illuminare hieruſalem quia venit lumen tuum.
⁊c. Luce p̄mo. Illuminare his qui in tenebris ⁊ in vm
bra mortis ſedent ⁊c. ¶ Deinde cum dicit. Qui deſtru
xit ⁊c. cōmendat xp̄m illuminatorem ⁊ primo eiꝰ virtu
tem quantū ad mala que abſtulit. Secūdo quantū ad bo
na que cōtulit. Dicit ergo xp̄s ꝓpter hoc ꝙ ꝓ nobis paſ
ſus ſatiſfecit deo pro peccatis noſtris. p̄me Pet. 3. Chri
ſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuꝰ ē ⁊c. Et peccatū
erat cauſa noſtre mortis corporalis Roma. 6. Stipēdia
enim peccati mors: ⁊ ideo deſtruendo peccatum deſtru
xit mortem. Oſee. 13. Ero mors tua o mors ⁊c. Cōtulit
etiam perfecta bona. primo anime in preſenti ꝑ gratiam
fidei. Abac. 2. Juſtus meus ex fide viuit. Sed ē imper
fecta hec vita ſed perficietur in gloria. Jo. 17. Hec ē vita
eterna vt cognoſcant te ⁊c. Secūdo mortalitatē carnis
reſultantem ex gloria aīe. 1. Cor. 15. Oportet corrupti
bile hoc induere incorruptionem ⁊c. Joh. 10. Ego veni
vt vitam habeant ſcꝫ iam per grām et abundantius per
gloriā in futuro. Itē ibidē Oīs qui viuit ⁊ credit in me
nō morietur in eternū.

## Lectio quarta.

i In quo poſitus ſum ego p̄dicator et
apoſtolus ⁊ magiſter gentium. Ob
quā cām etiā hec patior ſed nō con
fundor. Scio enī cui credidi ⁊ certus ſum:
qꝛ potēs ē depoſitū meū ſeruare in illū diē.
Formā habe ſanoꝝ verboꝝ que a me audi
ſti in fide ⁊ in dilectione in xp̄o ieſu. Bonū
depoſitū cuſtodi ꝑ ſpiritū ſanctū qui habi
tat in nobis. Scis enī hoc ꝙ auerſi ſūt a me
oēs qui in aſia ſunt: ex quibus ē philetus ⁊
hermogenes. Det miſericordiā dominꝰ one
ſifori domui: quia ſepe me refrigerauit ⁊ ca
tenā meā non erubuit: ſed cū romam veniſ
ſet ſollicite me q̄ſiuit ⁊ inuenit. Det illi dñs
inuenire miſericordiam a deo in illa die. Et
quanta epheſi miniſtrauit mihi: tu melius
noſti.

Supra monuit ad ſollicitā xp̄i predicationem: hic indu
cit ad hoc per ſui exemplum ⁊ primo ponit hoc. Secūdo
inducit ad ſui ſequelam ibi. Formā habens ⁊c. Tertio
oſtendit ſequendi neceſſitatem ibi. Scis hoc ⁊c. Itē pri
mo ponit ſuū officiū. Secundo oſtendit que patitur pro
ſui officij executione ibi. Ob quā cauſam ⁊c. Tertio ſpei
certitudinem ibi. Scio enim ⁊c. Deſcribit autem officiū
ſuum tripliciter: quia dicit ſe predicatorem ad excitādū
ad bonos mores. infra. 4. Predica verbum. inſta opor
tune importune ⁊c. Marc. vltimo. Predicate euāgeliū
omni creature ⁊c. Apoſtolū ad regendū ecclīam qꝛ apo
ſtoli ſunt prelati eccleſie. Gal. 2. Qui operatus ē petro ī
apoſtolatū circumciſionis operatus ē ⁊ mihi inter gētes
⁊c. Et magiſtrum inſtitutū ad docendū fidei ſanitatem ⁊
cognitionē dei. 1. Timo. 2. Doctor gentium in fide et in
veritate. Johel. 2. Filij ſyon exultate ⁊ letamini in dño
deo noſtro qui dedit vobis doctorem iuſticie ⁊c. Sꝫ di
cit in quo poſitus ſū ego ⁊c. Ubi nota tria. Prīo ꝙ ip̄e
nō aſſumpſit ſibi ſed ab illo poſitus ē Heb. 5. Nemo aſ
ſumit ſibi honorē ſed qui vocatur a deo tanq̄ aaron ⁊c.
Scđo in poſitione deſignat̄ ordo: item firmitas quia ſm
ordinem rōnis inſtitutus firmiter manſit. Job. 15. Po
ſui vos vt eatis ⁊ fructum afferatis ⁊ fructus veſter ma
neat ⁊c. Judic. 5. Stelle manentes ī ordine ⁊ curſu ſuo
¶ Deinde cum dicit. Ob quā cām ⁊c. oſtendit que pati
tur pro ſui officij executione dicens hec aduerſa patior:
ſcꝫ vincula ⁊ tedia: ⁊ hoc pro fide xp̄i: infra. 2. Laboro
vſqꝫ ad vincula ⁊c. Et dicit ob hanc cām qꝛ pati ſimpli
citer nō ē laudabile ſed ꝓpter iuſtam cām. Mat. 5. Btī
qui perſecutionem patiuntur ꝓpter iuſticiam ⁊c. Et iō
non ē ei ad confuſionē qui patit̄ ꝓpter iuſticiā. 1. Pe. 4.
Nemo veſtrū patiat̄ quaſi homicida aut fur aut maledi
cus aut alienorum appetitor ſi autē vt chriſtianus non
erubeſcat ⁊c. Act. 5. Ibant apoſtoli gaudētes ⁊c. ¶ De
inde cum dicit. Scio ⁊c. Ponit̄ certitudo ſpei: que facit
eum non cōfundi etiā hec ꝓuenit ex magnitudine dei ꝓ
mittentis. Et ideo dicit. Cui credidi ⁊c. Et nota ꝙ vno
modo credere ē actus fidei ⁊ ē ſenſus. Scio ⁊c. id ē ſcio
ꝙ ille qui promiſit ē verax ⁊ potens ad reddendā vitam
eternam quā repromiſit homini fideli exiſtenti. Sed cō
tra ex hoc ſequit̄ ꝙ eadē eſt ſciā ⁊ fides ⁊ idem ē ſcitū ⁊
creditū qđ ē impoſſibile quia de rōe sciti ē ꝙ videat̄: de
rōne crediti ꝙ nō. Reſpondeo in fide duo ſunt ſcꝫ id qđ
credit̄ ⁊ ille cui creditur. De eo qđ creditur nō pōt eē ſci
entia quia ſic perderet crediti rōnem ſed de eo cui credit̄
eſt ſcientia quia per euidentiſſimā rōnem ē ſcitum ꝙ de
us ē verax. Et ſic dicit Cui credidi. 1. Jo. 4. Nolite om
ni ſpiritui credere: ſed probate ſpūs ſi ex deo ſunt. Pro
uerb. 14. Innocēs credit omni verbo ⁊c. Alio mō dicit̄
credere fidei eius cui cōmittit rem ſuā ⁊ hic ſenſus ē veri
or quaſi dicat. Meip̄m. labores ⁊ poſſeſſiones credidi. i.
cōmiſi deo: ſcio ꝙ potens eſt depoſitū meum ſeruare ⁊c.
Et nota ꝙ depoſitū dicit̄ dupliciter. Uno mō qđ ego de
poſui. Et ſic hō deponit apud deū ſalutē ſuā qñ ſe deo to
tū cōmittit. 1. Pe. 5. Oēm ſollicitudinē vr̄am in eū ꝓ
ijcientes qm̄ ipi cura eſt de vobis ⁊c. p̄s. Jacta ſuꝑ dñm
curā tuā ⁊ ip̄e te enutriet ⁊c. Itē deponit opa ſua qñ ſcꝫ
nō ſtatim recipit remunerationē ſuā ſed in poſteꝝ. Et ſic
qui bñ facit deponit illud apud deū: ⁊ hoc vſqꝫ in illum
diem quando iudicabit occulta hominū: quia tunc red
det deus mercedem laborum ſuoꝝ. 1. Sap̄. 10. et Eſa. 3.
Dicite iuſto qm̄ bene. quoniā fructū adinuentionū ſuaꝝ
comedet ⁊c. Uel depoſitū id ē qđ penes me poſitū ē ſcꝫ
officiū euangelij. Act. 9. Uas electōis ē mihi iſte vt por
tet nomē meū ⁊c. Etiā deꝰ ē potens cōſeruare ſuū aplm
vſqꝫ ad mortē ſuam. ¶ Deinde cū dicit. Formā hñs ⁊c.
inducit ad ſeq̄lā ſui ⁊ ē duplex littera Una dic̄ habe: alte
ra hñs. Si dic̄ hñs ſic prīo ponit idoneitatē quā ꝓponit
timotheo ad imitandū exemplū aplī. Secūdo hortatur
ad imitandū ibi. Bonū depoſitū ⁊c. Apoſtolus autē bo
nā idoneitatē habuit ſm duo. ſ. ſm eruditionem quan
tum ad cognitionē. Et iō dicit. Sanoꝝ verboꝝ ⁊c. Itē
ſm virtutem. Uñ dicit. In fide ⁊ dilectiōe. Dicit ergo.
Nō potes te excuſare ſi patienter te non habeas vſqꝫ ad
vincula ſicut ego: qꝛ tu es habens formam ſanorum ver
borum ſcilicet que non continent falſitatis corruptio
nem. Titum. 2. Loquere que decent ſanam doctrinam
Et dicit̄ doctrina ſana nō corrupta effectiue quia nos ſa

nos facit. Et addit. Que a me audiſti: quaſi dicat nõ es
deceptus quia hoc tibi tradidi qd̓ a xp̃o audiui. i. Cor.
xi. Ego enĩ accepi a domino qd̓ ⁊ tradidi vobis. Luce
10. Qui vos audit me audit ⁊c. Et hoc in fide ⁊ dilecti-
one quia ſi aliquis oĩa verba ſana ſciret ⁊ nõ crederet nõ
eſſet idoneus: nec etiam diligeret quia ⁊ de facili recede
ret a doctrina vel per aduerſa vel per proſpera. Heb. ii.
Sine fide impoſſibile eſt placere deo ⁊c. i. Joh. 3. Qui
non diligit manet in morte ⁊c. Et hoc in xp̃o ieſu q̃ ve-
ra fides ẽ eorum que xp̃s docuit ⁊ vera dilectio ẽ in xp̃o
qui dedit ſpm̃ ſanctum ꝑ quẽ deum diligimus. Hec igit
habens cuſtodi bonũ depoſitum qd̓ ſcʒ dedi tibi id ẽ of-
ficium p̃dicationis vt nunq̃ a veritate recedas nec pro-
pter timorem officiũ predicationis vllo tẽpore dimittas
Prouer. 4. Omni cuſtodia ſerua cor tuum ⁊c. p̃me Ti
mo. 6. O timothee depoſitũ cuſtodi ⁊c. Et hoc cuſtodi
bono adiutorio ſcʒ per ſpiritũ ſanctũ. p̃me Cor. 3. Neſci
tis quia templum dei eſtis ⁊ ſpiritus dei habitat ĩ vobis
⁊c. Secundũ aliã litterã monet ad duo. Primo ad ſanã
doctrinaʒ. Secundo ad perſeuerantiam in ea ſnĩa quã-
do ⁊ quando nõ imitatur. ¶ Deinde cum dicit: ſcis hoc
⁊c. oſtendit neceſſitatẽ monitionis ex defectu ⁊ profectu
aliorum. Quãdo enĩ aliquis videt aliquos ſocioꝝ ſuo-
rum proficere ⁊ aliquos deficere nititur ſequi bonos. Et
ideo primo cõmemorat deficientes: ſcd̓o ꝓficientes ibi.
Det miſericordiam ⁊c. oſtendit ergo quid cuſtodiat al̓s
eſt periculum. p̃me Cor. 10. Qui ſe exiſtimat ſtare vide
at ne cadat ⁊c. Et ideo dicit. Auerſi ⁊c. Glo. Iſti falla-
cia erant pleni ſimulate eĩ fuerãt apl̓o vt ſcʒ addiſcerẽt
vnde facerent calũniam apoſtolo. Iſti ergo qui ſũt auer-
ſi a me ſunt modo in aſia inter quos p̃cipue ſunt iſti duo
qui conuerſi ſunt per iacobum. ¶ Deinde cũ dicit. Det
miſericordiam ⁊c. oſtendit alioꝝ profectũ ⁊ precipue cu
iuſdam oneſiphori cõmemorans. Primo bona que ſibi
contulit rome. Secundo que in aſia. Item p̃mo optat ei
dei miſericordiam. Secundo oſtendit meritũ miſericor-
die. Tertio tempus miſericordie. Primũ cũ dicit. Det
miſericordiam ⁊c. Recte optat ei miſericordiã quia pre-
ſens vita miſeria ẽ Job. 14. Homo natus de muliere bre
ui viuens tempore: replet multis miſerijs ⁊c. Dicit det
non ſolum perſone ſed familie quia ꝓpter bonitatẽ vni⁹
deriuatur gratia ad totã familiam. Mat. 10. Si quideʒ
fuerit domus illa digna veniet pax veſtra ſuper eam ⁊c.
Meritũ autẽ miſericordie eſt miſericordia quã habebãt
in apoſtolum. Unde dicit: quia ſepe me refrigerauit: ſcʒ
quietem p̃ſtando. Mat. 5. Beati miſericordes quoniaʒ
ipi miſericordiam cõſequent̃. Eccl̓. 18. Nonne ardorem
refrigerabit ros ⁊c. Phil. 16. Uiſcera ſanctoꝝ requieue
runt ꝑ te frater ⁊c. ¶ Et cathenã meã ⁊c. infra. 2. Labo-
ro vſq; ad vincula: quaſi male operãs ⁊c. nõ erubuit ſed
cum romã veniſſet ſollicite vt amicus queſiuit. Eccl̓. 6.
Si poſſides amicũ in tẽptatione poſſide illuʒ ⁊c. Pro-
uer. 17. Omni tẽpore diligit qui amicus ẽ ⁊c. ¶ Optat
autẽ miſericordiam futuri ſeculi cum dicit. In illa die ĩ
qua ſcʒ dominus iudicabit oẽs qñ miſericordia ẽ neceſſa
ria: nõ ſolum autem rome ſed ⁊ epheſi. Et ideo dignus
eſt diuina miſericordia.

## Capitulum ſecundũ.

Tu ergo fili mi confortare in gra
tia q̃ ẽ in xp̃o ieſu: ⁊ que audiſti a
me ꝑ multos teſtes: hec cõmẽda
fidelibus hominib⁹ qui idonei erũt ⁊ alios
docere. Labora ſicut bon⁹ miles chriſti ieſu
Nemo militans deo implicat ſe negocijs ſe-
cularib⁹ vt ei placeat cui ſe probauit. Nam
⁊ qui certat in agone: nõ coronabit̃ niſi legi
time certauerit. Laborantẽ agricolã opor-
tet primũ de fructib⁹ accipe. Intellige que
dico: dabit enim tibi dominus in omnibus
intellectum.

Supra induxit timotheũ ad diligentẽ euangelij p̃dicati
onem: inducit eũ hic ad conſtantẽ tolerantiam martyrij
Et primo inducit eum a ſuſtinendã paſſionem ꝓ ſalute
fidelium. Scd̓o docet eum qualiter reſiſtat infidelibus.
ibi. Noli verbis ⁊c. Itẽ primo inducitur preparatio ad
martyriũ ſuſtinendũ. Scd̓o exhortatio martyrij ibi. Me
mor eſto ⁊c. Preparatio martyrij p̃mittit̃ quantum ad
tria. Primũ ẽ animi fortitudo. Scd̓m ẽ bonoꝝ diſpenſa
tio ibi. Et que audiſti ⁊c. Tertiũ ẽ fructuoſus militie la
bor ibi. Labora ⁊c. Req̃rit̃ aũt ad martyriũ animi forti
tudo que ẽ circa pericula mortis: ⁊ ideo dicit. Tu ergo
fili mi ſcʒ quẽ per euangeliũ genui confortare in gratia:
p̃s. Uiriliter agite ⁊ confortetur cor vr̃m ⁊c. nõ in te ſcʒ
cuius fortitudo ẽ vana ſed in deo. Ephe. 6. Confortami
ni in domino ⁊ in potentia virtutis eius ⁊c. ¶ In gr̃a. i.
gratuito dei dono ꝑ xp̃m. Jo. i. Gr̃a ⁊ veritas per ieſum
xp̃m facta eſt ⁊c. Scd̓m eſt diſpenſatio bonorum. Circa
qd̓ notandum ẽ q̃ quando aliquis adducit̃ ad mortem
diſponit de ſuis. Non ergo minus debẽt eſſe ſolliciti ſã
cti de bonis ſpũalibus ſibi creditis q̃ nõ diſpereãt poſt
eorũ mortẽ ſed alijs credant: ⁊ ideo monet eum vt ſi ad
martyrium venerit q̃ diſpenſet doctrinã fidei. Et primo
ponit quõ accepit q̃ ꝑ auditũ. Unde dicit. Que audi-
uiſti a me ⁊ ego a xp̃o. Et dico a me nõ ſingulariter ſʒ cõ
firmatã ꝑ multos teſtes id ẽ ꝑ legem ⁊ ꝓphetas Ro. 3.
Teſtificata a lege ⁊ a ꝓphetis ⁊c. Uel ꝑ apl̓os. i. Cor.
15. Siue eĩ ego ſiue illi ſic predicauimus ⁊ ſic credidi-
ſtis ⁊c. ¶ Hec cõmenda inquantũ ſunt accepta. Sap̃. 7.
Quã ſine fictione didici ⁊ ſine inuidia cõico ⁊c. ¶ Fide
libus hominib⁹: vt ſcʒ nõ querãt lucrũ t̃pale ſed gloriam
dei. i. Cor. 4. Hic iam queritur inter diſpẽſatores vt fi-
delis quis inueniat̃ ⁊c. Mat. 24. Fidelis ſeruus ⁊ pru
dens quẽ conſtituit dñs ſuꝑ familiã ſuã ⁊c. Itẽ qui ſunt
idonei ad diſpenſandũ. Debẽt aũt eſſe idonei tripliciter
Primo intellectu vt ſint ſapientes ad intelligendũ. Lu
ce. 21. Ego dabo vobis os ⁊ ſapientiã ⁊c. Itẽ linguaʒ vt
facundi ad docendũ. Eſa. 50. Dñs dedit mihi linguam
eruditam vt ſciã ſuſcitare eũ qui laſſus eſt verbo ⁊c. Itẽ
ope q̃ cepit ieſus facere ⁊ docere. Act̓. i. ¶ Deinde cuʒ
dicit. Labora ⁊c. ponit̃ tertiũ ſcʒ legitim⁹ militie labor
ad quẽ primo hortat̃. Secũdo ponit laboris p̃mium ibi.
Nam ⁊ qui ⁊c. Tertio militie ſtipendia. Laborantem
⁊c. Itẽ primo hortat̃ ad legitimũ laborem. Scd̓o expo-
nit quis labor ſit legitim⁹ ibi. Nemo ⁊c. Dicit ergo La-
bora ⁊c. Eſt aũt tripliciter aliq̃s miles xp̃i. Prĩo in q̃tũ
pugnat ꝯtra pctã. Job. 7. Militia ẽ vita hoĩs ſuꝑ terrã
⁊. 14. Cunctis dieb⁹ quibus nũc milito expecto ⁊c. Et
hec pugna ẽ ꝯtra carnẽ mundũ ⁊ diabolũ. Ephe. vi. Nõ
ẽ nobis colluctatio aduerſus carnẽ ⁊ ſanguinẽ ⁊c. Scd̓o
ẽ aliquis miles xp̃i pugnãdo ꝯtra errores. 2. Corinthio.
10. Arma militie noſtre non ſunt carnalia: ſed potentia
deo ad deſtructionem munitionũ conſilia deſtruẽtes ⁊c.
Tertia eſt militia martyrũ contra tyrannos. Et hec eſt
laborioſior. Jo. 25. Nunquid ẽ numer⁹ militũ eius. Et
non debet quieſcere miles quia dicitur a militia ſuſtinẽ-
da. ¶ Deinde cum dicit. Nemo ⁊c. exponit quid ſit legi
timus labor. Et primo inducit eum ad laborem. Secun
do oſtendit qualis debet eſſe bonus miles ibi. Ut ei pla

ceat ⁊c. Primo circa primū duo facit quia exemplū poſuit. Secundo manifeſtat. Dicit ergo. Nemo ⁊c. Circa primū ſciendum ē ꝙ alius ē finis militie ſpūalis ⁊ aliuſ eſt finis militie corporalis: quia finis militie corporalis eſt vt obtineat victoriam contra hoſtes patrie: ⁊ iō milites debent abſtinere ab his que abſtrahunt a pugna puta a negocijs ⁊ delicijs. ꝑme Cor. 9. Qui in agone cōtendit ab omnibus ſe abſtinet ⁊c. Sed militie ſpūalis finis ē vt victoriam habeant ab hominibus qui ſunt contra deum: ⁊ ideo oportet ꝙ abſtineant ab omnibus que diſtrahunt a deo: hec autem ſunt negocia ſecularia: quia ſolicitudo huius ſeculi ſuffocat verbum. Et ideo dicit īplicat ſe. Sed contra. Negocia ſecularia ſunt temporalia: hoc autem apoſtolus fecit quādo vixit de labore manuum ſuarum. Reſpondeo dicendū eſt ꝙ apoſtolus dicit implicat ⁊ non dicit exercet: ille autē eis implicatur cuius cura ⁊ ſollicitudo iniungitur circa ipſa. Et tūc ꝓprie ipā hec interdicuntur militibus xp̄i in quibus oſtēditur non eſſe neceſſe implicari animū. Itē non dicit ſimpliciter implicatur ſed dicit implicat ſe: quia quandoqꝫ implicatur ⁊ non ſe implicat. Implicat enim ſe quando ſine pietate ⁊ neceſſitate aſſumit: ſed quando neceſſitas officij pietatis ⁊ auctoritatis exercetur tunc non implicat ſe ſed implicatur huiuſmodi neceſſitate. Roma. 16. Aſſiſtatis ei in quocunqꝫ negocio veſtri indiguerit. Cauſa autē quare nō debet ſe implicare ē vt ei placeat. ꝑme Joh. 2. Si quis diligit mundum non eſt charitas p̄ris in eo. Qui enim eſt miles xp̄i deuouit ſe ad militandū deo: ⁊ ideo dꝫ conari vt ei placeat cui ſe deuouit. ¶ Deinde cum dicit. Nam ⁊ qui ⁊c̄. ponit laboris premium. Et quia diceret aliquis. O paule magna imponis: ſed quis eſt eorum fructus? Reſpondet aſſumatis exemplū in pugnis ſecularibus vbi non omnes ſed legitime pugnantes accipiunt coronam. Sic ergo erit ⁊ in ſpūalibꝰ ꝙ nullus coronabitur niſi ſeruet debitas leges pugne. prime Cor. 9. Illi quidem vt corruptibilē coronam accipiant: nos autem incorruptam. ⁊c. Sap̄. 4. Imperpetuum coronata triumphat ⁊c. ¶ Deinde cum dicit. Laborantem ⁊c̄. oſtendit ſtipendia interdicitqꝫ ei negocia ſecularia. Et primo proponit ſtipendia ſub metaphora. Secundo exponit ibi. Intellige ⁊c. officium enim predicatorum ⁊ doctorum eſt officium militum: inquantū inſurgunt contra hoſtes ⁊ vicia. Item agricole inquantū fructum faciunt promouendo ad bona huius. Ager eſt eccleſia ⁊ p̄cipalis agricola eſt deus interius ⁊ exterıꝰ operans. Jo. 15. Ego ſum vitis vera ⁊ pater meꝰ agricola eſt ⁊c. Homines autē exterius adhibēt miniſteriū. 1. Cor. 3. Ego plantaui apollo rigauit: deus autē incrementum dedit ⁊c. Iſti ſunt exteriores agricole. Job. 31. Si animam agricolarum eius afflixi ⁊c. Iſtū ergo agricolam oportet fructum accipere: huius fructus ſunt opera virtutum. Eccl̄. 24. Flores mei fructꝰ honoris ⁊ honeſtatis ⁊c. Gal̄. 5. Fructus autem ſpiritus eſt charitas gaudium: pax patientia ⁊c. Inter hos fructus ſūt ⁊ fructus elemoſynarum. Act̄. 9. Hec erat plena fructibꝰ bonis ⁊ elemoſynis quas faciebat. Iſti ergo debēt principaliter fructum percipere vt ip̄i gaudeāt. P̄rio de ſubditorum fructibus. Phil̄. 4. Itaqꝫ fratres mei chariſſimi ⁊ deſiderantiſſimi gaudium meum ⁊ corona mea ⁊c. Secundo de ſubſidijs temporalibus nō pro p̄mio principali ſed ſtipendio. Gal̄. 6. Cōmunicet autem is qui cathetizatur verbo: vel qui ſe cathetizat in omnibꝰ bonis. Mat. 10. Dignus eſt operarius cibo ſuo. ¶ Deinde cū dicit. Intellige ⁊c̄. exponit que dixerat ſequens modū xp̄i poſt parabolas. Mat. 13. Qui habet aures audiēdi audiat. Quaſi dicat. Reduc hec ad intelligentiā ſpūalē Dan̄. 16. Intelligentia enim opus eſt ī viſione: quaſi diceret aliquis: tu dicis accipe ſtipendium o timothee: ſed tu non facis quia de labore manuum vis viuere. Unde intellige quia eſt neceſſaria diſcretio: quia ibi non ſūt accipienda vbi ē occaſio auaritie contra euangeliū vel propter cupiditatem vel propter otium ⁊ hoc poteris intelligere: quia dabit ⁊c. ꝑme Joh. 2. Unctio docebit vos de omnibus. ⁊c.

## Lectio ſecunda.

m

Memor eſto dominū ieſū xp̄m reſurrexiſſe a mortuis ex ſemīe dauid ſm̄ euāgeliū meū ī quo laboro vſqꝫ ad vincula quaſi male operans. ſed verbū dei nō eſt alligatū. Ideo oīa ſuſtineo propt̄ electos: vt ⁊ ip̄i ſalutē cōſequant̄ que eſt ī xp̄o ieſu cū gloria celeſti. Fidelis ſermo Nam ſi cōmortui ſumꝰ: ⁊ cōuiuemꝰ: ſi ſuſtinebimꝰ ⁊ cōregnabimꝰ. ſi negauerimus ⁊ ille negabit nos. ſi nō credimus. ille fidelis ꝑmanet negare ſeipſū non poteſt. Hec cōmone teſtificans corā deo. Noli cōtēdere verbis ad nihil enim vtile eſt niſi ad ſubuerſionē audientium. Sollicite autem cura teipſū probabilem exhibere deo: oꝑariū incōfuſibilē recte tractantem verbum veritatis.

Supra ponit̄ preparatio ad martyrium: hic ponitur exhortatio ad ip̄m: ⁊ primo p̄mittit exemplum premij. Secundo exemplū martyrij ibi. In quo laboro ⁊c. Tertio manifeſtat conſequentiam premij ad martyriū ibi. Fidelis ſermo ⁊c. Nam premiū mortis precioſe martyrij ē reſurrectio glorioſa: cuius exemplum preceſſit in capite noſtro xp̄o. Et iō dicit. Memor eſto. Quaſi dicat. Dn̄m nr̄m ieſum xp̄m ſupple habe in mēte contra tribulatōes Prouer. 3. In oībus vijs tuis cogita illū: ⁊ ip̄e diriget greſſus tuos. Multa enim ſunt in eo cogitanda: ſed ſpecialiter reſurrectio. Ad hanc enim oīa ordinant̄ et precipue totus xp̄iane religionis ſtatus. Ro. 10. Si confitearis in ore tuo dominū ieſum ⁊ in corde tuo credideris ꝙ deus excitauit illū a mortuis ſaluus eris. Et nota ꝙ nō dicit reſuſcitatū qꝛ ⁊ ſi p̄r eū ſuſcitauerit tn̄ ꝓpria etiam virtute reſurrexit ⁊ ē primꝰ reſurgentiū. 1. Cor. 15. Sꝫ qꝛ ſm̄ naturā hūanā ſurrexit ⁊ mortuꝰ ē ex ſemīe dauid. Ro. 1. Qui factꝰ ē ei ex ſeīe dauid ſm̄ carnē ⁊c̄. ¶ Scd̄m euangeliū meū. i. a me p̄dicatū. 1. Cor. 15. Notū aūt facio vobis euangeliū qd̄ p̄dicaui vobis ⁊c. Qui p̄dicat euāgeliū ē miniſter euāgelij: ſicut qui baptizat ē miſter baptiſmi. Tamen non poteſt dici baptiſma meū ſꝫ euangelium ſic. Et hoc ideo quia multum facit exhortatio et ſollicitudo. ¶ Deinde cum dicit. In quo laboro ⁊c. oſtēdit ſe in exemplum martyrij ⁊ primo eius penam. Scd̄o eius cām ibi. Ideo omnia ⁊c̄. Tria aūt oſtendit eē in pena ſcꝫ acerbitatē obprobriū ⁊ cōſtantiā. Acerbitatē poſt cū dicit. In quo ſcꝫ euāgelio p̄dicādo vel ꝑ quo laboro id ē affligor: ⁊ hoc vſqꝫ ad vincula: qꝛ qn̄ hanc epiſtolā ſcripſit erat rome ī vinculis. Ephe. vlt̄. Miniſteriū euāgelij ꝑ quo legatiōe fungor in cathena. Obprobriū q̄ꝫtū ad infideles cū dicit. Quaſi male operans: xp̄iani eīm tūc reputabant̄ peſſimi. Luc. 9. Btī eritis cū vos oderūt homines ⁊ ſeparauerint ⁊ exprobrauerint ⁊c̄. Chriſtus etiam fuit damnatus quaſi male operans. Eſa. 53. Et cum ſceleratis reputatus eſt. Conſtantiam autem

oñdit cum dicit. Sʒ vbum dei. ⁊c. licʒ enim corpus ſit
alligatũ tamen verbum dei non ē alligatũ: quia p̄dicatio
fuit ex voluntate apoſtoli que libera ē ⁊ precipue ꝓpter
efficaciam charitatis que nihil timet. Ro. 8. Cert⁹ ſum
enim quia neqꝫ mors neqʒ vita ⁊c. Quia ſicut p̄me Jo.
3. dicitur: Maior eſt deus corde noſtro ⁊c̄. Et dicitur ꝙ
in vinculis exiſtens multos conuertit. ¶ Deinde cuʒ di
cit. Jdeo omnia ⁊c. Oſtendit cauſam quia martyrē non
pena facit ſed cauſa. Duplex autem eſt cauſa martyrij. ſ.
propter diuinũ honorem ⁊ ſalutem proximi. Propt̄ de-
um quidē: quia Roma. 8. Propter te mortifi camur to-
ta die ⁊c. Propter ſalutē proximorũ quia dicit hic Pro
pter electos. Joh. 15. Maiorem charitatem nemo habʒ
vt animā ſuam ponat quis pro amicis ſuis ⁊c. p̄me Jo.
3. Quoniam ille pro nobis animā ſuā poſuit ⁊ nos debe
mus pro fratribus animas ponere. Et dicit propter ele-
ctos quia quecunqʒ bona fiunt ſpecialiter cedunt in bo-
num electorum nō reproborũ. Et quomodo: vt ⁊ ip̄i ⁊c̄.
Sed nunquid nō ſufficit paſſio xp̄i. Dicendum ē ꝙ ſic
effectiue: ſed paſſio apoſtoli dupliciter: quia dabat exem
plum perſiſtendi in fide. Secundo quia confirmabat̃ fi-
des: ⁊ ex hoc inducebant̃ ad ſalutem. Et hoc in xp̄o id ē
que venit nobis per eum. Mat. p̄mo. Jp̄e enim ſaluum
faciet populũ a peccatis eorum ⁊c̄. Et hoc nō ſolũ ſalutē
gratie preſentē ſed etiam cũ gloria celeſti. Mat. 5. Mer
ces veſtra copioſa eſt in celis. ¶ Deinde cuʒ dicit. Fide-
lis ſermo ⁊c. Ponit conſequentiā premij ad meritũ mar
tirij. Et primo ponit atteſtationē. Secundo cōſequenti
am ibi. Nam ſi ⁊c. Tertio confirmat per teſtimoniũ ibi.
Hec cōmone ⁊c̄. Dicit ergo fidelis ⁊c. i. verbum qđ di-
cam ē fidele. Apoc̄. vltimo. Hec verba fideliſſima ſunt.
⁊c. ¶ Deinde cum dicit. Nam ſi ⁊c̄. ponit conſequentiā
⁊ primo de remuneratione bonorũ. Secundo de punitio
ne maloꝝ ibi. Si negauerimus ⁊c. Jn premio bonorum
ſunt duo ſcʒ reparatio per reſurrectionem: ⁊ ſuperaddi-
tio glorie ad quam reſurgent. Et ideo primo oſtendit ꝙ
per chriſtum venit̃ ad reparationeʒ vite. Scđo ꝙ ꝑ ipſũ
venitur ad reſurrectionē ibi. Si ſuſtinemus ⁊c. Dic̄ er-
go. Si cōmortui ſumus ſcʒ cum chriſto ⁊ hoc per ſacra-
menti ſuſceptionē in baptiſmo. Roma. 6. Cōſepulti eñ
ſumus cũ illo per baptiſmũ in mortem ⁊c. Jtem per peni
tentiā nos macerando. Gal. 6. Qui xp̄i ſunt carnem ſuā
crucifixerunt cũ vitijs ⁊ cōcupiſcentijs. Jtem pro cōfeſſi
one veritatis moriendo ſicut ⁊ chriſtus p̄s. Precioſa in
conſpectu domini mors ſanctorum eius. Si ergo com-
mortui ſum⁹ ⁊ conuiuem⁹ id eſt ſicut ip̄e reſurrexit ſic et
nos. Ro. 6. Si conplantati facti ſum⁹ ſimilitudini mor-
tis eius ſimul ⁊ reſurrectionis erimus. ¶ Deinde agit đ
gloria quā ſancti merent̃ per mortis ignominiā. Luc. vl
timo. Nonne hec oportuit xp̄m pati. Et ideo dicit Si ſu
ſtinuerim⁹ ſcʒ patienter ⁊ obprobria conregnabim⁹ id ē
ſimul cum ip̄o perueniemus ad regnũ. Mat. 5. Beati q̇
perſecutionē ⁊c. ¶ Deinde cum dicit. Si negauerimus
⁊c. oſtendit conſequentiā quantum ad penas. Duplicit̃
autē poteſt aliquis peccare contra fidē. Primo exterius
negando. Secundo interius eam deponendo. Quantuʒ
ad primũ dicit. Si negauerimus ſcʒ coram alijs ip̄e ne-
gabit nos in iudicio. Matth. 25. Amen dico vobis ne-
ſcio vos ⁊c. Negare eſt non cognoſcere eos eſſe de oui-
bus ſuis. Quantum ad ſecundũ dicit. Si non credim⁹
id eſt ſi fidem a corde abijciamus ip̄e fidem ſuam tenet.
Unde fidelis manet in ſua fide: quia fides nihil aliud eſt
ꝙ̄ participatio veritatis. Jp̄e autem ē ip̄a veritas q̄ ne-
gare ſe non poteſt. Ergo non ē omnipotens. Reſpōdeo
Ex hoc ē omnipotens ꝙ ſeip̄m negare non poteſt. Poſ
ſe enim deficere magis ē pertinens ad impotentiā quia

ꝙ aliquid deficiat a ſuo eſſe ē per debilitatē virtutis ꝓ-
prie. Chriſtum autē negare ſeip̄m ē deficere a ſeip̄o hoc
ergo ip̄m ꝙ non poteſt negare ſe ē ratio perfecte virtut̃.
Unde nec peccatum cadit in eum vt eſt dictum: nec pōt
negare ſuam virtutem ⁊ ſuā iuſticiā quin puniat. Mat.
vltimo. Qui vero non crediderit condemnabit̃. Sʒ nũ-
quid non poteſt deus alicui remittere penam. Pōt quí-
dē ſecundum ordinem ſapientie ſue: ſed contra ordinem
ſapientie ⁊ iuſticie nō. ¶ Deinde cũ dicit. Hoc auteʒ cō-
mone ⁊c. confirmat per teſtimonium. Quaſi dicat. Si-
mul cum alijs admoneo vt ſemper habeas in corde teſti
ficans coram deo id eſt teſtem adducens coram quo lo-
quor. ¶ Deinde cũ dicit. Noli verbis ⁊c. oſtendit quo-
modo reſiſtat infidelib⁹: ⁊ primo p̄mittit modũ reſiſtendi
Secundo oſtendit que ſunt quibus reſiſtat ibi. Propha
na ⁊c. Jtem primo excludit indebitum modũ reſiſtendi.
Secundo ponit debitũ ibi. Sollicite ⁊c. Circa primum
primo excludit indebitũ modũ. Secundo rationem aſſi-
gnat ibi. Ad nihil ⁊c. Dicit ergo. Noli ⁊c. Cōtentio im
portat concertationē in verbis. Poteſt ergo ſecũdũ duo
intelligi: quia acrimoniā loquens deprauat̃ dupliciter.
vel per hoc ꝙ acceditur ad fauorē falſitatis quando q̇s
cum confidentia clamoris impugnat veritatē. Alio mo-
do propter inordinationē quando vtitur acrimonia. vel
vltra modum debitũ vel contra qualitatē perſone. Sed
ſi moderate ⁊ cum circũſtantijs debitis ⁊ ꝓ veritate nō
ē peccatum. Et ſic in rethorica eſt vnum inſtrumētuʒ ex-
hortationis. Tamē in ſacra ſcriptura dicit̃ ſm̄ ꝙ impor
tat inordinationē. p̄me Coꝛ. 11. Si q̇s videt̃ inter vos
contētioſus eē nos non habem⁹ talē conſuetudinē neqʒ
eccleſia dei. Et dicit verbis quia aliqui diſceptant ſoluʒ
verbis improperij. Et hoc ꝓprie ē contendere. Si hoc
fit nō verbis tm̄ ſed veris rationibus: hoc eſt diſputare
nō contendere. ¶ Deinde cum dicit. Ad nihil ⁊c. oſten-
dit rationē documēti. Nam moderata diſputatio quādo
cum ratione fit ē vtilis ad inſtructionē: ſʒ quando cũ ver
bis tunc ē litigioſa. Jđ dicit. Ad ſubuerſionē: ⁊ hoc du-
pliciter. Uno modo dũ qđ ē certuʒ venit in dubiũ. Alio
modo quia audiētes ſcandalizant̃ Prouer. 14. Ubi ver
ba ſunt plurima ibi frequenter egeſtas. Uñ Jac. 3. Ubi
zelus ⁊ contētio ibi incōſtantia ⁊ oē opus prauum. Sed
nunquid nō ſine cōtentione debet quis diſputare coram
populo de fide. Reſpondeo diſtinguendũ ē ex parte au-
dientium: quia aut ſunt ſollicitati ab infidelib⁹: ⁊ tunc ē
vtilis publica diſputatio qꝛ ſimplices efficiunt̃ mag̃ in-
ſtructi quādo vidēt errantes confutari. Si vero nō ſunt
ſollicitati ab infidelibus: tunc nō ē vtilis diſputatio ſed
periculoſa. Jtē ē diſtinguēdum ex parte diſputantis: qꝛ
ſi diſputans ē prudens ꝙ manifeſte confutet aduerſariũ
tunc debet publice diſputare. ſi vero nō nullo mō ¶ De
inde cum dicit. Sollicite ⁊c. ponit debitũ modum reſi-
ſtendi. Et primo quantum ad rectā intentionē. Secũdo
quantum ad rectam oꝑationem. Tertio quantum ad re
ctam doctrinā. Qui enī vult diſputare p̄mo dʒ ſcrutari
ſuam intētionē vtruʒ moueatur bono zelo. Jdeo dicit ꝓ
babilē deo exhibere qui ſcʒ probat coꝛ. 2. Coꝛ. 10. Nō
enim qui ſeipſum cōmendat ille probatus ē ſed quē de⁹
cōmēdat. p̄s. Probaſti coꝛ meum ⁊ viſitaſti nocte. ⁊c.
Jtē ꝙ doctrinam quā p̄dicāt ore ſtabiliat per oꝑa quod
niſi faciat ē confuſione dignus. Uđ dicit. Operariũ in-
confuſibilem. Quaſi dicat. Hec facito: ſi non confunde
ris. Jtem ꝙ recte tractet verbum veritatis vera docēdo
⁊ vtilia audiētibus: non querens lucruʒ ⁊ gloriam. ſcđe
Coꝛ. 2. Non ſumus ſicut plurimi adulterantes verbuʒ
dei ſed ex ſinceritate ſicut ex deo coram deo in chriſto lo
quimur.

## Lectio tertia.

Prophana aūt ⁊ vaniloquia deuita. Multuꝫ em̄ ꝓficiūt ad impietatē: ⁊ ſermo eoꝝ vt cancer ſerpit. Ex quibus eſt hymeneus ⁊ philetus: quia a veritate exciderūt. dicētes reſurrectioneꝫ iam factam: ⁊ ſubuerterunt quorūdā fideꝫ. Sed firmū fundamentū dei ſtat: habens ſignaculum hoc. Cognouit domin⁹ qui ſunt eius: ⁊ diſcedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen domini. In magna auteꝫ domo nō ſolum ſunt vaſa aurea ⁊ argentea: ſꝫ ⁊ lignea ⁊ fictilia: ⁊ quedā quidē in honorē: quedā autē in contumeliā.

Supra inſtruxit timotheū oſtendens modū generalem quo infidelibus eſt reſiſtendum: hic oſtendit in ſpeciali quibus ſit reſiſtenduꝫ. Et ꝑmo oſtendit quibus eſt reſiſtendū. Secundo quare ibi. Multū em̄ ⁊c̄. Tertio quō ibi. Iuuenilia ⁊c. Dicit ergo. Prophana ⁊c. Ubi oſtendit duo eſſe vitanda ſcꝫ ꝓphana ⁊ vaniloquia ⁊ referunt ad idem vel ad diuerſa. Nam ꝓphana dicunt quaſi procul a phano ſcꝫ cultu diuino. ⁊ hec ſunt documenta hereſum ⁊ hec vitanda. Ideo dicit. Deuita ꝓphana. Poteſt etiam dici ꝙ hec ꝓphana ſunt q̄ fidei repugnant: ſꝫ vaniloquia fabuloſa. pſ̄. Uana locuti ſunt vnuſq̄ſqꝫ ad ꝓximū ſuum. ¶ Deinde cuꝫ dicit. Multū em̄ ⁊c. oſtendit quare hec ſunt vitanda. ⁊ hoc dupliciter. Primo ex nocumēto qđ inferūt. Scđo ex fructu vitationis ibi. Si q̄s ⁊c. Circa primū duo facit. qꝛ ꝑmo oñdit quō noceant ad fidei ſubuerſionē. Secundo quō nō poſſunt totaliter fidem ſubuertere ibi. Sed firmū ⁊c. Item ꝑmo ponit documentum. Secundo ſubdit ſimilitudinē ibi. Et ſermo. ⁊c. Tertio exemplum ibi. Ex quibus eſt ⁊c. Dicit ergo. hec ſunt vitanda que impediūt pietatem qui cultus dei dicit. Un̄ doctrina fidei eſt doctrina pietatis. Impietas vero eſt doctrina contra fidem. Unde dicit. Multum ꝓficiunt ⁊c. id eſt ꝓducunt ad errorē ſiue ad erroneaꝫ doctrinam. Sed hic ꝓfectus eſt in malis abuſiue. infra. 3. Mali hoīes ⁊ ſeductores ꝓficiūt in peius errantes ⁊ in errorem mittentes. ¶ Deinde ponit eoꝝ ſimilitudinem dicens. Sermo ⁊c̄. Heretici em̄ dicunt a ꝑncipio quedā vera ⁊ vtilia. ſed cū audiunt euomūt mortifera. Et ideo dicit. Sermo eoruꝫ ⁊c̄. Ecc̄. 11. A ſcintilla vna augetur ignis. ⁊ ab vno doloſo auget ſanguis. ¶ Deinde cum dicit. Ex quibus ⁊c. ponit ad hoc exemplum. Hi em̄ duo fidem ſuo tempore corrumpebant. A quibus quidam errantes conuerſi ſunt in vaniloquiū ⁊c. De phileto dicit ſupra. 1. Auerſi ſunt a me om̄es q̄ ſunt in aſia ex quib⁹ eſt philet⁹ ⁊ hermogenes. De hymeneo aūt habet. 1. Ti. 1. Ex quib⁹ eſt hymeneus ⁊c. Et dicit. exciderunt. 1. Io. 2. A nobis exierūt. Et hoc aggrauat: qꝛ. 2. Pe. 2. Melius em̄ erat eis non cognoſcere viā iuſticie q̄ꝫ poſt agnitionem retrorſum conuerti. ⁊c. Errabant aūt dicentes reſurrectionē iam factam eſſe. De qua Matth. 27. Multa corpora ſanctorum qui dormierant ſurrexerunt ⁊c. Et dicebāt ꝙ non eſt alia reſurrectio expectanda. ſed tūc reſurrexerūt. Alio modo ⁊ melius ꝙ ſicut eſt duplex mors ita duplex eſt reſurrectio ſcꝫ anime ⁊ corporis. De reſurrectione anime habet Apoc. 20. Beatus ⁊ ſanctus qui habet parteꝫ in reſurrectione ꝑma ⁊c. Dicebant ergo ꝙ omnia que dicunt in ſcꝑturis erant referenda ad reſurrectionem aīarum que iam facta eſt Col. 3. Si conſurrexiſtis cum xp̄o que ſurſum ſunt querite ⁊c. Et hic error eſt etiam hodie apud hereticos ⁊ ꝑ iſtum ſubuertūt quoſdā. Et congrue dicit. ⁊ ſubuertunt: qꝛ deſtruunt fundamētuꝫ fidei Act. 13. O plene om̄i dolo ⁊ om̄i fallacia fili diaboli ⁊ inimice om̄is iuſticie non deſinis ſubuertere vias dn̄i rectas. ¶ Deinde cū dicit. Sed firmū ⁊c. oſtēdit quomō ꝑ hereſes fides nō eſt totaliter ſubuertenda. Et ꝑmo ꝙ ꝑ doctrinas hereticas non poteſt tota eccleſie fides corrumpi. Secundo oſtēdit quare deus ꝑmittit aliquos errare ibi. In magna autē ⁊c. Item ꝑmo oſtendit immobilitatē fidei electorū. Secundo addit demonſtrationem ibi. Habens ⁊c. Dicit ergo. Subuertūt. ſed tn̄ firmū ⁊c. Hec em̄ fundamenta ſunt illa quib⁹ datur gr̄a īmobiliter ſtandi. Matth. 7. Fundata em̄ erat ſupra petram. Firmū qꝛ immobile. Unde premittit ibi Matth. 7. Et venerunt flumina ⁊ flauerūt venti ⁊ irruerunt in domū illam ⁊ non cecidit ⁊c. Huius firmitas dependet ꝑmo ex diuina predeſtinatione. Secundo ex libero arbitrio noſtro. Et ideo quantū ad primū dicit. Hoc firmum fundamentū habet hoc ſignaculū. id eſt hoc ē ſignū hui⁹ firmitatiſ. Io. 3. Qui aūt acceperit teſtimoniū eius ſignauit: qꝛ deus verax eſt. Et hec eſt ꝑma ꝑs ſignaculi ſcꝫ ex diuina predeſtinatiōe. qꝛ nouit dn̄s qui ſunt eius. ⁊ hec eſt noticia diuine ꝑdeſtinationis. Io. 10. Ego cognoſco oues meas. ⁊ alias oues habeo que non ſunt ex hoc ouili ⁊c. Matth. 7. Non noui vos. Sed q̄ꝫtum ad ſecundū dicit. diſcedat ⁊c. Quaſi dcat. Si ꝑdeſtinati ſunt a deo ꝙ ꝑ liberū arbitrium ſaluabunt. qꝛ ex hoc ꝙ aliq̄s finaliter non adheret peccato oſtendit ſe eſſe predeſtinatū. Et ponit duo que pertinēt ad ordinationē in ſtatu ſalutis. Primū ꝙ confiteat fidem. Ideo dicit. Omnis qui ⁊c. Ro. 10. Ore confeſſio fit ad ſalutē. Secundū ꝙ recedat a peccato Matth. 7. Non om̄is q̄ dicit mihi domine domine intrabit in regnum celorum ⁊c. Et ideo dicit. diſcedat ⁊c. Eſa. 55. Derelinquat impius viam ſuam ⁊c̄. Et vero dicit. nominat non intelligit ꝙ ſolum nominet ore ſed interius ꝑ fidem ⁊ extra ꝑ opus. ¶ Deinde cū dicit. In magna ⁊c. ponit rationē quare deus ꝑmittit aliquos errare licet om̄es diligat. Dupliciter autē poteſt hoc intelligi. qꝛ vel in generali vel in ſpeciali ad hunc vel illū. Si em̄ queras in ſingulari quare dat huic donum ꝑſeuerantie ⁊ non illi. non habet rōnem niſi ſolam dei voluntatem. Auguſtinus. Quare hunc trahat ⁊ illum non trahat noli velle iudicare ſi nō vis errare ⁊c. Sꝫ q̄re q̄buſdā dat ⁊ q̄buſdā non. nō hꝫ rōem quā ⁊ aſſignat ap̄lus Ro. 9. et eſt eadem ratio cum iſta licet ꝑ alia exempla. Ideo em̄ dicit. Suſtinuit in multa patientia ⁊c. Fm̄ em̄ ꝙ oīa opa q̄ deus fecit in natura ⁊ gr̄a ſūt fctā ad manifeſtandū gloriam dei Ecc̄. 42. Gloria dn̄i plenum eſt opus eius. Sic etiam fecit diuerſas creaturas vt ꝑfectio diuine bonitatis que nō poteſt manifeſtari ꝑ vnam ſufficienter manifeſtet ꝑ multas. Ita etiam conſiderandū eſt de vno artifice. in domo vna ē vna feneſtra altera pulchrior. Si q̄s ergo querat quare non tota domus eſt feneſtra ratio eſt qꝛ tota domus eſſet imꝑfecta. Similiter dicit apoſtolus 1. Corinth. 12. Si totum corpus eſſet oculus: vbi auditus? Sic ergo dicit ap̄lus in effectu gratie quia oportuit ꝙ deus manifeſtaret iuſticiā ⁊ miſericordiā. Si em̄ oēs ſaluaret eſſet ſolum eius miſericordia. Si om̄es damnaret ſolum eſſet iuſticia. Et ideo deus volens manifeſtare iram id eſt iuſticiaꝫ ⁊c. Et ſimilis eſt ratio de ꝑfectione eccleſie quam oportebat eſſe perfectam quod nō eſſet ſi non eſſet in ea diuerſitas. In q̄ eſt triplex diuerſitas ſcꝫ bonorum ⁊ malorum. bonoruꝫ et meliorū. maloꝝ ⁊ peiorum. Et hanc aſſignans dicit. In magna aūt domo id ē

eccleſia ꝛc. Baruch. 3. O iſrael ꝙ magna eſt domus dei
ꝛ ingens locus poſſeſſionis eius ꝛc. Non ſolum ſunt ꝛc.
vbi aurea ꝛ argentea diſtinguunť a fictilibꝰ. Item argē-
tea ab aureis item fictilia a ligneis. In pmo comparatio
bonorum ꝛ malorum innuit. In ſecundo compatio bo-
nop ꝛ meliop. In tertio malop ꝛ peiop. Nā aurea ꝛ ar-
gentea ſunt boni. ſꝫ aurea meliores: argentea minꝰ boni
Similiter lignea ꝛ fictilia ſunt mali. ſed fictilia ſunt pe-
iores. lignea vero minus mali. ¶ Conſequenter deſi-
gnat diuerſitatem quantum ad vſum: vt boni ſint vaſa
in honorem ſicut deputati ad honorabilem vſum. mali
vero ſint vaſa fictilia ꝛ lignea quaſi deputati in contume
liam id eſt ad vilem vſum. Sunt eñi in hominibus qui-
daꝫ ſcꝫ ſancti quaſi vaſa precioſa Ecc. 50. Uas auri ſoli-
dum ꝛc. Act. 9. Uas electionis eſt mihi iſte ꝛc. Quidā
vero ſicut vaſa vilia ſcꝫ mali Eſa. 32. Fraudulenti vaſa
peſſima ſunt. Ecc. 21. Cor fatui quaſi vas confractum.
Prima vaſa ſunt ĩ honore quibꝰ debet vita eterna. Ro.
2. His quidē q̄ ſm patientiā boni operis gloriam ꝛ ho-
norem ꝛ incorruptionē querentibus vitam eternam ꝛc.
Secunda vaſa ad contumeliam. 1. Reg. 2. Qui autem
contemnūt me erunt ignobiles. Et pma diuerſitas que ē
ex parte materie ad diuerſitatē eccleſie. Uaſa aurea ſunt
prelati. argentea vero ꝛ lignea ꝛ fictilia tenentes infe-
riorem gradum inter quos eſt quidā gradus. Et ꝙ ſub-
dit quedam in honorem ꝛc. non eſt intelligendū ꝙ vaſa
aurea ꝛ argentea omnia ſint in honorem. ꝛ fictilia in con
tumeliam. qꝛ de quocūqꝫ ſtatu quidā ſaluanť: ꝛ quidā
damnantur.

## Lectio quarta

I ꝗs ergo ſe emūdauerit ab iſtis: erit vas in honorem ſanctificatū et vtile domino: ad omne opus: bonum paratum. Iuuenilia autem deſideria fuge. ſectare iuſticiam: fidem: ſpem: charitatem ꝛ pacem cum his qui inuocant dominum de corde puro. Stultas autē ꝛ ſine diſciplina queſtiones deuita: ſciēs quia generant lites. Seruū autē domini non oportet litigare: ſed manſuetum eſſe ad omnes docibilem: patientem cum modeſtia: corripientem eos qui reſiſtūt veritati: ne quādo deus det illis penitentiam ad cognoſcendā veritatem. ꝛ reſipiſcant a diaboli laqueis: a quo captiui tenenť ad ipſius voluntatē.

Supra oſtendit ꝙ pphana ſunt vitanda p rationē ſum-
ptam ex nocumento: hic oſtendit idem per rationē ſum-
ptam ex fructu. Et pmo ꝓponit vitationē. Secundo eiꝰ
fructum ibi. Erit vas ꝛc. Nam vitationē vocat emunda-
tionē. Dicit ergo. quedā ſunt vaſa in contumeliā. Ergo
ſi quis emūdauerit ſe ab iſtis. qꝛ eorum conſortia inqui-
nant Ecc. 13. Qui tetigerit picem inquinabiť ab ea. Et
ideo fugiendi ſunt. 2. Corin. 6. Exite de medio ꝛ ſepara
mini dicit dominus. et immūduꝫ ne tetigeritis ꝛc. Fru-
ctus autem ſequens eſt quadruplex. Primus ex ordine
ad gloriaꝫ. quia erit vas in honoreꝫ quia ſi ſordideť ab
illis erit in contumeliaꝫ. ſi emundat ſe in honorem. pſ.
Nimis honorati ſunt amici ꝛc. puer. 25. Aufer rubigi-
nem de argento ꝛ egredieť vas puriſſimū ꝛc. Alij effe-
ctus ſunt gratie quorum pmus eſt hominis ſanctificatio
Secundus eſt hominis ordinatio p rectam intentionē.
Tertius p operis executioneꝫ. Quantū ergo ad primū
dicit ſanctificatum. 1. Corin. 6. Abluti eſtis: ſanctificati
eſtis ꝛc. Sꝫ quantū ad ſecūdū dicit. Utile domino. Sꝫ
nunquid indiget ſeruitio noſtro? Non. pſ. Bonorū me-
orum non indiges. Sed dicit vtile domino: id eſt vtilita
te ſua cedet ad honoreꝫ domini Act. 9. Ut portet nomē
meum coram gentibꝰ et regibus ꝛ filijs iſrael ꝛc. Quā-
tum ad tertium dicit. Ad omne ꝛc. pſ. Paratus ſum et
non ſum turbatus. Et dicit. Ad omne bonum: qꝛ prece-
pta affirmatiua non obligant ad ſemper. Et ideo debet
eſſe paratus vt quando neceſſe eſt opereť. ¶ Deinde cū
dicit. Iuuenilia ꝛc. oſtēdit qualiter pphana ſunt vitan
da. Et ponit duo vitanda. Primū eſt conuerſatio praua
Secundum eſt doctrina mala ibi. Stultas autē ꝛc. Cir
ca primū duo facit. quia pmo oſtendit quid ſit vitandū:
Secundo quid ſit ſequendū ibi. Sectare ꝛc. Dicit ergo
Dico ꝙ debes vitare hec vt ſis vas emundatū. Ideo iu
uenilia ꝛc. Conſiderandū eſt ꝙ dicit hoc quia iſte iuue-
nis erat. Et hec ſunt deſideria vanitatum exteriorum et
carnalium voluptatū. Naturale eñi eſt iuuenibus ꝙ hec
deſideret Ecc. 11. Adoleſcentia et voluptas vana ſunt.
Cuiꝰ eſt duplex ratio. Una qꝛ nō ſunt alia experti. Se-
cunda quia huiuſmodi delectatiões naturales ſunt ordi
nate vt medicina cōtra labores. Natura vero in iuueni-
bus laborat. ꝛ ideo inclinanť ad eas. ¶ Deinde cum di-
cit. Sectare vero ꝛc. oſtendit que ſunt ſectanda. Et ſunt
quattuor q̄rū primū ordinat ad ſubditos. ꝛ hec ē iuſticia
qꝛ pnceps eſt cuſtos iuſticie. puer. 20. Rex q̄ ſedet in ſo-
lio iudicij diſſipat oē malū in intuitu ſuo ꝛc. Secūdū
ordinat ad deum: ꝛ hec eſt fides ſine qua impoſſibile eſt
placere deo. Heb. 11. Tertium ordinat ad pximuꝫ vnū-
queqꝫ. ſcꝫ charitas ꝛ pax que ſe extendit ad inimicos. 1.
Corin. 13. Si habuero fidem ita vt mōtes transferā cha-
ritatem aūt nō habuero: nihil ſuꝫ ꝛc. Ex charitate ſequiť
gaudium. Pax autē importat ordinatā concordiam. Qꝺ
autē ſubdit. Cum his qui inuocant ꝛc. Uno modo expo-
ni poteſt referendo ad immediate dictum: Quaſi dicat.
Sequimini pacem cum his ꝛc. Qꝺ aūt dicit. de corde pu-
ro. poniť qꝛ non eſt ſpecioſa laus ꝛc. Sed Heb. 12. diciť
Pacem ſequimini cum omnibꝰ. Quare ergo diciť hic
de corde puro? Reſpondeo. dicendum eſt ꝙ q̄tum in no
bis eſt debemus habere pacem cum omnibꝰ ſi fieri po-
teſt. ſed nō poteſt eſſe pax inter bonos ꝛ malos qꝛ pax di-
cit cōcordiam que non poteſt haberi cū malis. Alio mo
do legiť cum his ꝛc. vt referať ad totū precedens. Qua-
ſi dicat. Ita ſectare iuſticiam paceꝫ ꝛ oīa ſicut ꝛ illi qui
inuocant ꝛc. ¶ Deinde cum dicit. Stultas autē ꝛc. hor
tať ad vitandū doctrinam malaꝫ. Et pmo docet quid ſit
vitandum. Secūdo quid ſit ſectandum ibi. Sed manſue
tum ꝛc. Circa primum duo facit. qꝛ pmo ꝓponit docu-
mentum. Secūdo rationem aſſignat ibi. Sciens qꝛ. ꝛc.
Uitande ſunt queſtiones ſtulte quantū ad materiā: quia
ſunt de ſtultis id eſt de his que contrarianť ſapientie id
eſt de his que ſunt contra diuinaꝫ ſapientiā. Has eñi nō
debet homo mouere. ſed eis reſiſtere Iere. 10. Stultus
factus eſt oīs homo a ſcientia ſua. Dicit autem ſine di-
ſciplina q̄tum ad modum: qꝛ clamoſe ſunt. Uel ſine diſ-
ciplina ex pte eorū de q̄bꝰ dubitať vtputa ſi vertat in du-
bium id qđ tota eccleſia tenet. Job. 34. Job autē ſtulte
locutus eſt ꝛ verba eius non ſonant diſciplinā ꝛc. Que
ſtiones aūt intantū ſunt amande inquantū ducunt ad ve
ritatem p hoc ꝙ oportet ꝙ omnes vnum dicant. Que-
ſtiones autē ſtulte non ducunt ad veritatē ſed ad litem:
que eſt vitanda Eſa. 58. Ecce ad lites ꝛ contentiones ie-
iunatis ꝛc. Et ideo dicit. Seruū autē domini ꝛc. id ē eū
qui ſe dat ſeruitio dñi. 1. Ti. 3. Non litigioſum. ¶ Dea

ſıde cũ dicit. Sed mãſuetũ ⁊c. oñdit qđ ſit ſectãdũ. Et ꝑmo ponit documentũ. Scđo rõeʒ ibi. Ne qñ det ⁊c. Itẽ ꝑma in duas. qꝛ primo proponit quoddam generale ad omnes. Secũdo quedaʒ neceſſaria ad ſingulos ibi. Docilem ⁊c. Generale quod debet habere qui vult diſputare eſt ꝙ ſit mãſuetus. pš. Docebit mites vias ſuas. Eſt eñ manſuetudo virtus cõpeſcens ab ira q̃ ꝑturbat iudicũ rationis que neceſſaria eſt in queſtione ⁊ iudicio veritatis Mat. 11. Diſcite a me qꝛ mitis ſum ⁊ humilis corde ⁊c. In ſpeciali autem debet habere reſpectu ſuperiorum docilitatem. reſpectu ꝑſecutorum patientiam. reſpectu falſorum doctorum correctionem. Quantum ad primũ dicit docilẽ id eſt paratũ corrigi a q̄cumq̄. Et hec eſt ſapientia celeſtis Iac. 3. Que aũt deſurſum eſt ſapiẽtia primum quideʒ pudica eſt. deinde autẽ pacifica. modeſta ſuadibilis ⁊c. Quantuʒ ad ſecundum dcit. Patientem. pš. Bene patientes erunt vt annuncient. Puer. 19 Doctrina viri per patientiam noſcitur ⁊c. Quantuʒ ad tertiũ dicit. Cum modeſtia quia correctio debet eſſe modeſta Gal. 6. Vos qui ſpũales eſtis huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis ⁊c. ¶ Deinde cum dicit. Ne quãdo. ⁊c. aſſignat rationem vitationis. ⁊ reſpondet cuidam tacite queſtioni. Poſſet eñ aliquis dicere. Iſti reſiſtũt veritati. ⁊ ideo ĩminet neceſſitas corrigendi. Reſpondeo ꝙ deus pater eos poteſt reducere ad penitentiam et ad hoc debet iuſtus niti. Et primo ꝑmittit penitentiã quaʒ debet intendere cõtra aduerſarios. Secũdo penitentie fructus. Tertio penitentie neceſſitateʒ. Dicit ergo. Ne quando id eſt vt deus aliquando det eis penitentiaʒ. qꝛ ex ſuperbia reſiſtunt quibus difficile videt̃ dari penitentia. Hic excludit̃ error pelagij qui dicit dona gratie eſſe ex operibus noſtris. quod per hoc patet eſſe falſum. quia etiam principium bonorum ſcʒ penitentia datur a deo. Treñ. 5. Cõuerte nos domine ad te et cõuertemur Eſa. 26. A timore tuo cõcepimus. Fructus vero penitentie duplex eſt: ſcʒ cognitio veritatis et liberatio a poteſtate diaboli. Quantũ ad primũ dicit. Ad cognoſcendam veritatem. quia quando ex malicia reſiſtit̃ veritati ipſa malicia ſua excecat eos. quando ergo malicia aufert̃ cognoſcunt veritatem Io. 8. Et cognoſcetis veritatem. Quãtum ad ſecundũ dicit. Et reſipiſcant ⁊c. id eſt ab occaſionibꝰ errorꝫ ex parte intellectꝰ: ſicut falſe fantaſie. ⁊ ex parta affectus ſicut ſunt inuidia ſuperbia ⁊ huiuſmodi. Neceſſitas autem penitentie eſt magna quã niſi habeant diabolus dominat̃ eis. Vnde dicit. A quo captiui ⁊c. q̄a qui facit peccatum ſeruus eſt peccati. Io. 8. Et dicit ad ipſius voluntateʒ ſcʒ ſectandã. Vel vt de homine faciat voluntatem ſuam. Sed contra. Non ſtatim precipitat ſicut vellet. Dicendum eſt ꝙ adipiſcitur q̄tum ꝑmittit̃ ſibi: ſed difficile eſt ꝙ ei auferatur. Eſa. 49. Nunquid tollet̃ a forti preda aut quod captum fuerit a robuſto ſaluum eſſe poterit.

## Capitulum tertium

h Oc autez ſcito qꝛ in nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa: ⁊ erunt homines ſeipſos amantes: cupidi: elati: ſuperbi: blaſphemi: parentibus nõ obedientes: ingrati: ſceleſti: ſine affectione: ſine pace: criminatores: incontinentes: immites: ſine benignitate: proditores: ꝓterui: tumidi: ⁊ voluptatum amatores magis q̃ dei: habẽtes ſpeciem quidem pietatis: virtutem autem eius abnegantes.

Supra inſtruxit eũ quõ reſiſtat tribulationibꝰ ⁊ ꝑiculis ꝑſentibꝰ: hic oſtendit quomõ ſtet contra futura. Et ꝑmo ꝑnunciat futura ꝑicula. Scđo oñdit idoneitatem ſuã ad reſiſtendum ibi. Tu autẽ aſſecutus ⁊c. Tertio oſtendit qualiter reſiſtat ibi. Teſtificor ⁊c. Circa primũ duo facit qꝛ ꝑmo prenũciat pericula nouiſſimorꝫ temporuʒ. Scđo oſtendit quomodo eoruʒ vitia ſunt etiam modo vitanda ibi. Et hos deuita ⁊c. Item ꝑma in duas. qꝛ ꝑmo prenũciat eſſe futura pericula in nouiſſimis temporibꝰ. Secũdo cauſam periculorꝫ ibi. Et erunt homnies ⁊c. Dicit ergo. Dixi deuita prophana ⁊c. Non ſolum autẽ ſunt hec mõ vitanda: ſʒ in futuro reſtant etiã quedaʒ alia vitanda. Et dicunt̃ nouiſſimi dies qui ſunt propinqui nouiſſime diei. Io. 5. Ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Geñ. penultimo. Congregamini vt annũciem q̃ ventura ſunt vobis diebus nouiſſimis. Et adde. Inſtabunt tempora periculoſa ⁊c. Matth. 24. Eritis odio oĩbus gentibus ꝓpter nomen meum. Cauſa horum eſt iniquitatis abundantia. Matth. 24. Quoniaʒ abundabit iniquitas refrigeſcet charitas multorum. Quia fides ⁊ charitas vel anullabit̃ vel totaliter peribit. quia quantomagis aliq̄d elõgat̃ a ſuo ꝑncipio: tanto plus deficit. Et ideo in tempore illo magis deficient fides ⁊ charitas: quia plus elõgant̃ a chriſto. Luc. 18. Filius hominis veniens putas inueniet fidem in terra? Et circa hoc primo ponit iniquitatis radicem. Secundo diuerſas eius ſpecies. Radix autẽ totius iniquitatis eſt amor ſuiipſius. Duplex auteʒ amor duplicem ciuitatẽ facit. Sed contra. Quilibet naturaliter diligit ſe. Reſpondeo. dicendum eſt ꝙ in homine duo ſunt: ſcʒ natura rationalis ⁊ corporalis. Quãtum ad intellectualem ſeu rationalẽ que interior homo appellat̃ vt dicit̃. 2. Corin. 4. Homo debet plus ſe diligere q̃ oĩes alios. qꝛ ſtultus eſt qui vult peccare vt alios a peccatis retrahat. ſed quantũ ad exteriorem hominẽ laudabile eſt vt alios plus diligat q̃ ſe. Vnde illi qui ſe ſic tm̃ amant ſunt vituperabiles. Phil. 2. Omnes que ſua ſunt querũt: non que ieſu chriſti. ¶ Ex hac radice diuerſe ſunt ſpecies iniq̄tatis.. Vnde dicit. Cupidi elati. ⁊c. Et circa hoc tria facit. qꝛ ꝑmo ponit peccata que ſunt in abuſu rerum exteriorum. Secundo que pertinent ad inordinationem hominis ad alios ibi. Blaſphemi ⁊c. Tertio que ad ſeipſum ibi. Incontinentes ⁊c. Duo aũt ſunt ĩ rebꝰ exterioribꝰ ſcʒ abũdantia diuitiarꝫ ⁊ excellẽtia honorũ. Quantũ ad primũ dicit. Cupidi. Et cupiditas ꝑmo ponit̃ qꝛ eſt radix oĩum malorum. Vel eſt ꝓpinqua amori ſuiipſius que ẽ ad bona exteriora. Quantũ ad ſecunduʒ dicit. Elati. Elatio eſt ſpecies ſuperbie que ſunt quattuor. Vna quando aliquis attribuit ſibi quo caret. Secunda quando quod ab alio habet attribuit ſibi ac ſi haberet a ſe. 1. Corin. 4. Quid habes quod non accepiſti ⁊c̃. Tertia quãdo attribuit ſibi quod habet ab alio: ſʒ meritis proprijs. Luc. 18. Ieiuno bis in ſabbato ⁊c̃. Quarta quando ſingulariter vult videri ſupra omnes. et hec eſt elatio. pš. Domine non eſt exaltataratuʒ cor meum ⁊c. Q̄ dicit ſuperbi reducit̃ ad alias ſpecies ſuperbie. Iac. 4. Deus ſuperbis reſiſtit: humilibus autẽ dat gratiam. ¶ Conſequenter ponit vitia quantũ ad alios. Et ꝑmo q̄tum ad ſuperiores. Secundo quantũ ad equales ibi. Sceleſti ⁊c. Superior eſt triplex ſcʒ deus. ⁊ contra hũc dicit. Blaſphemi Eſa. 1. Dereliquerũt dominũ blaſphemauerunt ſanctum iſrael: abalienati ſunt retrorſum. Item parentes. ⁊ q̄tum ad hoc dicit. Parentibuſ non obedientes. 1. Reg. 15. Quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare. ⁊ quaſi ſcelus idolatrie nolle acquieſcere.

ꝓuer.30. Oculū qui ſubſannat patrē. ⁊ qui deſpicit par-
tū matris ſue effodiāt eū corui de torrētibus ⁊ comedāt
eum filij aquile. Item benefactor inquantū huiuſmodi
Et quantū ad hoc dicit. Ingrati. pſ. Qui retribuūt ma
la ꝓ bonis ⁊c. Col.3. Grati eſtote Sap.16. Ingrati eñ
ſpes tanꝗ hybernalis glacies tabeſcet ⁊ diſperiet tāꝗ
aqua ſuꝑuacua ⁊c. ¶ Tunc ponit mala que ſunt ad eq-
lem ⁊ proximum. ⁊ ſunt tria. Primū pertinet ad opus.
Unde dicit. Sceleſti id eſt qui ſcelera grauia perpetrāt
in proxios Eſa.1. Ue genti peccatrici ppl'o graui iniq̄ta-
te ſeruis neꝗ filijs ſceleratis ⁊c. Secūdū ad effectū. Un
de dicit. Sine affectione id eſt ſine affetu charitatis ⁊ ſi-
ne pace. Tertio ꝗtum ad verbum. Unde dicit. Crimi-
natores. Leuit.19. Non eris criminator nec ſuſurro in
populis. Itē ꝗtū ad ſeipſuꝫ oñdit quedā alia tripliciter
Primo ꝗtum ad corruptionem concupiſcibilis. Secū-
do iraſcibilis. Tertio rationalis. Quantū ad ꝑmum di
cit. Incontinentes. Uñ dicit incōtinens q̄ ſe nō tenet in
bono ꝓpoſito propter prauas concupiſcentias Ecc̄.26.
Omnis autem ponderatio nō eſt digna continentis ani
me. Quantum ad iraſcibilem dicit ꝓprie immites id ē
non manſueti. hec moderatur paſſiones ire. Matth.11.
Diſcite a me quia mitis ſum ⁊ humilis corde. pſ. Doce
bit mites vias ſuas. Item ponit aliud quod pertinet ad
affectum iraſcibilis ſcꝫ benignitatis excluſio. Unde di-
cit. Sine bengnitate. hoc eñ eſt naturale ꝙ quando do
minatur vnū contrariorū excludit aliud Ephe.4. Eſto-
te inuicem benigni ⁊c. ¶ Deinde ponit vitia que ſunt
ad corruptionem rationalis. Hec autē potentia perficit
per prudentiam. prudentie autē opponit aliquod vitiuꝫ
ꝑ abuſuꝫ prudētie ⁊ aliqđ ꝑ ei⁹ priuatiōꝫ: ⁊ vtrūꝗ ponit
Quantū ad ꝑmum dicit. Proditores. Ad prudentiam
autē pertinet ſagacitas: qua quidam abutunt in maluꝫ.
⁊ hi ſunt proditores ꝓuer.11. Qui ambulat fraudulen-
ter reuelat archana ⁊c. Item ꝯſtantia qua quidam abu-
tūtur dum in malo ꝓteruiūt. ꝓuer.3. Ne innitaris pru-
dentie tue. ¶ Deinde ponit vitia que ſunt ad ꝑuationeꝫ
prudentie. Et ꝑmo ponit priuationis cauſam. Unde di
cit. Tumidi. Superbi eñ inflantur in agendis. quia nō
metiunt vires ſuas. ⁊ iō deficiūt ꝓuer.11. Ubi ſuperbia
ibi erit et contumelia. vbi auteꝫ humilitas ibi ⁊ ſapien-
tia. Secundo ponitur priuatio ſcꝫ ignorantia: quam ad-
dit ſuperbie. Superbus enim eſt nihil ſciens. Unde di
cit. Ceci quaſi non habentes vſum rectū rationis Mat-
15. Ceci ſunt ⁊ duces cecorum ⁊c̄. Tertio ponit priuati-
onis effectuꝫ: qꝛ temporalia preponūt eternis. Unde di-
cit. Uoluptatum ⁊c. Eſa.13. Syrene in delubris volu-
ptatis. Sed uunquid eſt idem eſſe incontinentem ⁊ vo-
luptatum amatorē? Reſpondeo. dicendum eſt ꝙ nō qꝛ
ꝓprie incontinens dicit qui habet ſpem fugiendi. ſꝫ vin
citur ab eis. ſed ꝓprie amator earum eſt intemperatus q̄
habet corruptam eſtimationē. ¶ Conſequenter ponit ſi-
mulationem dicens. Habentes ⁊c. 2. Corin.11. Opera-
rij ſubdoli: virtutem autē eius abnegantes: virtutem ſcꝫ
pietatis que dicit hic dupliciter. Uno modo ipſa vis pie
tatis id eſt eius virtus. Unde dicit. Abnegantes id eſt
veritatem non habentes Thit.1. Confitent ſe noſce de-
um: factis autē negant. Alio modo quia virtus rei dici-
tur illud ex q̄ dependet tota virt⁹ eius. Tota auteꝫ vir-
tus pietatis dependet ex charitate. ideo dicit virtutē ei⁹
ſcꝫ charitatem abnegantes.

## Lectio ſecunda

Thos deuita. Ex his eñ ſunt q̄
penetrant domos: ⁊ captiuas du-
cūt mulierculas oneratas peccatiſ
que ducuntur varijs deſiderijs, ſemper di-
ſcentes ⁊ nunꝗ ad ſcientiam veritatis per-
uenientes. Quemadmodū auteꝫ iamnes ⁊
mambres reſtiterunt moyſi. ita ⁊ hi reſiſtūt
veritati. homines corrupti mente. reprobi
circa fidem. ſed vltra non proficient. Inſipi
entia enim eoruꝫ manifeſta erit omnibus:
ſicut et illorum fuit. Tu auteꝫ aſſecutus es
meam doctrinam: inſtitutionem: propoſi-
tum: fidem: longanimitatem: dilectionem:
patientiam: perſecutiones: paſſiones: qua-
lia mihi facta ſunt. antiochie: iconio: liſtris
quales perſecutiones ſuſtinui. ⁊ ex omnib⁹
eripuit me dominus.

Supra apoſtolus deſcripſit pericula nouiſſimoꝝ tempo
rum ⁊ cauſam aſſignauit: hic docet huiuſmodi etiam in
preſenti eſſe vitanda. Et ꝑmo premittit monitionem de
horum vitatione. Secundo oſtendit in quibus homini-
bus in preſenti appareant predicta ibi. Ex his enim ⁊c.
Dicit ergo. Dixi ꝙ in nouiſſimis temporibus erunt ho-
mines peſſimi. Sed non credas te in preſenti eſſe tutuꝫ.
ſed etiam nunc hos ⁊ tales homines deuita ſcꝫ ne in ſi-
milem errorem labaris. Tit. vltimo. Hereticum homi-
nem poſt vnam ⁊ ſecundam correctionem deuita ⁊c. Sꝫ
tñ ꝗtū ad aliqua vitandi ſunt ſed non ꝗtuꝫ ad ſermonē
exhortationis. Et tunc oſtendit ꝙ etiam modo ſunt ali-
qui tales. Et ꝑmo oſtendit nocumentuꝫ quod inferunt.
Secundo defectum quem patiunt ibi. Homines repro-
bi ⁊c. Tertio impedimentū quo artantur ibi. Sed vltra
⁊c. Circa primū duo facit. qꝛ ꝑmo oſtendit impedimen-
tum quod inferunt ſubditis. Secundo impedimentum
quod inferunt prelatis ibi. Quemadmodū autē ⁊c. Ite
rum ꝑma in duas. qꝛ ꝑmo oſtendit eorum imprudentiā
Secundo eorum aſtutiam ibi. Et captiuas ⁊c̄. Quan-
tum ad primū dicit. Deuita ergo: qꝛ iam ſunt aliqui ta-
les. Nam ex his ⁊c. id eſt eorum numero ſunt. 1. Io.2.
Nūc antichriſti multi ſunt ⁊c. nec debetis intelligere ꝙ
ex his fuerunt: ſed ſunt ſcꝫ ſceleſti ⁊ ingrati ⁊c. quia pec
catores iam conuerſi nō debent dici peccatores. pſ. Nec
memor ero nominū eorum ꝑ labia mea. ¶ Deinde cū di-
cit. Qui penetrant ⁊c. oſtendit eorum maliciam. Et ad
lr̄am poteſt exponi quaſi inordinate ingerentes ſe ⁊ cir-
cumeuntes ꝓpter lucrū. Contra quod Ecc̄.21. Pes fa-
tui facilis in domū proximi ⁊c. Sed ꝓpter hoc non pro-
hibentur aliqui viſitare afflictos in domibus Iac.1. Re
ligio munda ⁊ immaculata apud deuꝫ ⁊ patrem: hec eſt
viſitare pupillos ⁊ viduas in tribulatione eoruꝫ ⁊c. Uel
metaphorice poteſt exponi domus id ē cōſcientia Sap.
8. Intrans in domū meaꝫ conquieſcam ⁊c. Illi ergo pe
netrant domos qui cum aſtutia volunt ſcire ſecreta con-
ſcientie vt decipiant alios. Ecc̄.13. Ex multa loquela tē-
ptabit te. ⁊ ſubridens interrogabit te ⁊c. Nihilominus
tamen illis qui curam habent licet inquirere ſtatum con
ſcientie. ꝓuer.27. Diligenter agnoſce vultum pecoris
tui tuoſꝗ greges conſidera. ¶ Deinde cum dicit. Et ca
ptiuas ⁊c. oſtendit eorum aſtutiam. Et ꝑmo tangit eoꝝ
malicia. quia abducunt a libertate ⁊ ſtatu gratie Iac.1.
Qui autem ꝑſpexerit in lege perfecte libertatis ⁊c. Et
ducunt in ſtatuꝫ ſeruitutis qui eſt ſtatus peccati. pſ. In
conuertendo dominus captiuitateꝫ ſyon ⁊c. Hoc eñ no-
men captiuitatis importat Eſa.5. Propterea captiuus
ductus eſt populus meus: quia non habuit ſcientiam ⁊c̄

Secundo oſtendit in quas perſonas exercent maliciam quas deſcribit pͥmo a fragilitate ſexus. Secūdo ex malicia cōuerſationis. Tertio ex vanitate affectionis. Quarto ex defectu diſcretionis. Quantum ad primum dicit. Mulierculas que ſunt minoris diſcretionis ⁊ ſexus fragilioris. Et dicit. Mulierculas: quia magne domine habent aliquos conſiliarios. Unde nō poſſunt ſeduci. ſed hec ſunt tali auxilio deſtitute. Mat. 23. Comeditis domos viduarū. 1. Machab. 1. Captiuas duxerūt mulieres ⁊c. Quantū ad ſecundū dicit. Oneratas peccatis. Peccatum eſt onus q̃ nō ꝑmittit libere incedere. nec erectū eſſe ⁊ ſtare: ſed incuruat. pſ̄. Sicut onus graue grauate ſunt ſuper me ⁊c. Et ideo iſtas ſpecialiter decipiunt: q̃ peccatum parat viam ſeductioni. Item q̃ male ſunt timent reſiſtere ne prodant̄. Quantum ad tertium dicit. Que ducunt̄ varijs deſiderijs id ē apte ſunt vt ſeducātur ꝓpter varia deſideria que habent Jac. 1. Uir duplex animo inconſtās eſt in omnibus vijs ſuis ⁊c. Et ideo prima mulier fuit ſeducta: q̃ non ſtetit conſtanter in verbis domini: ſed dixit ne forte moriamur. Ecc̄. 9. Ne reſpicias mulierem multiuolā ⁊c. Quantū ad quartum dicit. Semper ⁊c. Curioſitas ſemꝑ noua nititur querere ⁊ nō vult inſiſtere. Unde dicit. Semꝑ diſcētes ꝓuer. 9. Mulier clamoſa ⁊c̄. Tamē hoc quod dicit. Semꝑ diſcentes poteſt reduci ad penetrantes domos. ¶ Deinde cū dicit. Quēadmodū ⁊c. oſtendit nocumentū quod afferūt prelatis ⁊ nocumentū reſiſtendi eorum doctrine: ⁊ inducit exemplum de exodo vbi magi pharaonis reſtiterunt moyſi. quia a pͥncipio mundi ſemper fuit pugna inter veritatem ⁊ falſitatem. 2. Pe. 2. Fuerūt vero ⁊ pſeudo ꝓphete in populo ſicut ⁊ in vobis ⁊c. Sꝫ in Exodo iſti magi non nominant̄. ſed hic ſic qꝺ forte habuit ex aliquibꝰ verbis iudeorum. Ita iſti veritati ſcꝫ quam nos predicamus reſiſtunt Job. 24. Ipſi fuerunt rebelles lumini ⁊c̄ Act. 7. Semper ſpirituiſancto reſtitiſtis. ¶ Conſequēter cum dicit. Homines reprobi ⁊c. oſtendit eorum defectum in fide ⁊ in opere. In opere homīes reprobi. Glo. In operibus id eſt qui per opera ſua ſe reꝓbos oſtendūt Jere. 6. Argentum reprobum vocate eos ⁊c. Item in fide corrupti mente id eſt in potentia rationali. Unumquodq̃ em̄ tunc dicit̄ corruptum quando deficit a ꝓpria virtute Propria autē mentis perfectio eſt cognitio veritatis. Unde dicit̄ corruptus mente qui deficit a cognitione fidei. ¶ Conſequenter cum dicit. Sꝫ vltra ⁊c. oſtēdit quomō artant̄. Et pͥmo oſtendit eos eſſe impediēdos Secūdo docet modū impediendi ibi. Inſipiētia ⁊c. Sciendum eſt autē circa primū ꝙ voluntas nocendi eſt homini a ſeipſo. ſed poteſtas nocēdi eſt a deo ꝑmittēte. Et deus nō ꝑmittit vt noceat q̄tum vult malus ſed imponit terminum. Job. 38. Hoc confringens tumentes fluctus tuos ⁊c. Sic ⁊ diabolus non leſit iob niſi ſm̄ ꝙ ꝑmiſſus fuit a deo. Sic arrius nocuit in eccleſia niſi q̄tū dominus ꝑmiſit Apoc. 7. dicit angelus. Nolite nocere terre ⁊ mari ⁊ arboribus quoaduſq̃ ſignemꝰ ſeruos dei ⁊c. Et dicit. Ultra ſcꝫ q̄ deus ꝑmittit ⁊c. ¶ Modus impediendi eſt vt tollat̄ eorum pallium ⁊ occultatio: quia nocent. Job. 41. Quis reuelabit faciem indumēti eius ⁊c. Et ideo dicit. Inſipientia eorū manifeſta erit deo detegente quando illuminabit abſcondita tenebrarum ⁊c̄ vt dicit̄. 1. Corin. 4. Sicut ⁊ illorum ſcꝫ magorum pharaonis que fuit manifeſta q̃ non potuerunt facere ſigna. ¶ Deinde cum dicit. Tu autē ⁊c. oſtendit idoneitatem timothei ad reſiſtendū huiuſmodi ꝑiculis. Et pͥmo oſtēdit ꝙ erat idoneus ex inſtitutione apoſtoli. Scꝺo ex experientia ſcꝑturaꝝ ibi. Ab infantia ⁊c. Item pͥmo oſtēdit quomō erat inſtructus ſufficienter ab apoſtolo. Secūdo quō vniuerſaliter inſtrui ab alijs poterat ibi. Omnis qui preinſtructus erat ⁊c. Circa primū pͥmo oſtēdit quomodo inſtructus erat verbo. Secūdo quomodo exemplo ibi. Propoſitū ⁊c. Sed ſciendū eſt ꝙ verbo aliquis inſtruit̄ dupliciter. Uno modo de veritate agnoſcēda. Alio modo de iuſticia operanda. Quantum ad primum dicit. Tu autē aſſecutus es meam doctrinam id ē inſtructus es in fide catholica. ⁊ ideo bene poteſt vitare eos. Quantū ad ſecundum dicit. Meam inſtitutionē: Inſtitutio eſt eruditio que eſt de aliquibus agendis que ſubdunt̄ operationi humane. Phil. 4. Ubiq̃ ⁊ in omnibus inſtitutꝰ ſum ⁊c̄. Item quomō inſtructus erat exemplo. Et pͥmo q̄tum ad bona agenda. Secundo q̄tū ad mala toleranda ibi. Patientiā ⁊c. In bonis faciēdis ponit duo. Primū eſt intentio recti finis. Et quantū ad hoc dicit. Propoſitum quod eſt de fine. Sap. 8. Propoſui ergo hanc adducere mihi ad cōuiuandū ⁊c. Et ad hoc ꝑuenit̄ ꝑ bona opera que deriuant̄ a tribus virtutibus. ſcꝫ fide: ſpe: ⁊ charitate. Et pͥmo ponit fidem. Heb. 11. Sine fide impoſſibile eſt placere deo. Secundo ſpem cum dicit. Longanimitatē. que in longum expectat. 2. Corin. 6. In longanimitate. Tertio charitatem cum dicit. Dilectionem. 1. Jo. 3. Qui non diligit manet in morte. ¶ Deinde de malis tolerandis inſtruit eum q̄tū ad tria reducendo ad memoriam. Primo patientiam quā habuit. Item mala que ſuſtinuit. Item diuinum auxiliū quod ſibi affuit. Primo ergo ponit patientiā que opus perfectum habet. Et pͥmo ponit patientie materiam ſcꝫ perſecutiones in genarali Matth. 10. Si vos ꝑſequunt̄ in vna ciuitate fugite in aliam. Item in ſpeciali cum dicit. Paſſiones que paſſus eſt in ꝓprio corpore. 2. Corī. 11. Ter virgis ceſus ſum ⁊c. Tertio in paticulari cū dicit. Qualia facta ſunt mihi antiochie ⁊c. Act. 16. et. 17 Judei perſecuti ſunt eum preſente timotheo. Sed affuit diuinum auxilium. Et ideo dicit. Eripuit. ⁊c. 2. Cor. 1. Qui conſolat̄ nos in omni tribulatione noſtra.

## Lectio tertia

**Et omnes qui pie volunt viuere in chriſto ieſu perſecutionem patientur Mali autē homines ⁊ ſeductores proficient in peius: errantes ⁊ in errorem mittentes. Tu vero ꝑmane in his que didiciſti ⁊ credita ſunt tibi: ſciēs a quo didiceris. Et quia ab infantia ſacras lr̄as noſti que te poſſunt inſtruere ad ſalutem ꝑ fidem que eſt in chriſto ieſu. Omnis enim ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendnm: ad arguendum: ad corripiendū ad erudiendum in iuſticia: vt perfectus ſit homo dei ad omne opus bonum inſtructꝰ.**

Supra ꝓpoſuit timotheo in exemplū perſecutiones q̄s ipſe paſſus fuit. Et ne videat̄ ipſe ſolus ꝑ hmōi paſſiōes trāſiſſe. oſtēdit eas eſſe cōmūes ſctis. Et pͥmo docet quō ſancti patiunt̄ hic defectus penales. Secundo quomodo mali ꝓficiunt ꝑ defectum culpe ibi. Mali autē homines ⁊c. Dicit ergo perſecutiones ſuſtinui. ⁊ non ſolū ego: ſed ⁊ omnes. Pie ſumit̄ dupliciter. quandoq̃ pro virtute pietatis ad cultum diuinum. ſupra eodem. Habentes ſpeciem pietatis. quādoq̃ ꝓ miſericordia ad ꝓximum. 1. Ti. 4. Pietas ad omnia valet. Omnes ergo q̄ pie ⁊c. id eſt volūt obſeruare cultū religiōis chriſtiane. Tit. 2. Sobrie ⁊ iuſte ⁊ pie viuamus in hoc ſeculo ⁊c.

Et tales ꝑſecutiones patiunť ⁊ maxime in primitiua ec-
cleſia quando fides xp̄i vndiq̄ȝ impugnabať a iudeis et
gentib⁹. Et ideo Jo. 16. Uenit hora vt om̄is qui inter-
ficit vos arbitreť obſequium ſe preſtare deo ⁊c. Matth.
24. Eritis odio omnibus gentibus ꝓpter nomen meū
⁊c. ¶ Item omnes qui pie ⁊c. id eſt volunt ꝑ fidem xp̄i
ſeruare miſericordiam ad ꝓximū neceſſe eſt eos perſecu-
tionem pati. ⁊ ſi non ab extra: tamē ab intus quando ſcȝ
compatiunť defectib⁹ ꝓximorum. quoꝝ culpas ⁊ pena-
litates vident. 2. Corin. 11. Quis ſcandalizať ⁊ ego nō
vror ⁊c. 2. Pe. 2. Habitans apud eos qui de die in diē
iuſtam animā iniquis operibus cruciabant ⁊c̄. pſ̄. Uidi
preuaricantes ⁊c. ¶ Item ſunt alie ꝑſecutiones que ſan
ctis om̄ib⁹ deeſſe nō poſſunt ſcȝ carnis mūdi ⁊ demōis
qr vt habeť Gal. 5. Caro concupiſcit aduerſus ſpūm ⁊c.
Ro. 7. Infelix ego hō q̄s me liberabit de corpore mor-
tis huius ⁊c. pſ̄. Multe tribulationes iuſtorū ⁊c. ¶ De
inde cum cum dicit. Mali autē homines ⁊c. oſtendit ꝙ
mali incidūt in peiora mala ſcȝ culpe. Dicit mali ī ſe. ſcȝ
inquantū peccatis inherēt. Matth. 21. Malos male ꝑ-
det ⁊c. Et ſeductores ſcȝ in ꝓximorū nocumentū inquā-
tum ſeorſum ducunt eos a via veritatis que cōmunis eſt
Ro. vltimo. Per dulces ſermones ⁊ benedictiones ſe-
ducunt corda innocentiuȝ ⁊c. Sȝ iſti non contenti malis
que fecerunt ꝓficiūt in peius Apoc. vltimo. Qui in ſor-
dibus eſt ſordeſcat adhuc ⁊c. Sed contra ſupra eodem
vltra non proficient. Dicendum eſt ꝙ qui proficiunt in
peius permiſſi a deo. ⁊ ex intentione malicie eorum que
ſemper eſt ad malum. ſed ſc̄m prouidentiam diuinam ꝓ-
hibenť ne poſſint implere quod ceperunt. Proficiūt aūt
in peius mali in ſeipſis inquantū errant circa veritatem:
Matth. 22. Erratis neſciētes ſcripturas neq̄ȝ virtutem
dei. Item opere errant ⁊ hoc modo omnes mali errant.
Prouer. 14. Errant omnes qui operanť malum. Item in
ꝓximis quia ſeductores. Unde dicit. In errorem mittē-
tes ne ſcȝ poſſint ꝑ proſperitates venire ad regnum ce-
lorum. Contra illud ſupra. Qui pie volunt ⁊c. Eſa. 3.
Popule meus qui beatum te dicunt ipſi te decipiunt.
¶ Deinde cuȝ dicit. Tu vero ⁊c. monet eum vt maneat
in ſua inſtitutione. ⁊ hortať eū tripliciter. ſcȝ ex parte do
ctoris. ex parte ipſius timothei ⁊ ex parte eorum que ac-
cepit. Dicit ergo aſſecutus es miſericordiam ⁊c. ergo ꝑ
mane in his que accepiſti. Ecc̄. 10. Si ſpūs poteſtatem
habentis aſcenderit ſuꝑ te locum tuū ne dimiſeris ⁊c. 1.
Corin. 15. Stabiles eſtote et īmmobiles ⁊c. Dicit ergo.
didiciſti ⁊ credita ſunt tibi. quia quilibet xp̄ianus diſcit
que fidei ſunt: ⁊ hec eſt doctrina ſalutaris Jo. 6. Om̄is
qui audiuit a patre meo ⁊ didicit venit ad me ⁊c̄. Sed
ſpecialiter documenta fidei ſunt credita prelatis inquan
tum debent alijs ea diſpenſare Gal. 2. Cum vidiſſent ꝙ
creditum eſt mihi euangeliū prepucij ⁊c. Et quare opor
tet ꝑmanere? Quia ego a magiſtro ſciētie habui qui er-
rare non potuit. 2. Corin. 13. In me loquiť chriſtus. Et
ideo in his firmiter ꝑmane: Sciens a quo didiceris: q̄a
a paulo qui non ab homine neq̄ȝ per hominem didicit.
⁊c. Gal. 1. Ex propria cōditione. Turpe enim eſt homi-
ni nutrito in bono a pueritia in ſenectute deficere. Ecc̄.
26. Qui tranſgreditur a iuſticia ad peccatum deus pa-
rauit eum ad rompheam. Timotheus autem ſic fuit nu-
tritus. prouer. 22. Adoleſcens iuxta viaȝ etiam cū ſenue
rit nō recedet ab ea. Unde dicit ab īfantia. Et dicit Sa-
cras litteras que ſunt littere veteris teſtamenti quas di-
dicit ab infantia: quia filius mulieris iudee. Act. 16.
Unde mater ſua fecit eum erudiri in eis quod eſt con-
tra manicheum: quia apoſtolus vetus teſtamentum hic
nominat ſacras ſcripturas litteras. quia ab infantia ſua
non nouit lr̄as noui teſtamenti. ¶ Tertio ex parte eorū
que accepit. et eſt tertia ratio. nam ſi aliq̄s habet aliquā
ſcientiam in qua non eſt vtilitas deſerit eam ⁊ tranſit ad
aliam. Sed ſi ſcientia eſt valde vtilis ſtultum eſt eam di
mittere. Et p̄mo facit rationē. Secundo manifeſtat eaȝ
ibi. Omnis ſcp̄tura. Dicit ergo. Dico ꝙ accepiſti lr̄as
ſacras que non ſunt contemnende quia ſunt vtiles Eſa.
48. Ego dominus deus tuus docens te vtilia ⁊c. Un̄
ſubdit dicens. Que te poſſunt ⁊c. Jo. 6. Dn̄e ad quem
ibim⁹. verba vite eterne habes. Jo. 5. Scrutamini ſcri-
pturas in quibus putatis vitam eternaȝ habere ille ſunt
que teſtimoniuȝ perhibent de me. Et lr̄e que te poſſunt
inſtruere ad ſalutem. ſed non niſi per fidem xp̄i. Ro. 10.
Finis eñ legis eſt chriſtus ad iuſticiam omni credenti.
Heb. 11. Sine fide eñ impoſſibile eſt placere deo. Ra-
tionem autē manifeſtat dicens: Om̄is ⁊c. Ubi oſtendit
ꝙ ſacre litterre ſunt vie ad ſalutem. Et tria ponit. Nam
cōmendat ſcp̄turas ratione p̄ncipij ratione effectus vti-
lis. ⁊ ratione vltimi fructus ⁊ ꝓfectus. Si eñ cōſideres
eius p̄ncipium habet p̄uilegium ſuper omnes: quia alie
ſunt tradite ꝑ rationem humanam. ſacra autē ſcp̄tura ē
diuina ac diuinitus inſpirata. 2. Pe. 1. Non eñ volun-
tate humana allata eſt aliquando ꝓphetia. ſed ſpūſan-
cto inſpirati locuti ſunt ſancti dei homines Job. 32. In
ſpiratio omnipotētis dat intelligentiā. Sed dices quō
omnis ſcp̄tura diuinitus inſpirať cum ſc̄m ambroſiū om-
ne verum a quocūq̄ȝ dicať a ſpūſancto eſt? Dicendū ē ꝙ
deus dupliciter aliquid operať ſcȝ immediate vt ꝓpriuȝ
opus ſicut miracula. Aliquid mediantibus cauſis infe-
rioribus: vt opera naturalia Job. 10. Manus tue domi-
ne fecerunt me ⁊c. Que tamen fiunt operatione nature.
Et ſic in homine inſtruit intellectum. ⁊ immediate per
ſacras litteras: ⁊ mediate per alias ſcripturas. Effectus
huius ſcripture ē duplex. ſcilicet quia docet cognoſcere
veritatem ⁊ ſuadet operari iuſticiaȝ. Jo. 14. Paraclit⁹
ſpirituſſanctus docebit ſcilicet cognoſcenda: ſuggeret
operanda. Et ideo vtilis eſt ad cognoſcendam veritatē:
⁊ vtilis eſt ad dirigendum in operatione. Eſt eñ ratio
ſpeculatiua. ⁊ eſt etiam ratio practica. Et in vtroq̄ȝ ſunt
duo neceſſaria ſcȝ ꝙ veritatem cognoſcat ⁊ errorēȝ refel-
lat. Hoc eniȝ op⁹ eſt op⁹ ſapientiſ ſcȝ nō mētiri ⁊ mentiē-
tē refellere. Quantū ad primū dicit. Utilis eſt ad docen
dū. ſcȝ veritatem. pſ̄. Bonitatē ⁊ diſciplinam ⁊ ſcientiā
doce me ⁊c. ¶ Item ad arguendum quantū ad ſecundū
Thit. 1. Ut ſit potens exhortari in doctrina ſana ⁊ eos
qui contradicunt arguere. ¶ Item q̄tū ad practicā ſunt
duo neceſſaria ſcilicet vt reducat a malo ⁊ ad bonum in-
ducat. pſ̄. Declina a malo ⁊ fac bonum ⁊c. Quantū ad
primum dicit. Ad corripiendū quod eſt eripere a malo.
Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus vade ⁊ corri-
pe eum inter te et ipſum ſolum ⁊c. Job. 5. Beatus ho-
mo qui corripitur a domino. Quantum ad ſecundum di
cit. Ad erudiendum in iuſticia. Et hec omnia ſacra ſcri-
ptura facit. Eſa. 8. In manu forti erudiuit me ⁊c. Sic
ergo q̄druplex eſt effectus ſacre ſcripture ſcilicet docere
veritatem: arguere falſitatem. Quantū ad ſpeculatiuaȝ
eripere a malo ⁊ inducere ad bonum. Quantuȝ ad pra-
cticam. vltimus eius effectus eſt vt perducat homines
ad perfectum. Non enim qualitercūq̄ȝ bonum facit. ſed
perficit. Heb. 6. Ad perfectionem feramur. Et dicit. vt
perfectus ſit homo dei. quia non poteſt homo eſſe perfe-
ctus niſi ſit homo dei. Perfectum enim eſt cui nihil de-
eſt. Tunc ergo homo eſt perfectus: quando eſt paratus
ad omne bonum. non ſcilicet que ſunt de neceſſitate ſa-
lutis. ſed etiam ad ea que ſunt ſuperogationis. Bonuȝ
autem facientes non deficiamus Gal. vltimo.

Capitulum quartũ.
Eſtificoꝛ coꝛam deo ⁊ iheſu xp̃o
t qui iudicaturꝰ eſt viuos ⁊ moꝛ⸗
tuos: ⁊ per aduentũ ipſius et re
gnũ eius. pꝛedica verbum: inſta
opoꝛtune ĩpoꝛtune: argue: obſecra increpa
in omni patientia ⁊ doctrina. Erit eñi tem⸗
pus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebũt:
ſed ad ſua deſideria coaceruabũt ſibi magi⸗
ſtros pꝛurientes auribus. ⁊ a veritate qui⸗
dem auditum auertent. ad fabulas autem
conuertentur. Tu vero vigila: in omnibus
laboꝛa: opus fac euangeliſte: miniſteriũ tu
um imple: ſobꝛius eſto.

Pꝛemiſſis periculis tempoꝝ nouiſſimoꝝ et ydoneitate
tymothei ad reſiſtendũ: hic oſtẽdit quomodo reſiſtat. Et
pꝛimo ponit̃ monitio. Secũdo eius neceſſitas. ibi. Erit
enim ⁊c. Item pꝛimo ponit̃ eius cõteſtatio. Secũdo ad⸗
monitio ibi. Pꝛedica verbũ ⁊c. In cõteſtatiõe ſunt duo
conſideranda. ſcȝ coꝛã quibus conteſtet̃ ⁊ per quẽ. Con
teſtat̃ autem coꝛã duobus. ſcȝ coꝛaȝ eo qui eſt noſtra bea
titudo. ⁊ coꝛã eo qui nos in beatitudinẽ introducit. Be
atitudo autẽ noſtra deus eſt. p̃s. Beata gens cuiꝰ eſt do
minus deus eius ⁊c. Et ideo dicit. Coꝛã deo. id eſt teſtẽ
induco deũ ꝙ hanc monitionẽ faciam. Hic enim teſtis
non decipit̃. 2ᵉ. coꝛinth. 1ᵒ. Ego autẽ deũ teſtem inuoco
in animã meã ⁊c. Et xp̃o cuius eſt introducere in beati⸗
tudinẽ. Rom. 1. Per quẽ ⁊ acceſſum habemus per fidẽ
in gratiã iſtam ⁊c. Uel coꝛpoꝛaliter introducit quidem.
quia ip̃e iudicaturꝰ eſt viuos. ⁊ tũc viuos dicit illos qui
viui reperient̃ in aduentu eius qui moꝛient̃ quidem: ſed
quia in modico tempoꝛe reſurgent dicunt̃ viui. 1ᵉ. theſ.
4. Nos qui viuimꝰ qui reſidui ſumus in aduentu domi
ni nõ pꝛeueniemus eos qui doꝛmierũt ⁊c. Uel viuos di⸗
cit bonos. ſcȝ qui viuũt vita gratie. 1ᵉ. Joh. 3. Qui non
diligit manet in moꝛte ⁊c. Et hos etiã iudicat. Act. 10.
Ipſe eſt qui cõſtitutus eſt a deo iudex viuoꝝ ⁊ moꝛtuoꝝ
Sed cum xp̃s ſit deus quomõ vtit̃ hic hac copula coꝛaȝ
deo ⁊ xp̃o. Reſpondeo: poteſt dici ꝙ dicit̃ coꝛam deo ſcȝ
patre ⁊ xp̃o. id eſt filio. Pater eñi eſt fons diuinitatis. ⁊
conteſtat̃ per duo deſiderabilia ſanctis. pꝛimũ eſt aduen
tus xp̃i. Luce. 12. Similes hoĩbus expectãtibus domi⸗
nũ ſuũ quando reuertat̃ a nuptijs ⁊c. Apoca. vlti. Ueni
dñe ieſu. Secundũ eſt regnũ eius. Math. 6. Adueniat
regnũ tuũ. Regnat quidem ſcd̃m poteſtatẽ ſuper omnẽ
creaturã. Math. vlti. Data eſt mihi omnis poteſtas in
celo ⁊ in terra. Sed ſpiritualiter in ſanctis regnat in pꝛe
ſenti per gratiã. ⁊ in futuro per gloꝛiaȝ. Qui ſancti non
ſunt de hoc mũdo. Joh. 18. Regnũ meũ non eſt de hoc
mũdo ⁊c. Sed hoc regnũ hic inchoat̃: ſed in futuro cõ⸗
ſumabit̃ quãdo oĩa regna ei ſubijcient̃ ⁊ volentia ⁊ no
lentia. p̃s. Donec ponã inimicos tuos ⁊c. ¶ Conſequẽ⸗
ter cũ dicit. Pꝛedica verbũ ⁊c. ponit̃ monitio. ⁊ hoc vt
inſtet doctrine que eſt duplex. Una ad oĩes quã ponit
pꝛimo. Alia ad aliquos: ⁊ hãc ponit ſecũdo. ibi. Argue
⁊c. Item pꝛimo monet eũ ad generalẽ doctrinã exequen
dam. Secũdo docet modũ. Dicit ergo. Pꝛedica verbũ
⁊c. ſcȝ euangelij. Marci vlti. Euntes in mundũ pꝛedica
te euangeliũ omni creature ⁊c. In pꝛedicatiõe duo ſunt
ſcȝ denunciatio veritatis. ⁊ inſtructio ad moꝛes. Et hec
duo debet p̃dicatoꝛ facere. Luce vlti. Incipiens a moy
ſe ⁊ omnibus ꝓphetis interpꝛetabat̃ illis in oĩbus ſcri⸗
pturis ⁊c. Modus eſt cũ inſtantia ⁊ continuatiõe. Un⸗
de dicit. Inſta opoꝛtune. impoꝛtune. 2ᵉ. coꝛinth. 11. In
ſtantia mea quottidiana ⁊c. Sed dicit. Impoꝛtune. Cõ
tra. Eccľ. 20ᵒ. Ex oꝛe fatui repꝛobabit̃ parabola. non
eñi dicit illam in tempoꝛe ſuo. Item Pꝛouerb. 15. Ser
mo opoꝛtunus optimus eſt. Dicendũ eſt: ꝙ pꝛedicatoꝛ
ſcd̃m veritatẽ ſemper debet p̃dicare opoꝛtune. ſed ſcd̃m
exiſtimationẽ falſam audientiũ debet pꝛedicare impoꝛ⸗
tune: quia pꝛedicatoꝛ veritatis ſemper eſt bonis opoꝛtu
nus. ⁊ malis ſemper impoꝛtunus eſt. Jo. 8. Qui ex deo
eſt verba dei audit. ꝓpterea vos nõ auditis: quia ex deo
non eſtis. Eccľ. 6. Quã aſpera eſt nimiũ ſapientia indo⸗
ctis hominibꝰ ⁊c. Si homo eñi vellet hãc ſeruare opoꝛ⸗
tunitatẽ vt diceret his qui volũt audire pꝛodeſſet tantũ
iuſtis: ſed opoꝛtet ꝙ aliquãdo etiã pꝛedicet malis vt cõ⸗
uertant̃. Et ad hoc addit̃ impoꝛtune. Eſaie. 58. Clama
ne ceſſes ⁊c. ¶ Conſequẽter cum dicit. Argue ⁊c. ponit̃
doctrina in ſpeciali quã pꝛimo ponit. Secũdo modũ ibi
In omni patiẽtia ⁊c. Inſtituens autẽ aliquẽ ſpecialiter
poteſt eũ inſtituere. Uel de pertinẽtibus ad fidem. puta
vt doceat veritatẽ ⁊ remoueat erroꝛẽ. Et quantũ ad hoc
pꝛimũ dicit. Argue ſcȝ erroꝛes. Tyt. 2. Argue cũ omni
imperio. Uel de pertinẽtibus ad bonos moꝛes ⁊ ad hoc
debet inducere aliquãdo bonũ ⁊ ſuperioꝛẽ. ⁊ tunc debet
placide ⁊ benigne monere. Unde dicit. Obſecra. 2ᵉ. ty
moth. 4. Senioꝛẽ ne increpaueris: ſed obſecra vt patrẽ
Gal. 6ᵒ. Uos qui ſpiritales eſtis huiuſmodi inſtruite in
ſpiritu lenitatis. Et ſpecialiter ſi non peccat ex malitia.
Si aũt inſtituat malũ debet eum increpare. Tyt. 1. Ob
quam cauſam increpa illos dure vt ſani ſint in fide ⁊c.
Job. 5. Increpationẽ domini ne repꝛobeſ ⁊c. Sed quis
modus? In omni patiẽtia ne iratus appareas ⁊ ex ira in
ſtruas. ſed tranquille. Pꝛouerb. 19ᵒ. Doctrina viri per
patientiã noſcit̃ ⁊c. p̃s. Bene patientes erũt vt annũci⸗
ent. Item doctrina. ſcȝ de his que ad fideȝ ⁊ in his que
ad moꝛes. Jere. 3ᵒ. Paſcent vos in ſcientia ⁊ doctrina.
¶ Deinde cũ dicit. Erit enim ⁊c. oſtẽdit neceſſitatẽ mo⸗
nitionis pꝛemiſſe. Eſt autẽ triplex neceſſitas pꝛedictoꝝ
Et pꝛima ex parte audientiũ. Secũda ex parte tymothei
ibi. Tu vero ⁊c. Tertia ex parte apoſtoli ibi. Ego enim
iam ⁊c. Circa pꝛimũ duo facit. quia pꝛimo ꝓponit neceſ
ſitatẽ. Secũdo exponit dictum ſuũ ibi. Et a veritate ⁊c.
Neceſſitas pꝛima eſt auditoꝝ peruerſitas in audiendo.
vt vtilia nolũt audire ſed curioſa. Dicit ergo quantũ ad
pꝛimũ. Inſta dum nolũt audire ſanã doctrinã. Nam erit
tẽpus quãdo erunt mali doctoꝛes. Actuũ. 20. Ego ſcio
quoniã lupi rapaces intrabũt in vos poſt diſceſſionẽ me
am ⁊c. Unde dicit. Non ſuſtinebũt. id eſt erit eis odioſa
vera doctrina. ſcȝ xp̃i. Pꝛouerb. 8. Juſti ſunt oĩes ſer⸗
mones mei. nõ eſt in eis prauũ quid neqȝ peruerſuȝ ⁊c.
¶ Alia peruerſitas quia volũt inoꝛdinate audire curio⸗
ſa ⁊ noxia. Pꝛouerb. 1. Uſquequo paruuli diligitis in
fantiã. ⁊ ſtulti ea que ſunt ſibi noxia cupiẽt ⁊ impꝛuden⸗
tes odibũt ſcientiam. Ideo dicit. Sed ad ſua deſideria
coaceruabunt. id eſt multiplicabũt ⁊c. Contra quos di⸗
citur Jacobi. 3. Nolite plures magiſtri fieri fratres mei
ſcientes quoniã maius iudiciũ ſumitis. Et eſt coaceruã⸗
tio quãdo indigni ⁊ inſufficientes multiplicant̃. et ma⸗
gis coaceruatio eſt ſi fiant quattuoꝛ indigni ꝙ̃ ſi centum
boni. quia vt habet̃ Sapi. 6. Multitudo ſapientũ ſani⸗
tas eſt oꝛbis terraꝝ ⁊c. Eſaie. 30. Loquimini nobis pla
centia. Et hoc eſt ſcd̃m ſua deſideria. quia vnus vult au
dire vnũ. alius aliuȝ. ⁊ ſic querunt diuerſos magiſtros.
Et dicit. Pꝛurientes auribus. ſcȝ auditoꝛes. Pruritũ
dicit̃ habere in pedibus qui nõ vult quieſcere. In auri⸗
bus vero qui ſemper audire vult noua inaudita ⁊ curio⸗

ſa ⁊ quādoqȝ noxia. Actu. 17. Athenienſes ad nihil ali
ud vacabant niſi aut diſcere aut audire aliquid noui. Et
ideo multiplicatˀ doctrina heretica. Prouerb. 19. Aque
furtiue dulciores ſunt ⁊ panis abſconditus ſuauior ⁊c.
¶ Conſequēter cū dicit. Et a veritate ⁊c. exponit dictū
⁊ primo exponit quod dixerat ꝙ ſanaȝ doctrinā non ſu-
ſtinent cū dicit. A veritate ⁊c. Sana doctrina eſt quādo
non habet admixtā falſitatē. Ergo ſanam doctrinā non
ſuſtinēt dum veritatē nolunt audire. Oſee. 4. Non eſt
veritas ⁊ nō eſt miſericordia ⁊ nō eſt ſcientia in terra ⁊c.
Jo. 8. Si veritatē dico vobis: q̄re nō creditis mihi: ⁊c.
Secūdo ꝙ dixerat coaceruabūt ⁊c. exponit cū dicit. Ad
fabulas autē conuertentˀ. Fabula eſt compoſita ex miris
in quibus deficit veritas. Et talia homies habentes in
auribus prurituȝ volunt audire. 1ᵉ. tymoth. 4. Ineptas
⁊ inanes fabulas deuita ⁊c. ¶ Deinde cū dicit. Tu vo
⁊c. ponitˀ neceſſitas ex parte tymothei cui erat officiū cō
miſſum: ⁊ ideo neceſſariū erat ꝙ predicaret. Et primo mo
net eum ad ſollicitudinē. Secūdo inducit eum ad labo-
rem. Tertio moderatˀ laboreȝ. Dicit ergo. Tu vero ⁊c.
Quaſi dicat. Iſti ſic faciūt. Tu vero ⁊c. Math. 24. Vi
gilate quia neſcitis qua hora dñs veſter venturus ſit ⁊c
Luce. 2. Et paſtores erāt in regione eadē vigilantes ⁊
cuſtodientes vigilias noctis ſupra gregē ſuū ⁊c. Ro. 12
Qui preeſt in ſollicitudine. Sed quia ſollicitudo ſine la
bore inanis eſt. ideo primo inducit ad vniuerſaliter la-
borandū. Scd̄o determinat in quo eſt laborandū. Ter-
tio laborandi neceſſitatē. Dicit ergo. Vigila ⁊ ſic ꝙ ali-
quid facias. ⁊ ideo labora. Sap. 3ᵒ. Bonoꝝ laboꝝ glo-
rioſus eſt fructus ⁊c. Et hoc in oibus. id eſt in omni ge-
nere hominū. Eſa. 32. Beati qui ſeminatis ſuper omes
aquas ⁊c. Marci vlti. Predicate euangeliū omni crea-
ture. Unde mox determinat in quo eſt laborandū dicēs:
Opus fac euangeliſte. id eſt euangelizȝa. Hoc em̄ eſt no
bile opus: quia ad hoc xp̄s eſt miſſus. Luce. 4. Alijs ci
uitatibus oportet me euāgelizare quia ideo miſſus ſum
Eſa. 41. Primus ad ſyon dicet. Ecce adſum ⁊ hieruſa-
lem euāgeliſtā dabo. Euangeliſta autē dicitur aliqñ qui
ſcripſit euangeliū. ⁊ ſic ſunt quattuor. qñqȝ qui predicat
ip̄m. ⁊ ſic dicitˀ hic. ⁊ Epheſ. 4. Neceſſitas aut huiꝰ la
boris q̄ eſt miniſteriū tuū. ⁊ ideo tibi cōmiſſum imple:
ſcȝ predicādo. Col. 4. Dicite archippo. vide miniſteriū
quod accepiſti in dño vt illud impleas. Ille autē implet
officiuȝ euangeliſte qui verbo predicat et opere implet.
Actu. 1. Cepit ieſus facere ⁊ docere. ¶ Conſequēter in-
ducit ad moderantiā dicens: Sobrius eſto. vel ſobrieta
te corpali que decet p̄dicatorē. Ebrietas em̄ eſt inimica
ſapiētie. Eccˀ. 2. Cogitaui abſtrahere a vino carnē meā
Uel potius ſobrietas ponitˀ hic ꝓ diſcretiōe Actuū. 26.
Uerba ſobrietatis ⁊ veritatis eloquor. 1ᵉ. petri. 5ᵒ. So-
brij eſtote ⁊c.

## Lectio ſecunda.

Ego enim iam delibor: ⁊ tempus re
ſolutionis mee inſtat. Bonum cer-
tamen certaui: curſum conſumaui:
fidem ſeruaui. In reliquo repoſita eſt mihi
corona iuſticie: quam reddet mihi dominꝰ
in illa die iuſtus iudex Non ſolum autē mi
hi: ſed ⁊ his qui diligunt aduentū eius.

Supra monuit eū vt inſtaret doctrine. ⁊ hoc propter au
dientes ⁊ propter ip̄m tymotheū: hic inducit tertiā ne-
ceſſitatē ex parte apoſtoli. ⁊ eſt quia in breui erat ſubtra
hendus de mūdo. Et primo prenūciat ſuaȝ mortē immi
nere. Secūdo mandat ꝙ viſitet eū ibi. Feſtina ⁊c. Cir-
ca primū duo facit. Primo deſignatur inſtantia mortis
eius. Secūdo ſecuritas morietis ibi. Bonū certamē ⁊c.
Circa primū duo facit. q̄ primo nūciat paſſiones q̄s pa
tiebatˀ. Scd̄o p̄dicit mortē que expectabatˀ ibi. Et tp̄us
mee ⁊c. Quantū ad primū dicit Ego em̄ ⁊c. quaſi dicat
Stati ego delibor. Sanctoꝝ autē paſſio dicitˀ imolatio.
Phil. 2 Sȝ ⁊ ſi imolor ſup ſacrificiū ⁊ obſequiū fidei ve
ſtre gaudeo ⁊c. ps. Tibi ſacrificabo hoſtiā laudis. ſ. ꝓ
te patiendo. Antiq̄tus in ſacrificijs que ex humidis offe
rebantˀ quedā fiebant preguſtatiōes. ⁊ he vocabantˀ deli
batiōes. Rom. 11ᵒ. Q᷑ ſi delibatio ſancta eſt ⁊ maſſa ⁊c.
Et ideo vocat paſſiones iminentes delibatiōes. Et quā
uis iam diu ſim has expertus tempus tamē reſolutiōis
mee inſtat Eſt aūt duplex reſolutio. ſcȝ aīe a corpe Eccˀ.
vlt. Et reuertatˀ puluis in terraȝ ſuam vnde erat. ⁊ ſp̄us
redeat ad deuȝ qui dedit illū. Item eſt reſolutio corpo-
ris in puluerē. Gen̄. 3. Puluis es ⁊ in puluerē reuerte-
ris. ¶ Deinde cum dicit. Bonū ⁊c. oſtendit ſecuritateȝ
ſue mortis. Sed ſciendū eſt ꝙ eſt differentia inter mortē
iuſti ⁊ peccatoris. quia vt dicitˀ Prouerb. 11ᵒ. Mortuo
homine impio nulla erit vltra ſpes. Quia em̄ ſpem ha-
bet in iſtis rebus trāſitorijs. ideo ſpem nō habet in eter-
nis. Sed iuſtus habet ſpem in eternis ⁊ nō in terrenis.
Primo ergo ponit meritū ſue ſecuritatis. Secūdo ſecu-
ritatē de premio. ibi. In reliquo ⁊c. Meritū huius vite
eſt in tribus. ſcȝ In reſiſtēdo malis. In ꝓficiendo in bo
nis. In bene vtēdo dei donis. Primū dicitˀ quoddā cer
tamen. Sed certamen dicitˀ bonū: primo ſi ſit pro bonis
puta ſi ſit pro fide ⁊ iuſticia ſicut apoſtoli. Jude. 1. De cō
muni veſtra ſalute neceſſe habui ſcribere vobis depre-
cās ſupcertari ſemel tradite ſanctis fidei. Eccˀ. 4. Pro
iuſticia agonizare ꝓ anima tua ⁊ vſqȝ ad mortē certa ꝓ
iuſticia. Secūda ꝓpter modū certaminis: ſi ſcȝ ſollicite
⁊ legittime certetˀ ſupra. 2ᵒ. Nō coronabitˀ niſi qui legit
time certauerit. 1ᵉ. corinth. 9. Sic pugno nō quaſi aereȝ
verberās ſed caſtigo corpus meū ⁊c. Tertio ꝓpter diffi
cultatē certaminis Sap. 10. Et certamen forte dedit illi
vt vinceret ⁊c. ⁊ profectū in bonis quod eſt. ¶ Sed no-
tat curſum. 1ᵉ. corinth. 9. Sic currite vt cōprehendatis
⁊c. Et dicitˀ curſus ꝓfectus ſanctoꝝ: quia cū feſtinatiōe
currūt vt meliorantes cōſumāt agitati ſtimulis charita-
tis. Heb. 4. Feſtinemus ergo ingredi in illā requiē ⁊c.
ps. Uiam mandatoꝝ tuoꝝ cucurri. Sed adhuc certamē
⁊ curſus mortis reſtabat ergo nō conſumauerat curſum
nec certauerat. Dicendū eſt ꝙ ſicut homo qui bene inci
pit ⁊ intendit finire habet perfecte. ſic ⁊ apoſtolꝰ iaȝ em̄
inceperat ⁊ finire intendebat. ¶ Bonus vſus donorum
dei eſt duplex. ſcȝ cōſeruatio fidei. ⁊ ideo dicit. Fidē ſer
uaui quod facit qui vtitˀ donis dei ad gloriā dei ⁊ ſalutē
proximoꝝ. Math. 24. Quis putas eſt fidelis ſeruus ⁊
prudens quē conſtituit dominꝰ ſuper familiā ſuam: ⁊c.
1ᵉ. tymoth. 1ᵒ. Fidelē me exiſtimaui ponens in miniſte-
rio ⁊c. Uel ſeruaui in me virtutē fidei. Rom̄. 14. Om-
ne quod nō eſt ex fide peccatū eſt ⁊c. propter q̄d. Mat.
10. Eſtote prudentes ſicut ſerpētes. id eſt cuſtodite fidē
tanq̄ caput ⁊ fundamentū virtutuȝ. ¶ Deinde cū dicit.
In reliquo ⁊c. ponitˀ ſpes de premio quod primo ponit.
Secūdo oſtendit datorem eius. ibi. Quam reddet ⁊c.
Tertio ponit participes premij ibi. Qui diligūt ⁊c. Di
cit ergo. Exquo pugnaui ⁊ curſum conſumaui: nihil re-
ſtat niſi ꝙ coroner. Corona iuſticie dicitˀ quam deus ex
ſua iuſticia reddet. Sed contra: quia vita eterna ex gra
tia datˀ. Roman. 6. Gratia dei vita eterna. ⁊ cap. 8. Nō
ſunt condigne paſſiones huius temporis ad futurā glo-
riam ⁊c. Non ergo ex iuſticia. Reſpōdeo. Dicendū eſt

ꝙ eſt ibi gratia quantū ad radicem merendi. Iuſticia quātum ad actū qui procedit ex voluntate. vel corona que datur ex iuſticia: quia datur iuſtis ſcđm opera iuſta. Eſaie.3. Dicite iuſto quoniā bene quoniā fructum adinuentionū ſuarū comedet ꝛc. Hec corona duplex eſt. quedam principalis. quedā ſecundaria. Prima eſt premiū eſſentiale que nihil eſt aliud ꝙ gaudiū de veritate. Eſa. 28. In illo die erit dominꝰ exercituū corona glorie ⁊ ſertum exultatiōis reſiduo populi ſui ꝛc. Deus eſt ergo corona noſtra. Secūda eſt corona que debetur ſpecialibus operibus ⁊ hec eſt aureola. ⁊ vna debeṫ martyribus. ſupra.2. Non coronabiṫ niſi qui legittime certauerit ꝛc. ⁊ ad hoc eſt quod dicit. Bonū certamen certaui. Alia debetur virginibꝰ. Sapieñ.4. In perpetuū coronata triūphat incoinquinatorū certaminū premiū vincens ꝛc. Et ad hoc eſt. Curſum cōſumaui. Apocal.14°. Hi ſequūtur agnū ꝛc. Tertia eſt doctorū. Prouerb.4. Dabit capiti tuo augmenta gratiarū ⁊ corona inclita proteget te Et ad hoc dicit. Fideꝫ ſeruaui. Et dicit repoſita. i. ſm eternā predeſtinationē reſeruata. ſupra.1. Scio cui credidi ⁊ certus ſum: quia potens eſt depoſitū meū ſeruare in illū diem. ¶ Dator huius eſt deus. ideo dicit quā reddet mihi dominus. ſcꝫ per ſuā iuſticiam in illa die. Maꝫ hec eſt corona glorie. et hec eſt duplex. ſcꝫ anime: ⁊ hec reddiṫ ſanctis in illa die. id eſt in morte. Unde hic dicit Tempus mee reſolutiōis inſtat. 2e. corinth.5. Si terreſtris domus noſtra huiꝰ habitatiōis diſſoluaṫ ꝙ edificatiōnē habemus ex deo ꝛc. Alia eſt corporis: ⁊ hec reddetur in illa die ſcꝫ iudicij. 1e. corinth.15°. Seminaṫ in ignobilitate ꝛc. Participes huiꝰ ſunt omēs ſancti. Unde dicit. Non ſolū ꝛc. ſcꝫ reponiṫ Apocal. vlti. Ueni domine ieſu. Canti.5. Ueniat dilectus meus in ortuꝫ ſuū vt comedat fructū pomorum ſuorū ꝛc. Qui non diligūt deū nihil habent: vt diligant aduentū eius. Amos.5°. Ue deſiderātibus diem domini: quia corona ſolū charitati debetur. Job.14°. Qui diligit me diliget a patre meo ⁊ ego diligam eū ⁊ manifeſtabo ei meipm̄.

## Lectio tertia.

f Eſtina ad me venire cito. Demas enim me dereliquit diligens hoc ſeculuꝫ ⁊ abijt theſſalonicam: creſcēs in galatiam. tytus in dalmaciam. lucas eſt mecum ſolus. Marcum aſſume: ⁊ adduc tecum. eſt enim mihi vtilis in miniſterio. Tychicū autem miſi epheſum. Pennulā quaꝫ reliqui troade apud carpū veniens affer tecum: ⁊ libros maxime autem membranas. Alexander erarius multa mala mihi oſtendit: reddet illi dominus ſcđm opera eius: quem ⁊ tu deuita. Ualde enim reſtitit verbis noſtris. In prima mea defenſiōe nemo mihi affuit: ſed omnes me dereliquerunt. non illis imputetur. Dominus auteꝫ mihi aſtitit ⁊ confortauit me. vt per me predicatio impleatur. ⁊ audiant omnes gentes. et liberatus ſum de ore leonis. Liberauit me dominus ab omni opere malo. ⁊ ſaluum faciet in regnū ſuum celeſte. cui gloria in ſecula ſeculorum. amen. Saluta priſcam ⁊ aquilam ⁊ oneſiphori domuꝫ. Eraſtus remāſit corinthi. trophimū autem reliqui infirmū mylethi.

Rogat viſitari. Et primo vocat eū ad ſe. Secūdo ſignificat ſuū ſtatum ibi. Alexander ꝛc. Tertio cōcludit epiſtolarē ſalutationē ibi. Salutant te ꝛc. Item primo mādat vt veniat. Secūdo aſſignat ei ſociū ibi. Marcū aſſume ꝛc. Tertio oſtendit quid deferat ibi. Pennulaꝫ ꝛc. Circa primū duo facit. quia primo vocat eum. Secūdo cauſam vocatiōis aſſignat ibi. Demas ꝛc. Dicit ergo. Quia in breui ſuꝫ receſſurus de mūdo: feſtina ꝛc. ⁊ hoc vt inuicē conſolarenṫ et vt iuuarent eum in predicatiōe euangelij: pro quo erat ſollicitus in vinculis exiſtens. Prouerb.18. Frater qui adiuuaṫ a fratre quaſi ciuitas firma. Cauſa vocatiōis eſt. quia ſocietate debita erat deſtitutus. Et primo a quodā qui propter ſuam culpā receſſerat. Secūdo quia quoſdā miſerat ad predicanduꝫ. Dicit ergo. Demas eñ ꝛc. i. propoſuit amorē huiꝰ ſeculi amori meo. 1e. Job. 2°. Si quis diligit mūdum nō eſt charitas patris in eo ꝛc. ¶ Creſcens quidā diſcipulus abijt in galatiā miſſus ab apoſtolo. Tytus etiaꝫ miſſus ab eo abijt in dalmaciā. vbi finaliter diciṫ fuiſſe epiſcopus. Job.38°. Nunquid mittes fulgura ⁊ ibūt? ¶ Lucas ꝛc. hunc retinuit in predicatiōe euangelij in qua fuit gratioſus. 2e. corinth. 8. Cuius laus eſt in euangelio per omnes eccleſias. ¶ Deinde cū dicit. Marcū ꝛc. aſſignat ei ſociū ꝛc. Et circa hoc duo facit. quia primo aſſignat ei ſocium. Secūdo huius rationē. hic marcus alio nomine diciṫ iohannes ⁊ cōſobrinus barnabe. Act.15. diciṫ ꝙ barnabas volebat aſſumere marcū: ſed paulus nolebat. Et ꝓpter hoc diſſenſio facta eſt inter eos ita vt diſcederet ab eis. Col. vlti. Marcus cōſobrinus barnabe. Ratio eſt: quia eſt multipliciter vtilis ꝛc. Tyticum ꝛc. ¶ Deinde cū dicit. Pennulaꝫ ꝛc. Dicit quid portet Carpus eſt ſanctus quidā. Pennula ſcđm hieronymū erat volumen legis quod habebāt in carta per modū rotuli. ⁊ hoc vocat pennulā. vel pennula dicitur veſtis aliqua. Sed ſcđm criſoſtomū erat veſtis cōmunis. Et quia apoſtolus rome erat pauper nō accipiens ab alijs. ideo voluit vt veſtis ſibi portaretur. Haymo dicit ꝙ erat ſpecialis veſtis in ſignū nobilitatis. vnde Actuū.22. Paulus dixit ſe ciuem romanū. Pater eñ pauli ſeruierat romanis in tharſo cilicie: ⁊ ex hoc factus fuit ciuis romanus. ⁊ pēnula erat veſtis in ſignū conſulis. Et forte pater ſuus erat ibi cōſul. vel pēnula diciṫ mantica vbi erāt libri quod videṫ quia ſequiṫ. Et libros. Sed quid apoſtolo de libris pleno ſpirituſancto? Item inſtabat ſua reſolutio. Reſpondeo. Dicendū eſt ꝙ propter duo. Primo vt in legēdo haberet ſolaciū. 1. Macha. 12. Habentes ſolatio ſanctos libros qui ſunt in manibꝰ noſtris ꝛc. In libris eñ eſt remediū contra tribulatiōes. Uel dicit hoc ne perderenṫ: ſed remanerent fidelibus. Item quātomagis appropinquabat morti tātomagis inſtabat ſeruitio ſcripturarū ſicut de ambroſio diciṫ ꝙ vſqꝫ ad vltimā egritudinē non ceſſauit ſcribere. Unde ſcribens illū pſalmū. Magnus dominꝰ ⁊ laudabilis nimis ꝛc. mortuus eſt. Membrane ſūt carte nō ſcripte vel cedule vbi ſcripſerat epiſtolas vel predicatiōes ſuas. ¶ Deinde cū dicit. Alexander ꝛc. oſtendit que apud ipm̄ fuerunt ⁊ q̄ apud ipm̄ ſunt. Et primo ex parte hominū. Secundo ex parte dei ibi. Dominꝰ autem mihi aſtitit ꝛc. Iterū prima in duas. Quia primo ſignificat ei de quodam qui ei aduerſabaṫ. Secūdo de negligētia eoꝝ qui eum non iuuabant. ibi. In prima mea ꝛc. Item primo premittit culpam inique impugnantis. Secūdo oſtendit penā eius futurā ibi. Reddet ei ꝛc. Tertio oſtendit quomō ſit etiā ſcđm eccleſiā puniēdus ibi. Quē ⁊ tu ꝛc. Videṫ ꝙ hic

Alexãder fuit artifex eris vel cuſtos erarij. ⁊ erat de his
qui dixerũt legalia eſſe de neceſſitate ſalutis ſeruanda.
1ᵉ. tymoth. 1°. Circa fidem naufragauerũt ex quibus eſt
hymeneus ⁊ alexander ⁊c. Et dicũt quidã ꝙ iſte eſt de q̃
dicit̃. Actuũ. 19. ꝙ concitauit ſeditionẽ in apoſtolũ: ſed
nomẽ diſſonat quia ille demetrius hic alexãder et loc⁹.
quia illud epheſi iſtud rome fuit. Et ſubiũgit multa ⁊c.
Et nota ꝙ nõ dicit fecit: ſed ꝙ oſtẽdit. quia impij aduer
ſus iuſtos animũ oſtendere poſſunt ſed nõ ſemper explẽt
Jeremi. 1°. ⁊. 15. Bellabũt aduerſuȝ te ⁊ nõ preualebũt:
quia ego tecũ ſum ⁊c. Job. 5. Qui diſſipat cogitatiões
malignoꝝ ne poſſint adimplere manus eoꝝ quod cepe-
rant. Qui apprehendit ſapiẽtes in aſtutia eorũ et conſi
lium prauorũ diſſipat. ¶ Deinde cũ dicit. Reddet ei do
min⁹ ⁊c. ponit penã eius futurã. Sed nota ꝙ non ponit
verbuȝ optatiuũ reddat: ſed dicit reddet. quia ſignificat̃
penam eſſe paratã a deo. quod preuidebat apoſtolus ex
eius pertinacia. p̃s. Quia tu reddes vnicuiq; iuxta ope
ra eius. Tamen cũ hoc ꝙ reſeruat̃ ei pena in futuruȝ ec-
cleſia debet etiã eum punire excõmunicando. Unde ſub
iungit. Quem ⁊ tu deuita. ſcȝ tanq̃ hereticũ. Tyt. 3°.
Hereticũ hominẽ poſt vnã ⁊ ſecundã correctionẽ deuita
⁊c. Cui⁹ etiam dicti reddit rationẽ dicens: Ualde enim
⁊c. Actuũ. 7°. Uos ſemper ſpiritui ſancto reſiſtitis ⁊c.
¶ In prima mea. ponit negligentiã non iuuantiũ eũ. et
primo reprehendit eorũ culpam. Secũdo petit eis veni
am ibi. Nõ illis imputet̃. Dicit ergo. In prima mea ⁊c.
Glo. dicit ꝙ apoſtolus ſepe contra alexandrũ praue do-
centẽ pugnauit ⁊ in perſona nullus ei affuit. ſed hic nõ
videt̃ eſſe ſenſus eius: quia iſte alexander nõ erat tantus
ꝙ apoſtolus indigeret alijs ad diſputandũ cum eo: ſed
dicendũ eſt ꝙ ſicut dicit̃ Actuũ. 25°. Paulus appellãs
miſſus eſt romã. ⁊ ideo oportuit ꝙ preſentaret̃ ceſari vt
diſcuteret̃ miſſionis ſue cauſa. ⁊ iudei venerũt contra eũ
Et hoc apoſtolus appellat ſuã primam defenſionẽ. In
qua diſcipuli defuerũt ei: timentes ne a crudeli nerone
punirent̃. Eccl'. 51°. Reſpiciẽs eram ad adiutoriũ homi
nũ ⁊ non erat ⁊c. Eſaie. 63. Torcular calcaui ſolus ⁊ de
gentibus non eſt vir mecum ⁊c. Sed poſſet dici ꝙ hoc
fuit: quia a principio nullus ſciuit. Sed hoc eſt falſum.
immo ex quadã puſillanimitate receſſerũt. p̃s. Elonga-
ſti a me amicũ ⁊ proximũ meum ⁊ notos meos a miſeria
⁊c. Job. 6°. Fratres mei preterierũt me ⁊c. ſed quia fece
rũt ex infirmitate orat pro eis ⁊ nõ excõmunicat. Luce.
6. Orate pro calũniantibus vos. ¶ Deinde cum dicit.
Dominus autẽ ⁊c. oſtendit quid agit̃ circa eum ex parte
dei. cuius auxiliũ primo ponit. Secũdo huius effectum
ibi. Et audiãt ⁊c. Dicit ergo. Omnes me dereliquerũt
ſed vbi deeſt homo offert ſe deus. p̃s. Quoniã pater me
us ⁊ mater mea dereliquerũt me. domin⁹ auteȝ ſuſcepit
me ⁊c. Unde dicit. Domin⁹ mihi aſtitit. ſcȝ ad adiuuan-
dum me. Jere. 20. Dominus mecũ eſt tanq̃ bellator for
tis ⁊c. p̃s. Prouidebã dominũ in cõſpectu meo ſemper
quoniã a dextris eſt mihi ne cõmouear. Et quomõ? for-
titudinẽ animi dando: vt nõ ſtupeſcerem coram ceſare.
Ezech. 3°. Manus dñi erat mecũ me cõfortans. Et hoc
vt per me ⁊c. quod implet̃ quãdo ad plures diffundit̃ ⁊
quãdo quod ore dicit̃: opere implet̃. Actuũ. 9. Uas ele-
ctionis ⁊c. ¶ Deinde cũ dicit. Et audiant ⁊c. ponit̃ effe-
ctus auxilij diuini. Et primo quantũ ad preterita. Secũ
do quantũ ad futura. Tertio agit gratias. Sed duplex
eſt beneficiũ circa preterita. ſcȝ liberatiõis a culpa ⁊ a pe
na. Dicit ergo. Domin⁹ mihi aſtitit ⁊ ideo in illa voca-
tione liberatus fui. quia non fui condemnatus a ceſare:
ſed permiſſum eſt mihi ꝙ irem quo vellẽ. Et ideo dicit.
Et audiant ⁊c. vt ſcȝ alij ſecũ confortent̃ ad veniendũ.

p̃s. Annũciate inter gentes gloriã eius ⁊c. Et vt iudeo-
rum inſultatio deprimeret̃. Et ſubdit. Liberatus ſuȝ de
ore leonis. id eſt de crudelitate neronis. Prouerb. 19.
Sicut fremitus leonũ ita ira regis. Prouerb. 28. Leo
rugiens ⁊ vrſus eſuriens princeps impius ſuper popu-
lum pauperẽ. Secũdo liberatus fuit a culpa. Unde di-
cit. Liberauit me domin⁹ ab omni opere malo. Aliqui
vero liberant̃ a pena incidentes in culpã negatiõis a fi-
de. p̃s. Eripuit me de inimicis meis fortiſſimis ⁊c. Et
hoc per deũ. Sapien. 8. Non poſſum eſſe cõtinens niſi
deus det ⁊c. ¶ In futuro ſaluum faciet ⁊c. Eſaie. 45°.
Iſrael ſaluatus eſt in domio ſalute eterna. Et dicit. In
regnũ celeſte. Luce. 22. Ego diſpono vobis ſicut diſpo
ſuit mihi pater meus regnũ. Math. 5°. Merces veſtra
coploſa eſt in celis. Et ideo agit gratias dicens: Cui eſt
gloria. 1ᵉ. tymoth. 1°. Regi ſeculoꝝ. ¶ Deinde cum di-
cit. Salutate ⁊c. iniũgit ei aliorũ ſalutationẽ. Secũdo
eum ſalutat ex parte alioruȝ. Tertio ex parte ſua. Item
circa primũ primo iniũgit aliorum ſalutationẽ. Secũdo
determinat tempus veniẽdi. Dicit ergo. Saluta priſcã
ſcȝ que eſt mulier ⁊ aquilã virum priſce quos premittit
quia forte deuotiores. Item oneſiphori domũ. Sed qua
re nõ eum ſed domũ? quia forte mortuus erat ⁊ ideo ſa-
lutat familiã. Uel forte: quia erat cũ eo rome. Determi-
nans tempus: primo oſtendit neceſſitatẽ. Secũdo proſe
quit̃ propoſitũ. Neceſſitas eſt ꝓpter alios remanẽtes in
alijs ⁊ alijs locis. Item ꝓpter turbationẽ maris. ¶ De
inde ponit perſonas ſalutantes ⁊ patet. Et modo cõſue
to ne corrumpat̃ epiſtola ſcribit manu ſua. Gratia autẽ
vobiſcum. Amen.

¶ Explicit deuotiſſima poſtilla ſanctiſſimi doctoris tho
me de aquino ordinis fratrum predicatoꝝ ſuper ſecũda
epiſtola beatiſſimi apoſtoli Pauli ad tymotheũ.

## Incipit pulcherrima expoſitio eiuſdem angelici doctoris beati Thome de aquino: ordinis fratrum predicatoꝝ ſuper epiſtola eiuſdem glorioſi doctoris gentium apoſtoli Pauli ad Tytum.

### Prologus.

I ſciret
paterfamilias ⁊c. Luce
12. Per patrẽfamilias
ſignificat̃ platuſ eccleſie
ꝓpt̃ tria que dȝ exhibe-
re. ſ. generationẽ ad fidẽ
eruditionẽ ad ſalutẽ. cu
ſtodiam ad ſecuritatem.
Primũ quidem quia ſi-
cut eſt vita corpalis per
aĩam: ita ſpiritualis per
fidem. Abacbuc. 2. Iu-
ſtus autẽ meus ex fide viuit. Et ſicut ad vitã carnalẽ ge
nerat̃ quis per emiſſionẽ ſeminis corporalis: ita ad vitã
ſpiritualẽ per infuſionẽ ſeminis ſpiritualis: quod eſt ver
bum dei. Math. 13. ⁊. 1ᵉ. corint. 4. Per euangeliũ ego
vos genui. Item per eruditionẽ. Eccl'. 7. Filij tibi ſunt
erudi illos. Eſaie. 48°. Ego dominus deus tuus do-
cens te vtilia. Item protectionem ad tutelam. Deutro.
32. Circumduxit eum ⁊ docuit ⁊c. ¶ Cuilibet enim pre-
lato committit̃ cura ſubditorum. 3. Regũ. 20. Cuſtodi

virũ hunc qui ſi lapſus fuerit: erit anima tua pro anima
eius ⁊c. Et hebreo.13. Ipſi peruigilãt quaſi ratione͂ red
dituri pro animabus veſtris. Sed ad hanc generatione͂
requirit̃ ſcientia. Oſee.4. Quia tu ſcientiã repuliſti ⁊
ego repellaꝫ te ne ſacerdotio fungaris mihi ⁊c. Et ideo
dicit. Si ſciret. Requirit̃ enim ꝙ ſciat. Item ad erudi-
tione͂ requirit̃ ꝙ ſit ſollicitus. Ro.12. Qui preeſt in ſol
licitudine. Luce.2. Paſtores erãt in regione eade͂ vigi
lantes ⁊ cuſtodie͂tes vigilias noctis ſupra gregem ſuũ.
Ad cuſtodiã vero fortitudo requirit̃ ad protegendũ. 1.
Macha.3. de iuda machabeo. Induit ſe loricã ſicut gi-
gas ⁊ ſuccinxit ſe arma bellica ſua in prelijs ⁊ ꝓtegebat
caſtra gladio ſuo ⁊c. Et ideo dicit̃ Et nõ fineret ⁊c. id eſt
eccleſiã. 1ᵉ. tymoth.3. Ut ſcias quomõ oporteat te ꝯuer
ſari in domo dei que eſt eccleſia dei ⁊c. Hec domus eſt
dei ſicut dñi. ⁊ prelati ſicut famuli. Heb.3. Moyſes qui
dem erat fidelis in tota domo illius tanq̃ famulus ⁊c.
xp̃us vero tanq̃ filius in domo ſua. Hec perfodit̃ a fure.
id eſt heretico. Abdie. ca. vnico. Si fures introiſſent ad
te. ſi latrones per nocte͂ quomõ conticuiſſes? Qui dicit̃
fur? qui occulte venit ⁊ gradit̃ in tenebris. Unde fur a
furuo dicit̃: quod eſt obſcurus. Sic iſti per obſcura do-
gmata. Prouer.9. Aque furtiue dulciores ſũt ⁊ panis
abſconditus ſuauior ⁊c. Item ex peruerſa intentiõe: qꝛ
intendũt occidere. Joh.10. Fur non venit niſi vt furet̃
⁊ mactet ⁊ perdat. Item ex modo intrãdi quia nõ per ho
ſtiũ. 1ᵉ. Joh.4°. Et oĩs ſpiritus qui ſoluit ieſum ex deo
nõ eſt. ⁊ hic eſt antixp̃us ⁊c. Sic ergo ex premiſſis trahi
tur ꝯuenienter inte͂tio huius epiſtole. in qua ap̃lus in-
ſtruit tytũ quomõ regat eccleſiã. vt patet in argume͂to.

## Capitulum primũ.

P Aulus ſeruus dei: apoſtolus au
tem ieſu xp̃i ſcd̃m fidem electoꝝ
dei: ⁊ agnitionem veritatis que
ſcd̃m pietatem eſt in ſpem vite
eterne: quam promiſit qui non mentitur de
us ante tempa ſecularia. Manifeſtauit au-
tem temporibus ſuis verbum ſuũ in predi
catione. que credita eſt mihi ſcd̃m preceptũ
ſaluatoris noſtri dei. Tyto dilecto filio ꝑm
commune͂ fidem: gratia ⁊ pax a deo patre ⁊
xp̃o ieſu ſaluatore noſtro.

Hec epiſtola diuidit̃ in ſalutatione͂ ⁊ epiſtolare͂ narratio
ne͂ ibi. Huius rei ⁊c. In prima primo ponit̃ perſona ſalu
tans que notificat̃ tripliciter. ſcꝫ ex noĩe cũ dicit. Pau-
lus. qd̃ ſignificat humilitate͂. 1ᵉ. coꝝ.15. Ego ſum mini-
mus apoſtoloꝝ ⁊c. Item ex cõditione cũ dicit. Seruus
p̃s. Dñe ego ſeruus tuus. Contra. Joh.14. Jam nõ di
cam vos ſeruos ⁊c. Reſpondeo: ſancti quãdoq; dicũtur
ſerui: quãdoq; nõ: ſed filij. Duplex eñ eſt ſeruit⁹. Una
eſt ex timore que nõ cõpetit filiatiõi dei. ſed condiuidit̃
cõtra eam. Ro.8. Non accepiſtis ſpiritũ ſeruitutis iteꝝ
in timore ⁊c. Alia ex amore que conſequit̃ filiatione͂ dei
Et ratio h⁹ diſtinctiõis eſt. qꝛ liber eſt cauſa ſui qui ope
ratur quod vult. ſeruus vero eſt qui eſt cauſa alterius.
Sed triplex eſt cauſa que eſt principiũ operis: ſcꝫ finalis
formalis ⁊ efficiens. Si ergo ꝓpter cauſaꝫ finale͂ ſic om-
nes ſancti ſunt ſerui dei: quia oĩa per deũ faciũt. 1ᵉ. coꝝ.
10. Siue manducatis ſiue bibitis vel aliud quid facitis
oĩa in gloriã dei facite. Et hoc eſt ex amore a q̃ ꝓcedit ꝙ
oĩa operemur ꝓpter deũ. Si vero ꝓpter cãm mouente͂ q̃
eſt extri͂ſeca ⁊ ꝯpellit ſic eſt ſeruitus timoris. ⁊ eſt malo
rũ. Si ꝓpter cãm formale͂ ſic eſt habitus inclinãs. Et ſic
quidã ſunt ſerui peccati. quidã ſerui iuſticie: quia ſcd̃m
habitũ inclinant̃ ad malũ vel ad bonũ. Item ex auctori-
tate cũ dicit. Apoſtolus. Luce.6. Elegit ſcꝫ ſuper om-
nes fideles duodecim ex ip̃is quos etiã apoſtolos nomi
nauit. Ephe.4°. Primũ quide͂ apoſtolos. Et deſcribit̃
primo ab actore cũ dicit. Ieſu xp̃i. quia ab ip̃o eſt elect⁹
Gal.1. Non ab hominib⁹ neq; per homine͂: ſed per ieſũ
xp̃m ⁊c. Item quia ſolũ xp̃m annũciabat. 2ᵉ. corinth.4.
Non enim noſmetip̃os predicamus: ſed ieſum xp̃m do-
minũ noſtrũ. nos aute͂ ſeruos veſtros per ieſum ⁊c. Iteꝫ
legatus xp̃i cuius auctoritate vtebat̃. 2ᵉ. corint.5. Pro
xp̃o ergo legatione fungimur. Ephes.6. Legatiõe fun
gor in cathena. 2ᵉ. corinth.2°. Si quid donaui propter
vos in perſona xp̃i ⁊c. Item ſecũdo ex ydoneitate. Naꝫ
apoſtolus eſt annũciator. Math. vlti°. Docete omnes
gentes ⁊c. Doctor aũt debet habere fundamentũ doctri
ne ⁊ doctrine perfectione͂. Primũ pertinet ad quelibet.
Secũdum vero pertinet ad predicatores ⁊ ad doctores
Et ſicut in alijs ſcie͂tijs ſunt principia ſic in hac ſunt ar-
ticuli fidei qui innoteſcũt cuilibet fideli ſcd̃m lumen in-
fuſũ. ⁊ articuli ſunt fundamenta fidei que ſunt ſubſtãtia
rerũ ſperandarũ ⁊c. Hebreo.11°. Et ideo dicit. Scd̃m fi-
dem electoꝝ dei. Item requirit̃ perfectio doctrine. Un-
de dicit. Et agnitione͂ veritatis. Duplex aute͂ habet̃ co-
gnitio veritatis. ſcꝫ perfecta in patria. ſcꝫ quãdo videbi
mus facie ad facieꝫ. ⁊ imperfecta per fidem quã habent
ſancti. Johã.8°. Cognoſcetis veritate͂ ⁊ veritas libera
bit vos. Sed cuius veritatis? In agnitiõe eius que eſt
ſcd̃m pietate͂. Religio eñ ⁊ pietas ſcd̃m tulliũ ſunt par
tes iuſticie ⁊ differunt. quia religio eſt cultus dei. Sed
quia deus nõ ſolum eſt creator: ſed etiã ⁊ pater ideo non
ſolũ debemus ei cultũ vt creatori ſed amore͂ ⁊ cultum ſi-
cut patri. Et ideo pietas quandoq; pro cultu dei ſumit̃.
Job.28. Ecce pietas ip̃a eſt ſapientia ſcd̃m aliam tranſ
latione͂ vbi noſtra ſic ſe habet. Ecce timor dñi ipſa eſt ſa
pie͂tia ⁊c. ¶ Tertio deſcribit̃ ex fine. ⁊ primo ponit ip̃m
finem. Secũdo eius dignitate͂ ibi. Quã promiſit ⁊c. Fi
nis aute͂ eſt ſpes vite eterne. quia ⁊ ſi moyſes poſſit dici
apoſtolus quia a dño miſſus. Exod.4°. ſed tamen non
in ſpem vite eterne. ſed terre euei ⁊ amorrei. ſed paulus
eſt apoſtol⁹ in ſpem vite eterne. Joh.6. Hec eſt volun-
tas patris mei qui miſit me. vt oĩs qui videt filiũ ⁊ cre
dit in eum habeat vitã eternam. 1ᵉ. petri.1°. Regenera
uit nos in ſpem viuã ⁊c. Rom.5. Gloriamur in ſpe glo
rie filioꝝ dei. Promiſſio aute͂ hec eſt firma dupliciter.
Primo ex parte promitte͂tis. Unde dicit. Qui nõ men
titur. Deus eñ veritas eſt cuius contrariũ eſt mendaciũ
Numeri.23°. Non eſt deus quaſi homo vt mentiat̃ ⁊c.
Secũdo ex diuino ꝓpoſito dandi. Unde dicit. Ante te͂-
pora ſecularia Seculũ ſcd̃m philoſophũ eſt menſura du
rationis vniuſcuiuſq; rei. Tempora ergo ſecularia ſunt
tempora diſtincta ſcd̃m diuerſas ſucceſſiones reꝝ Qua
ſi dicat. Anteq̃ tempus ſucceſſiuũ inciperet eſſe. Et qꝛ
incepit hoc tempus cum mũdo: ideo fuit ante principiũ
mũdi. Alia littera habet eterna. id eſt antiqua. Sic eñ
aliquãdo accipit̃ eternũ. id eſt antiquũ. Uel eterna non
ſcd̃m veritate͂ ſed ſcd̃m ymaginatione͂. Et ante iſta pro-
miſit hoc: quia hec ſunt ſucceſſiua. Sed promittere eſt
verbo nũciare ſuam voluntatem de dando. Et deus ab
eterno protulit verbũ ſuũ in quo erat vt ſancti haberent
vitã eternã. Ephe.1. Elegit nos ante mũdi ꝯſtitutione͂.
¶ Confirmat̃ aũt hec ſpes ex manifeſtatiõe ꝓmiſſionis.
Unde dicit. Manifeſtauit aũt ſuis tp̃ibus ⁊c. Et deſcri-
bit̃ hec manifeſtatio tripliciter. Prĩo ex tp̃e vnde mani
feſtauit qñ verbum ſuũ incarnari conſtituit. Unde dicit

Temporibus ſuis. id eſt tempore cõgruo quo homo eſ-
ſet cõuictus de ſuperbia per quã peccauerat. Et ſic prio
medicus cõuincit egrotũ vt eũ cõgruentius ſanet. Ho-
mo enĩ ſuperbiebat de ſciẽtia: ſed cõuictus eſt de ignorã
tia ante tempus legis vbi peccauit in ydolatria ⁊ vitijs
contra naturã. Item de virtutibus ⁊ de his cõuictus eſt
tempore legis. Gal'. 4. At vbi venit plenitudo tẽpis
miſit deus filiũ ſuũ ⁊c. Item ſecũdo ex modo: qꝛ per pu-
blicã predicationẽ. Marci vlti. Euntes in mundũ vni-
uerſum predicate euangeliũ omni creature ⁊c. Unde di
cit. In predicatiõe. 1ᵉ. corint. 9. Diſpenſatio credita eſt
mihi. Item tertio ex actore. Unde dicit. Secundũ prece
ptũ ⁊c. Math. 1. Ipſe enĩ ſaluũ faciet populũ ſuũ a pec-
catis eoꝝ. Actu. 9°. Uas electiõis eſt mihi iſte vt portet
nomen meũ ⁊c. ¶ Perſona ſalutata ponit̃ cũ dicit. Ty-
to quẽ deſcribit tripliciter. Primo ex noĩe. Secũdo ex
dilectiõe. Tertio ex filiatõe. Filius ergo eſt per dilectio
nẽ ⁊ fidem que debet eſſe cõmunis vt idipm dicant om-
nes. Et ideo dicit. Cõmunẽ que etiã dicit̃ catholica. id
eſt vniuerſalis. Unde dicit̃ Ephe'. 4. Una fides vnus
dñs ⁊c. ¶ Bona vero optata ſunt gratia ⁊ pax. hec ſepe
coniũgit quia oĩm ſpiritualiũ donoꝝ principiũ eſt gratia
⁊ pax finis. ps. Qui poſuit fines tuos pacẽ ⁊c. a deo ⁊c.

## Lectio ſecunda.

Huius rei gratia reliqui te crete vt
ea que deſunt corrigas. ⁊ cõſtituas
per ciuitates pſbyteros ſicut ⁊ ego
diſpoſui ſi qs ſine crimine eſt vnius vxoris
vir: filios habẽs fideles: non in accuſatione
luxurie: aut non ſubditos. Oportet enĩ epi
ſcopũ ſine crimĩe eſſe ſicut dei diſpenſatorẽ
non ſuperbum. non iracundũ. non vinolen
tum. non percuſſorem. non turpis lucri cu-
pidum: ſed hoſpitalẽ. benignũ. ſobrium. iu
ſtum. ſanctum. continentẽ.

Accedit ad narrationẽ. Et ſicut dictũ eſt intendit muni-
re eccleſiã contra hereticos. Et primo monet tytũ ꝙ ali
os inſtruat ad reſiſtendũ hereticis. Secũdo docet quo-
modo ipe eis reſiſtat ibi. Tu autẽ loquere ⁊c. capit. 2°.
Item primo monet vt inſtituat epiſcopos qui hereticis
reſiſtãt. Secũdo oſtendit neceſſitatẽ huius cõmiſſionis
ibi. Sunt enĩ multi ⁊c. Item primo ponit cõmiſſionẽ ty
to factã de inſtituẽdo epiſcopo. Secũdo oſtendit quales
debẽt eſſe epiſcopi ibi. Si quis ſine crimine ⁊c. Tertio
manifeſtat que dixit ibi. Oportet enĩ ⁊c. quia ergo apo-
ſtolus habuit vniuerſalẽ commiſſionẽ eccleſie gentiũ ⁊
non poterat ſolus per ſe oĩa exequi Ideo dicit. Huius
rei gratia reliqui te in creta ſcꝫ inſula vt loco apoſtoli ec
cleſie cretenſi officiũ paſtorale gerat. Prouerb. 18. Fra
ter qui iuuat̃ a fratre quaſi ciuitas firma ⁊c. Sed ꝙ di-
cit. Ut corrigas ⁊c. videtur ꝙ deberet dicere ſuppleas.
Reſpondeo. Dicendũ eſt ꝙ glo. ſic ſupplet vt oĩa que
ſunt in malis corrigas ⁊ que deſunt in bonis addas. 1ᵉ.
theſ. 3°. Impleamus ea que deſunt fidei veſtre. Uel di
cendũ eſt ꝙ eſt quoddã peccatũ omiſſionis: ⁊ quoddam
tranſgreſſionis. ⁊ vtrũqꝫ indiget correctiõe. In ſanctis
autẽ ⁊ perfectis ſicut tytus fuit: nõ abundauerũt tranſ-
greſſiones. Et ideo nõ dicit tranſgreſſiões corrigas: ſed
que deſunt. id eſt omiſſiones. Ut cõſtituas preſbyteros
id eſt epiſcopos. Unde inferius dicit. Oportet epiſcopũ
⁊c. Et vtit̃ indifferenter nomĩe epiſcopoꝝ ⁊ preſbytero-
rũ. Unde ſumpſit occaſionẽ hereticus qui ambiuit epi-
ſcopatũ quẽ quia nõ poterat adipiſci diuiſit ſe ab alijs:
⁊ multa falſa docuit. Inter que dixit ꝙ epiſcopi in nul-
lo differũt a ſacerdotibus qđ eſt contra dyoniſiũ in libro
de eccleſiaſtica hierarchia. Utit̃ ergo apoſtolus eodẽ no
mine in vtroqꝫ per idemptitatẽ rei: quia preſbyter dicit̃
ſenior. ¶ Item quia pertinet ad ſuperiores epiſcopũ cõ-
ſtituere licet eũ canonici eligant. Et dicit cõſtituas non
in villis ſed per ciuitates. Sicut enĩ in republica reges
ſunt tantũ in ciuitatibus: ſic in ſpirituali regimĩe epiſco
pi. 1ᵉ. petri. 2°. Regale ſacerdotiũ. ¶ Item debẽt ſenio
res eſſe. Eccl'. 10. Ue tibi terra cuiꝰ rex eſt puer ⁊c. Iteꝫ
ſenes nõ ſolũ etate ſed ⁊ moribus Nume. 11. Congrega
mihi ſeptuaginta viros de ſeniorib' iſrael quos tu noſti
ꝙ ſenes ſint populi ac magiſtri ⁊c. ¶ Item ſcđm formã
eccleſie. Unde dicit. Sicut ego diſpoſui tibi. Prouer.
3°. Fili mi ne effluãt hec ab oculis tuis ⁊c. ¶ Deinde cũ
dicit. Si quis ſine crimine ⁊c. deſcribit eos tripliciter.
ſcꝫ quantũ ad ſeipos. quantũ ex parte vxoris: ⁊ ex parte
filioꝝ. De primo dicit̃. Sine crimine. Sed qs talis erit
1ᵉ. Iohã. 1°. Si dixerimus: quia peccatũ non habemus
ipi nos ſeducimus. Dicendũ eſt ꝙ aliud eſt crimẽ aliud
eſt peccatũ Peccatũ dicit̃ quodcũqꝫ ſiue magnũ ſiue par
uũ ſiue occultũ. Crimen autẽ magnũ ⁊ infame. ps. Dñe
quis habitabit in tabernaculo tuo? ⁊c. Et poſtea ſubdit
Qui ingredit̃ ſine macula ⁊c. Non ꝙ q̃ mortaliter pec
cat poſt baptiſmũ non poſſit eligi ſed ꝙ nõ ſit infamis.
¶ Quo ad ſecundũ dicit. Unius vxoris virũ quod oriẽ
tales ſic exponũt. id eſt ꝙ nõ habeat ſimul duas vxores
ſicut quorũdam eſt cõſuetudo. Sed ſcđm hoc non eſſet
neceſſariũ ꝙ apoſtolus hoc diceret: quia ſcđm leges ro-
manas quibus apl's ſcribebat etiã ante fidem nõ licebat
ſimul habere plures vxores. Item. 1ᵉ. tymoth. 5. Dicit
de vidua que fuit vnius viri vxor: ⁊ tamen nunꝙ licuit
ꝙ vna plures viros ſimul poſſet habere. Et hoc modo
vult iſtud etiã de vidua. ſcilicet ꝙ nõ habuerit niſi vnũ
virũ. Sed hieronymus dicit oportere ꝙ vnã tantũ vxo-
rem poſt baptiſmũ habuerit ⁊ ꝙ nõ eſt vis ſi ante bapti-
ſmũ alias habuiſſet. Sed auguſti. ⁊ ambro. dicũt ꝙ per
baptiſmũ delent̃ omnia crimina ſed ꝙ per baptiſmũ ma
trimoniũ non delet̃. ergo ſcđm hos dicendũ eſt ⁊ rectius
ꝙ vnã tantũ et non plures: licet habuiſſe ante vel poſt.
Scđm quoſdã autẽ ratio huius eſt: quia ſignũ eſſet incõ
tinentie ſi plures habuiſſet. Sed hoc nõ eſt veꝝ: quia ni
hil repugnaret ſi plures habuiſſet meretrices: que ſunt
magis incõtinentes. Sed eſt alia ratio altior ſignificato
ſcꝫ quia ipe eſt diſpenſator ſacramentoꝝ. ⁊ ideo nullus
defectus ſacramentoꝝ debet eſſe in eo. ſed ſacramentuꝫ
matrimonij eſt ſignificatiuũ cõiunctiõis xpi ⁊ eccleſie. er
go vt ſignũ reſpondeat ſignato ſicut xps eſt vnus ⁊ eccle
ſia vna ſic ⁊ hic quidẽ deficeret ſi epus plures vxores ha
buiſſet. In veteri autẽ lege patriarche ſignificabãt con-
iunctionẽ hanc nõ vt coniũctaꝫ xpo ſed coniũgendã: ſed
eccleſia erat futura ex multis Et ideo tũc nõ vna ſed plu
res habebant̃. Et ideo multitudo vxoꝝ ipoꝝ hoc ſignifi
cabat. ¶ Quantũ autẽ ad tertiũ ſcꝫ ex parte filioꝝ ſubiũ
git dicẽs: Filios habens fideles nõ in accuſatione ⁊c.
Epũs enĩ ꝯſtituit̃ vt ſuperintendat ⁊ qui ꝯſtituit̃ ad ali-
quid debet eſſe exercitatus in illo. al's nõ prudẽter inſti
tueret̃. Preſumit̃ aũt eſſe bene exercitatꝰ: ſi bene alios
rexit. Epiſcopus autẽ conſtituit̃ ad tria. Primo vt fidẽ
doceat. Mat. vlti. Docete oĩes gentes ⁊c. Et ideo di-
cit. Fideles. Secũdo requirit̃ ꝙ populũ inſtruat ad vir
tutes. Eccl'. 7. Filij tibi ſunt erudi illos. Peccata autẽ
laſciuie magis abſtrahũt a virtute. Eccl'. 20°. Laſciuus
⁊ imprudens nõ ſeruabũt tempus. Et ideo dicit. Nõ in
accuſatiõe luxurie. 1. Regũ. 3. Hely condemnat̃ quia fi
lios de hoc non correxit. Tertio oportet ꝙ pertinaces

corrigat. Unde dicit. Aut non ſubditos. id eſt non obe-
dientes. Eccl. 30. Equus indomitus euadit durus ⁊ fi-
lius remiſſus euadit preceps ⁊c. ¶ Deinde cum dicit.
Oportet em̄ ⁊c. exponit qđ dixit. ⁊ primo ꝙ dixit. Sine
crimine. Secūdo ſine quibus debet eſſe. ibi. Non ſuper
bū ⁊c. Cauſa aūt primi eſt: quia debet diſpenſare diuina
Eccl. 10°. Scđm iudicē populi ſic miniſtri eius ⁊c. ps.
Ambulās in via imaculata hic mihi miniſtrabit. ¶ De
inde cū dicit. Non ſuperbū ⁊c. oſtendit a quibus debet
eſſe imunis. ⁊ primo oſtendit a quibus criminib⁹. Secū
do quibus virtutibus luceat ibi. Hoſpitalē. Peccatoꝝ
autē quedā ſunt carnalia quedā ſpiritualia. De primis
nō facit mentionē: quia omnino debent mūdi eſſe ab eis
Ephes. 5. Fornicatio autē ⁊ omnis imunditia aut aua-
ricia: nec nominet in vobis ſicut decet ſanctos ⁊c. Sed
tantū de ſpiritualib⁹ que ſunt quinq꜃ quoꝝ duo non ha
bēt locū in prelatis. ſc3 inuidia qđ eſt peccatū paruuloꝝ
Job. 5. Paruulū occidit inuidia ⁊c. Prelat⁹ aūt eſt in
ſummo. Item nec accidia quia oīa ei ad votū ſuccedūt
ſed ſuperbia: quia eſt in ſummo. ⁊ ira ⁊ cupiditas occa-
ſione temporaliū quoꝝ eſt diſpenſator. Quantū ad pri-
mū dicit. Non ſuperbū. ps. Superbo oculo ⁊ inſatiabi-
li corde cū hoc non edebā ⁊c. Eccl. 32. Rectorē te poſue
runt noli extolli ⁊c. Quantū ad ſecundū. Primo exclu-
dit iram cū dicit. Non iracundū. Secūdo incentiuū ire
quod eſt vinū dicens: Non vinolentū. Prouer. 23. Cui
ſuffuſio oculoꝝ: nōne his qui commorant in vino: ⁊c.
Tertio ſequelā ire quod eſt percuſſio. Ideo dicit. Non
percuſſorē. id eſt nō crudelē. Eſa. 50. Corpus meū dedi
percutiētibus ⁊c. Uel nō percuſſorē. id eſt nō percutiē-
tem cōſcientias alioꝝ prauis moribus. 1ª. corinth. 8°.
Et percutientes conſcientiam eorum infirmum. Quā-
tum ad tertiū dicit. Non turpis lucri ⁊c. 1ª. tymoth. 3°.
Non turpe lucrū ſectantes. Sap. 15°. Sed eſtimauerūt
luſum eſſe vitā noſtrā ⁊ couerſatione vite compoſitā ad
lucrū ⁊ oportere vndecūq꜃ etiā ex malo acquirere. ¶ De
inde ponit bona que debet habere. Et primo que perti-
nent ad conuerſationē vite. Secūdo que ad veritatē do
ctrine ibi. Amplectentē ⁊c. Et patent omnia.

## Lectio tertia.

**Amplectentē eum qui ſcđm doctri-**
**a nam eſt fidelem ſermonē: vt potēs**
**ſit exhortari in doctrina ſana. ⁊ eos**
**qui contradicūt arguere. Sunt enim multi**
**etiam inobediētes. vaniloqui ⁊ ſeductores**
**maxime qui de circūciſione ſunt: quos opor**
**tet redargui: qui vniuerſas domos ſubuer**
**tunt: docentes que non oportet turpis lu-**
**cri gratia. Dixit quidam ex illis proprius**
**ipſorum propheta. Cretenſes ſemper men-**
**daces. male beſtie ventris pigri. Teſtimo-**
**niū hoc verum eſt.**

Supra docuit qualem oportet eſſe epiſcopū in vita: hic
oſtendit qualē oportet eſſe in doctrina. Et primo oſten-
dit ꝙ ad ipm requirit diligentia ſtudij. Scđo ponit ma
teriā ſtudij. Tertio eius vtilitatē. Quantū ad primū di-
cit. Amplectentē ⁊c. Aliquid em̄ amplectens illud dili
genter cōſtringit. ⁊ amplexus ex dilectione fit. Oportet
em̄ eū ſciētie inherere cū amplexu ⁊ firma adheſiōe ani
mi ⁊ cordis dilectiōe Sap. 6. Preoccupat eos qui ſe cō
cupiſcūt ⁊c. Prouerb. 4. Arripe illā ⁊ exaltabit te: glo
riaberis ab ea cū eam fueris amplexatus ⁊c. ¶ Materia
ſtudij nō debent eſſe fabule nec tēporalia ſed ſermo fide
lis. id eſt verus. ps. Fidelis dñs ⁊c. Uel ſermo fidelis.
id eſt fidei in qua oportz epiſcopū inſtrui. Sed aliqui ſtu
dēt in eis dupliciter vt ſc3 addiſcāt ſolū ⁊ operent. Sed
hoc nō ſufficit epiſcopo: ſed oportet vt ⁊ alios inſtruat.
Et ideo dicit. Que ſm doctrinā eſt. 1ª. tymoth. 4. dici
tur. Nemo adoleſcentiā tuā cōtemnat ſed eſto exemplū
fidelibus in verbo in querſatiōe ⁊c. Utilitas eſt facultas
exequēdi officiū ſuū. Officiū autē prelati eſt ſicut paſto-
ris. Job. vltimo. Paſce oues meas. Paſtor vero duo
habet facere. ſc3 paſcere gregē. 1ª. Petri. 5°. Paſcite
qui in vobis eſt gregem dei ⁊c. Item arcere lupū. Sic
⁊ epūs paſcere debet per doctrinā veram. Iere. 3°. Da-
bo vobis paſtores iuxta cor meū ⁊ paſcent vos ſcientia ⁊
doctrina ⁊c. Et ideo dicit. Ut ſit potēs ⁊c. Non dicit vt
exhortet ſed vt potens ſit exhortari. Qđ eſt quādo ha-
bet in promptu exhortatiōes quādo eſt neceſſe exequi.
Qđ figurat Exod. 25°. per vectes in circulis arche vt
archa ſc3 poſſet portari. Luce vlti. Potēs in opere ⁊ ſer
mone. Et dicit. Sana. id eſt abſq꜃ corruptiōe falſitatis.
Infra. 2. Tu autē loquere que decēt ſanā doctrinā ⁊c.
1ª. theſ. 2°. Exhortatio noſtra nō fuit de errore neq꜃ de
immūditia ⁊c. ¶ Item vt cuſtodiāt cōtra hereticos. Et
ideo dicit. Et eos qui cōtradicūt arguere. id eſt cōuince-
re ⁊ hoc per ſtudiū ſacre ſcripture. 2ª. tymoth. 3. Omīs
ſcriptura diuinit⁹ inſpirata vtilis eſt ad docendū ad ar-
guendū ⁊c. Job. 6. Nec contradicā ſermonibus ſancti.
Et hec duo ſm philoſophū pertinēt ad opus ſapientis.
ſc3 nō mentiri de quibus nouit quantū ad primū. ⁊ men
tientē manifeſtare poſſe quantū ad ſecundū. ¶ Conſe-
quēter cū dicit. Sunt em̄ multi ⁊c. ponit neceſſitatē di-
ctoꝝ. Et primo ex parte falſoꝝ doctoꝝ. Secūdo ex parte
maloꝝ auditoꝝ ibi. Dixit quidā ⁊c. Circa primū duo fa
cit. quia primo deſcribit conditionē falſoꝝ doctoꝝ. Se-
cundo peruerſitatē ſtudij ipſoꝝ ibi. Qui vniuerſas ⁊c.
Item primo oſtendit eoꝝ conditionē. Secūdo docet re-
mediū ꝯtra eos ibi Quos oportet ⁊c. Conditionē oſten
dit quadrupliciter. Et primo ex numero cū dicit. Multi
⁊c. Eccl. 1°. Stultoꝝ infinitus eſt numerus. Secūdo ex
vitio inobediētie quantū ad deū ⁊ ſuos ſuperiores Ro.
1°. Parentibus nō obedientes. 1. Regū. 15. Peccatū
inobediētie ſicut ydolatria dicit eſſe. Tertio ex vanilo-
quio ſc3 quo ad ſe. ps. Dñs ſcit cogitatiōes hominū quo
niā vane ſunt. Sap. 13. Uani ſunt hoīes in quibus non
ſubeſt ſciētia dei ⁊c. ⁊ precipue vani ſunt heretici. ideo
ſubiūgit dicens. Seductores. ſc3 quo ad inferiores. 2ª.
tymoth. 3. Mali homīes ⁊ ſeductores ⁊c. Quarto ex lo
co cū dicit. Maxime qui de circūciſione qui cogebāt ho
mines iudaizare. Phil. 3. Uidete canes: videte malos
operarios: videte cōciſionē. ¶ Contra quos ponit reme
diū. Non em̄ ſunt tolerandi: quia corrūperet populus ⁊
imputaret paſtori. Ezech. 13. Non aſcendiſtis ex aduer-
ſo neq꜃ oppoſuiſtis murū ꝓ domo iſrael ⁊c. 2ª. tymoth.
4. Argue obſecra increpa in oīni patiētia ⁊ doctrina ⁊c
Et ideo dicit. Oportet redarguere. ¶ Deinde cū dicit.
Qui vniuerſas ⁊c. deſcribit hoꝝ ſtudiū. ⁊ primo deſcri
bit ex damno qđ inferūt. Secūdo ex falſo quod docent.
Tertio ex lucro qđ concupiſcūt Damnū eſt quia ſubuer
tūt ⁊c. Doctrina em̄ catholica publice ꝓponit in eccle-
ſia ſed heretici latēter. ⁊ iō querūt latibula. Prouer. 9.
Aq furtiue dulciores ſūt ⁊ panis abſcōdit⁹ ſuauior ⁊c.
Et iō circūeunt per domos vt ſeducāt pcipue mulieres.
2. tymoth. 3°. Ex his ſunt q̄ penetrāt domos ⁊ captiuas
ducūt mulierculas oneratas peccatis ⁊c. ¶ Docentes q̄
nō oportet. id eſt vana ⁊ inutilia. nec querūt lucrū ſpiri
tuale ſed temporale. Et ideo addit. Turpis lucri gratia

Q

ſcꝫ tp̄alis vel ꝓprie glorie Sap.15. Sed eſtimauerunt
luſuꝫ eſſe vitã noſtrã ⁊ conuerſationẽ vite compoſitã ad
lucrũ ⁊ oportere vndecũqꝫ etiã ex malo acquirere. ¶ De
inde cũ dicit. Dixit quidaꝫ ⁊c. deſcribit auditores: quia
iſti erant cretenſes et ad hos refert hoc opus. Et primo
oſtendit conditionẽ. Secũdo dat remediũ. ibi. Quã ob
cauſam ⁊c. Circa primũ primo deſcribit conditionẽ per
teſtimoniũ. Secũdo cõfirmat. Dicit ergo. Tales ſũt do
ctores: ſed ⁊ auditores ſũt ſimiliter ſeducibiles iuxta te-
ſtimoniũ cuiuſdã poete eoꝝ. ſcꝫ epimenidis. Ubi nota
ꝙ ꝓpheta aliquis dicit̃ qui a deo illuminat̃ ſm intelle-
ctũ ad cognoſcendũ aliqua ſupra cõmunem cognitionẽ
Numeri.12. Si quis fuerit inter vos ꝓpheta dñi in vi
ſione apparebo ei vel per ſomniũ loquar ad illũ ⁊c. Itẽ
qui exponit ꝓphetias eodem ſpiritu ⁊ eodẽ modo quo
ſunt tradite. Item qui profert aliquid ꝓpheticũ. Unde
poteſt ꝓferri aliq̃d ꝓpheticũ ex quodaꝫ interiori inſtin-
ctu etiã preter ſuũ intellectũ. Ioh.11. Cayphas cũ eſſet
pontifex ꝓphetauit ⁊c. Non eñi ꝓphetauit ſm ſuaꝫ in-
tentionẽ qui dicebat expedire eũ mori ne ſeduceret po-
pulũ. Nihilominus tamẽ fuit motus ad dicendũ per ſpi
ritũ. Et hic modus ꝓphetandi eſt apud illos qui accipi
unt primũ verbũ aliquoꝝ pro omne qđ etiã fit a demoni
bus. Et dicit. Proprius. quia ꝓprie deſcripſit eoꝝ con
ditiões. ¶ Deinde cũ dicit. Cretenſes ⁊c. ꝓponit teſti-
moniũ ⁊ notat eos de tribus. ſcꝫ de corruptionẽ rationa
lis cũ dicit. Semper mẽdaces. ps. Perdes oẽs qui lo-
quũtur mendaciũ. Item de corruptiõe iraſcibilis cũ di-
cit. Male beſtie. id eſt crudeles. Beſtie dicunt̃ quaſi va
ſtie: quia crudeles ſunt. Prouerb.28. Leo rugiẽs ⁊ vr
ſus eſuriẽs. princeps impius ſuper populũ pauperẽ ⁊c.
Et dicit male quia ſm philoſophũ in politic. hõ qñ ſm
rationẽ operat̃ eſt optimũ animaliũ: ſed quãdo declinat
ad maliciã eſt peſſimuꝫ. qꝛ ſi declinat ꝓpter crudelitatẽ
nulla beſtia ita ẽ crudelis. Unde dicit. ꝙ decies millies
eſt peior malus homo ꝙ̃ mala beſtia. Item de corruptio
ne cõcupiſcibilis cũ dicit. Uentres pigri. id eſt pigritiã
habẽtes ex ventre. Erant eñi guloſi ⁊ tales querũt quie
tem. Luce.12°. Anima habes multa bona repoſita in
annos plurimos. requieſce comede bibe epulare ¶ Con
firmat aũt teſtimoniũ cũ dicit. Teſtimoniũ ⁊c. Glo. per
hec intelligim⁹ ꝙ doctor ſacre ſcripture accipit teſtimo-
niũ veritatis vbicũqꝫ inuenerit. Unde aplũs in plurib⁹
locis recitat dicta gentiliũ ſicut in.1.ad corinth.15. Cor
rumpũt bonos mores colloquia mala ⁊c. Item Act.17
In ip̃o viuimus mouemur ⁊ ſumus. Nec ꝓpter hoc ap
probat̃ tota eoꝝ doctrina ſed eligit̃ bonũ: qꝛ verũ a quo-
cũqꝫ dicat̃ eſt a ſpirituſancto. ſed reſpuit malũ. Unde di
cit̃ Deutro.21. in figura huius ꝙ ſi quis viderit puellã
in numero captiuoꝝ debet precidere vngues ⁊ capillos
id eſt ſuperfluitates.

## Lectio quarta.

q

**Uam ob cauſam increpa illos dure
vt ſani ſint in fide: non intendentes
iudaicis fabulis: ⁊ mandatis hoim
auerſantiũ ſe a veritate. Omnia mũda mũ-
dis. coinquinatis autem ⁊ infidelibus nihil
eſt mundũ: ſed inquinate ſunt eoꝝ ⁊ mens
⁊ cõſcientia. Confitent̃ ſe noſſe deum. factis
auteꝫ negant: cũ ſint abominati ⁊ incredibi
les. ⁊ ad omne opus bonũ reprobi.**

Poſita conditiõe cretenſis populi: hic ponit remediũ.
Et primo ponit remediũ reprehẽſionis. Scđo aſſignat
dictoꝝ rationẽ ibi. Omnia munda ⁊c. Circa primũ tria
facit. Quia primo hortat̃ tytuꝫ ad reprehendendũ eos.
Secũdo reprehenſionis finem oſtendit. ibi. Ut ſani ⁊c.
Tertio docet debitũ modũ perueniendi ad finẽ ibi. Nõ
intendentes ⁊c. Dicit ergo. Cretenſes ſunt male beſtie
quibus ſcꝫ debet̃ flagelluꝫ ⁊ caſtigatio. Et ideo increpa
eos dure. Prouer.6. Uia vite increpatio. ps. Increpa
feras arũdinis. Sed cõtra.2ᵉ.tymoth.4. In omni pa-
tientia ⁊c. Reſpodeo duplex eſt ratio exhortatiõis hu-
ius. Una ex parte eoꝝ qui reprehendunt̃. Cretẽſes eniꝫ
duri ⁊ pertinaces erãt. ⁊ ideo dure eos reprehẽdi iubet
non aũt epheſij quoꝝ archiepũs erat tymotheus. Alia
ex parte reprehendentiũ: quia ⁊ tytus fuit lenis ⁊ man-
ſuetus. ⁊ ideo inducit̃ quaſi ad contrariũ: ſed tymothe⁹
erat rigidus. ⁊ ideo inducit̃ ad patientiã. ¶ Deinde cuꝫ
dicit. Ut ſani ⁊c. tangit finem reprehenſionis. Nam ho
mo eſt ſanus in quo nõ eſt corruptio. Et ſic ſanus eſt in
fide qui in nullo habet eam corruptã. Hoꝝ autem fides
vitiabat̃ per hereticos. 2ᵉ.coꝝ.11°. Timeo ne ſicut ſer-
pens euã ſeduxit aſtutia ſua: ita corrumpant̃ ſenſus ve-
ſtri ⁊ excidãt a ſimplicitate que eſt in xp̃o ieſu.1.tymoth
6°. Si quis aũt aliter docet ⁊ nõ acquieſcit ſanis ſermo
nibus dñi noſtri ieſu xp̃i ⁊c. ¶ Modus perueniẽdi ad ſa
nitatẽ eſt ſi vitent errores iudeoꝝ. Unde dicit. Non in-
tendẽtes ⁊c. In lege eñi erant duplicia documẽta fidei.
ſcꝫ quedã circa credenda. Item quedã mandata religio
nis que erãt ſeruanda circa cultũ dei. Et prima vocat fa
bulas. Secũda mandata hominũ ⁊ nõ dei. Ex quo videt̃
ꝙ cõdemnet vetus teſtamentũ vt dicũt manichei. Sed
ꝙ dicit fabulis poteſt referri ad eoꝝ narrationes: preter
doctrinã legis que ſunt fabuloſa vt thalmuth.1ᵉ.tymo-
thei.1. Ne intẽderent fabulis ⁊ genealogijs intermina
tis ⁊c. Uel ip̃a doctrina que fuit olim veritas: nũc ſm
ꝙ ip̃i intelligũt ſunt fabule. ſicut illud Eſaie.7. Uirgo
concipiet ⁊c. fuit veritas: ſed nũc quia ip̃i dicunt adhuc
hoc eſſe implendũ eſt fabuloſum. Item mãdata hominũ
poſſunt intelligi nõ que ſunt in lege moyſi: ſed traditio
nes ſenioꝝ. Math.15. Sed nũquid mandatis hominũ
non eſt obediendũ? Reſpondeo ꝙ ſic quãdiu nõ auertũt
a veritate dei. Et ideo ſubdit. Auerſantiũ ſe a veritate.
2ᵉ.tymoth.4. A veritate quidẽ auditũ auertẽt ⁊c. Si-
mile habet̃ Math.15. Sine cauſa colũt me docẽtes do
ctrinas ⁊ mãdata hominũ. Simile dicit̃ Marci.7. Uel
dicendũ eſt ꝙ mãdata que ſunt in lege dei ſunt facta mã
data hominũ. Quãdo eñi ſaluant̃ in ſignũ future verita
tis ſunt mãdata dei: ſed quia volũt ea ſaluare poſtꝙ̃ cor
pus noſtrũ mortuũ eſt legi ſunt mandata hominũ. ¶ De
inde cũ dicit. Omnia mũda ⁊c. in ſpeciali oſtendit dicto
rũ rationẽ. ſcꝫ quomõ auertũt ſe a veritate. ⁊ quomõ di
cunt fabulas ⁊ mãdata hominũ qđ eſt precipue de diſcre
tione ciboꝝ ſm legem quã pſeudo quidã dicebãt eſſe ſer
uandã. Et ideo primo oſtendit quomõ hi cibi habent ſe
ad bonos. Secũdo quomõ ad malos ibi. Coinquinatis
autẽ ⁊c. Dicit ergo. Non intendẽtes fabulis de cibis qꝛ
oĩa ſcꝫ cibaria ſunt mũda. Sed infert. Ergo adulteriũ
eſt mundũ mũdis. Reſpondeo. Dicendũ eſt ꝙ nõ. quia
ex hoc ip̃o ꝙ adeſt immũdat. Sed illa ſunt mũda mũdis
que de ſe nõ immũdant. Math.15. Ea que intrãt in os
nõ coinquinãt hominẽ. g͛ omne qđ intrat in os mũdum
eſt. Sed duplex eſt obiectio. Una qđ Leuitici.11. dicit̃
ꝙ quãdo aliqđ animal nõ ruminat vel nõ ſcindit vngu-
lam eſt immũdum. Reſpondeo ſm auguſti. cõtra fauſtũ
aliquid eſt immũduꝫ: vel ſm rei naturã: vel ſm ſignifica
tionẽ. puta: ſi hoc nomen ſtultus ſm ſe ſumat̃ inquantũ
eſt vox quedã ſic nõ eſt immũduꝫ ſed bonũ. Si vero ſm
ſignificationẽ: quia ſignificat defectũ ſapientie ſic habet

ſimmūditiaꝫ. Actus autē illius populi erant actus pro-
phetici. Unde porcus ſcdm ꝙ res quedā non eſt immū-
dus ſed ſcdm ꝙ ſignificat hominē voluptatibꝰ ſe inuol-
uentē. Sed nūc veritate veniente ceſſant ⁊ vtunt̄ cibis
homines ſcdm ſuaꝫ naturā. Alia queſtio eſt ꝙ Act. 15.
mandauerūt apoſtoli ꝙ abſtinerēt ſe a ſanguine ⁊ ſuffo-
cato. ergo videt̄ ꝙ non ſit licitū hoc cōmedere. nō ergo
omnia mūda mūdis. Reſpondeo: aliqui credūt ꝙ illud
mandatū intelligat̄ ad litterā ⁊ ꝙ obligat vſqꝫ modo vt
apud grecos ⁊ etiā aliquādo apud latinos. Aliqui autē
dicūt ꝙ non intelligit̄ ſcdm litterā ſed ſcdm myſteriū vt
per ſanguinē intelligant homicidiū ⁊ a ſuffocato. id eſt
oppreſſione pauperū. Et hoc bonū eſt: ſed nō eſt tota ra
tio precepti. ⁊ ideo dico ꝙ ad litterā eſt preceptū ⁊ tamē
non obligamur. Quedā enim ꝓhibent̄ quia mala ſunt
⁊ hec ſimpliciter ſunt vitanda. Aliqua vero que nō ſunt
mala ſimpliciter: ſed ꝓ tempore et hec ſunt ſeruāda exi-
ſtente cauſa Et hec apoſtoli prohibuerūt non quia mala
ſcdm ſe. quia Math. 15. dicit dn̄s contrariū. Sed ratio
erat: quia cōuerſi erant quidā ex iudeis ⁊ quidā ex genti
bus. Et ideo oportebat ad hoc ꝙ vnus populus ex eis
fieret ꝙ vni cōdeſcenderet alius vt iudeis quibus abho
minabile erat comedere ſanguinē ⁊ ſuffocatū condeſcen
deret. Et ideo ad ſeruandā pacem inſtituerunt apoſtoli
hoc eſſe ſeruandū pro tempore illo. ¶ Deinde cū dicit.
Coinquinatis ⁊c. oſtendit quomō ſe habent ad malos.
Et circa hoc tria facit. quia primo oſtendit hoc. Secūdo
aſſignat cāꝫ ibi. Sed inqnate ⁊c. Tertio manifeſtat per
ſignū ibi. Confitent̄ ⁊c. Dicit ergo. Tibi iſti mūdi ſunt
mūdis: ſed immūdi coinqnatis. id eſt his qui habēt cō-
ſcientiā coinquinatā. Eccl. 13. Qui tetigerit picē inqui
nabit̄ ab ea ⁊c. ¶ Cum infidelibus. id eſt qui habēt ma-
lam fidē. Eſaie. 21. Qui incredulus eſt infideliter agit.
Sed nūquid facit peccator ⁊ infidelis immūdaꝫ elemo-
ſynā? Dicendū eſt ꝙ aplus non ponit affirmatiuā ſed ne
gatiuā. Unde nō dicit oīa: ſed nihil mundū eis quod
verum eſt: quia nihil eis perfecte mundū eſt: quia nihil
eſt mundū in actibus niſi in finē debituꝫ ordinatū ſit. iſti
aūt ſunt extra finē. Sed nūquid aliquid eſt eis mundū?
Sic. Sed cōtra: quia omne qđ nō eſt ex fide peccatū eſt.
Dicendū eſt ꝙ malū nunꝙ corrūpit totū bonū. Impoſſi
bile eñ eſt quin in peccatore quolibet ſit aliqđ bonū. ſcꝫ
nature etiā in demonibus. quādo ergo peccator facit ali
quod ſcdm ꝙ eſt peccator ⁊ infidelis: totū eſt peccatū ex
hac radice. Sed ſi quid facit ex principio alicuius boni
qđ habet vt fidei informis vel nature: nō eſt immūduꝫ.
Et ideo ſignāter dicit. Coinquinatis ⁊ infidelibꝰ. id eſt
inquantū ſunt huiuſmōi. Comedebāt enim cōtra conſci-
entiā ⁊ errabant in fide. Et ideo qđ de natura ſua eſt mū
dum: fecerūt ſibi immūduꝫ. Cuius cauſa eſt: quia cauſa
actuū eoꝝ eſt immūda. ſcꝫ volūtas et intellectus que ſūt
in eis deprauati. Unde dicit. Sed inquinate ſunt eorū
mens. ſcꝫ per infidelitatē. et cōſcientia. ſcꝫ per peccatū.
Baruch. 3. Quid eſt iſrael ꝙ in terra inimicoꝝ es: inue
teraſti in terra aliena: coinquinatus es cū mortuis? ⁊c.
¶ Deinde cū dicit. Confitent̄ ⁊c. oſtendit fidē per ſignū
Si eñ aliquis dicat ꝙ eoꝝ dicta ſunt vera: immo ꝙ ha
bēt fidem vnius dei ⁊ cōfitent̄ euꝫ: hoc excludit. Et prio
oſtendit bonū qđ erat in eis. ſcꝫ ꝙ cōfitent̄ ⁊c. ſcꝫ labijs
exterioribus. Eſa. 29. Populus hic labijs me honorat
cor autē eoꝝ longe eſt a me. Jerem. 12. Prope es tu ori
eoꝝ ⁊ longe a renibus eoꝝ. Secūdo oſtendit defectū in
teriorē. ⁊ primo quantū ad p̄ſentia. Secūdo quantū ad
futura. ibi. Incredibiles ⁊c. Quo ad preſentia: quia ne
gant eū factis. Qui eñ peccat inquantū eſt de ſe negat
eū factis quia qui confitet̄ deū. confitet̄ ⁊ eius poteſtatē
ſcꝫ ꝙ eſt ei obediendū. Et ideo ſi nō obedit peccādo ne-
gat factis qđ confitet̄ ore. Sed dicis quicūqꝫ negat deū
eſt infidelis. Peccatores negant deū factis ergo ⁊c. Re
ſpondeo ſicut habens ſcientiā in vniuerſali poteſt errare
in particulari. ita habēs fidem in vniuerſali. In particu
lari tamē agibili corrumpit̄ ꝓpter corruptionē affectus
1ᵉ. Tymoth. 5°. Fidem negauit, ⁊ eſt infideli deterior.
Quomō autē ad futura deficiūt? Certe quia nō ſolū ne
gant: ſed ſunt indiſpoſiti ad redeundū ad deū. Sunt eñ
tria ꝓpter que homo redit ad deū ſcꝫ dei gratia. Ro. 5.
Juſtificati gratia ipius ⁊c. Secundū eſt fides. Actu. 15.
Purificās fide corda eoꝝ ⁊c. Tertiū exercitiū boni ope
ris. Ro. 2. Factores legis iuſtificabunt̄. Hec tria exclu-
dit ab ipis primo gratiā ibi. Quia abhomiabiles. id eſt
nō accepti per gratiā. Secūdo fidem cū dicit. Incredibi
les. id eſt non apti ad credendū. Ezech. 2°. Increduli ⁊
ſubuerſores ſunt tecū. Tertio tertiū: quia ad oīe opus
bonū reprobi. id eſt reprobādi. Jere. 6°. Argentū repro
bum vocate eos.

## Capitulum ſecundū.

**Tu autem loquere que decent ſa
nam doctrinam. Senes vt ſobrij
ſint. pudici. prudentes. ſani in fi
de. in dilectiōe. in patientia Anꝰ
ſimiliter in habitu ſancto: nō criminatrices
non multo vino ſeruientes: bene docentes
vt prudentiam doceant. Adoleſcētulas vt
viros ſuos amēt. filios ſuos diligāt. prudē
tes. caſtas. ſobrias. domus curam habētes
benignas. ſubditas viris ſuis: vt non blaſ-
phemetur verbum dei. Juuenes ſimiliter
hortare vt ſobrij ſint.**

Superius aplus inſtruxit tytū quales miniſtros inſtitu
at ad arcendū hereticos: hic docet quid ipe circa eos fa-
ciat. Et primo ꝓponit hoc in generali. Secūdo diſtin-
guit per partes. ibi. Senes ⁊c. Dicit ergo. Ita dixi ꝙ
oportet epiſcopos cōſtituere. ſed ne credas ꝙ tu ſis pro-
pter hoc alienus a cura īmo maior debet eſſe tibi ſollici-
tudo ad inſtruendū. Ideo tu autē loquere que decent ſa
nam doctrinā. ſcꝫ per que fides incorrupta edificat̄. Su
pra. 1. Ut ſit potēs exhortari in doctrina ſana ⁊ eos qui
contradicūt arguere ⁊c. ¶ Deinde oſtendit ideꝫ per par
tes. Et primo ponit̄ doctrina ſana cōtra peruerſitatē vi-
te. Secūdo cōtra hereticos ⁊ errores ibi. Stultas autē
queſtiōes ⁊c. Circa primū duo facit. Quia primo inſtru
it ſingulas conditiōes hominū. Secūdo generaliter om
nes. tertio capiᵒ. ibi. Admone illos ⁊c. Iterū prima in
duas. quia primo oſtendit quomō inſtruat liberos. Se-
cūdo quomō inſtruat ſeruos ibi. Seruos ⁊c. Item prio
oſtendit quomō inſtruat liberos verbo. Secūdo quomō
exemplo ibi. In oībus teipm ⁊c. Circa primū duo facit.
quia primo oſtendit quomō inſtruat ſenes. Secūdo quo
modo doceat iuuenes ibi. Adoleſcētulas ⁊c. Item pri-
ma in duas. quia primo oſtendit quō inſtruat ſenes ma
res. Secūdo quō anus feminas ibi. Anus ⁊c. ¶ Scien
dū eſt aūt ꝙ quedā bona ſunt ad que ſenectus diſponit
que primo ponit. Secūdo quedā bona quibus ſenectus
cōtrariat̄. ⁊ hec ſecūdo ponit ibi. Sani in fide ⁊c. Inter
bona vero ad que ſenectus diſponit. Unū eſt ꝯtemptus
delectationū. Aliud eſt perfectio ſapientie ⁊ prudentie.
Diſponit quidē ſenectus ad cōtemptū delectationū. Ju
uenū enim corpora feruēt naturali calore ex quo cōcitat̄

iuuentus ad delectatiões corporales que precipue cõſi-
ſtũt in cibis ⁊ potibus ⁊ venereis. Sed ad vitandũ hec
diſponit ſenectus. Senes eñi ſunt mortificati. 2. Regũ
19. Nũquid vigent ſenſus mei ad diſcernendũ ſuaue vel
amarũ? ⁊c. Et ideo dicit. Ut ſobrij ſint quantũ ad cibos
⁊ potus ⁊ pudici quantũ ad venerea. Geñ. 18°. Poſtꝙ
conſenui ⁊ dñs meus vetulus eſt voluptati operã dabo
Sed ſi ſenectus ad hoc diſponit quare hoc monet? Re-
ſpondeo aliquãdo contingit ex magna peruerſitate ꝙ ſe
nex reducit̃ ad puerilia peccata. Eſaie. 65. Puer centũ
annoꝝ morieẗ: ⁊ peccator centũ annoꝝ maledictus erit.
Et duplex eſt ratio quare hoc ꝯtingit. Aliter eñi ad hoc
moueẗ ſenex aliter iuuenis. Juuenis eniꝫ incitat̃ ad hec
ex inſtinctu paſſionis. ſꝫ ſenex ex electiõe ꝓpẽ duo. Nul
lus eniꝫ vult eſſe ſine delectatiõibus. ⁊ tanto plus appe
tit eas quãto maiores moleſtias ſentit. Senex autẽ pati
tur multa incõmoda ⁊ defectus nature. Et ideo quando
nõ habet ſpirituales delectatiões querit corꝑales. Se-
cunda ratio eſt: quia iuuenis quãdoqꝫ refrenat̃ per pudo
rem. ſenes autẽ ſcdm philoſophũ ſunt inuerecũdi: quia
ſunt antiqui ⁊ multa experti. Juuenes autẽ vani ⁊ vere
cũdabiles naturaliter. Et ideo refrenant̃ ſed non ſenes.
¶ Item ſenectus diſponit ad prudentiã propter experi-
mentũ longi temporis. Job. 12. In antiquis eſt ſapien-
tia ⁊ in multo tempe prudentia. Eccľ. 25. Quã ſpecio-
ſa veteranis ſapientia ⁊ glorioſus intellectus ⁊ conſiliũ.
corona ſenũ multa peritia ⁊c. Contingit tamẽ aliquãdo
ſenem eſſe fatuũ Eccľ. 25. Senem fatuũ ⁊ inſenſatũ. Et
hoc eſt ex duobus ꝙ ſenex eſt fatuus. Prudentia eñi ac
quirit̃ per exercitiũ. quãdo ergo in iuuentute ſe in bonis
nõ occupant ſunt in ſenectute imprudentes. Eccľe. 25.
Que in iuuẽtute tua non ꝯgregaſti quomõ inuenies ea
in ſenectute tua. ¶ Item alia ratio eſt. quia in iuuẽtute
quãdoqꝫ affluũt voluptatibus ⁊ maxime ſuperfluitate ci
boꝝ. ⁊ ideo deſiccat̃ eoꝝ cerebrũ. Prouerb. 20. Luxu-
rioſa res eſt vinũ ⁊ tumultuoſa ebrietas. quicũqꝫ his de
lectatur non erit ſapiens ⁊c. ¶ Deinde ponit ea ad que
contrariat̃ ſenectus. ⁊ primũ eſt fides. ſecundũ dilectio.
tertiũ patiẽtia. Quantũ ad primũ dicit. Sani in fide. qꝛ
ſine ea impoſſibile eſt placere deo. Heb. 11°. Sed ꝙ ali-
qui non ſunt ſani in fide: maxĩe in aliquo nouo qđ ponit̃
ſenibus credendũ contingit ex duobus. Primo qꝛ ſenes
non ſunt firmi in aliquo nouo ꝓpter preſumptionẽ ſapi
entie. ⁊ ideo nõ credũt alijs. Job. 12°. Et ſenes ſunt in
nobis. Item quia naturale vitiũ ſenũ eſt ꝙ ſunt incredi
biles: quia ſunt experti ſe ſepius eſſe deceptos. Et ideo
loquũtur ſemper cũ forte vel fere aduerbijs temperatiui
modi ⁊ dubitatiui modi. Incredulitas autẽ repugnat fi
dei. Eſa. 21. Qui incredulus eſt infideliter agit. Quã-
tum ad ſecundũ dicit. In dilectiõe. ⁊ hoc ideo: quia ple
nitudo legis eſt dilectio. Et monet ad hoc propter duo.
Primo quia in ſenibus parũ eſt amicitie: quia amor nu
trit̃ per conuictũ. Nullus autẽ vult diu cõuiuere cũ tri-
ſtibus. Senes autẽ ſunt triſtes. Et ideo nõ eſt diu cũ eis
amicitia. Item quia ſenes diligũt propter vtilitatẽ tan-
tũ ſicut iuuenes propter delectabile. Senex eñi indiget
ſuſtentatione. ¶ Quantũ ad tertiũ dicit. In patientia.
⁊ monet ad hoc ꝓpter tria. Primo qꝛ ſenes multa mala
circũueniũt ⁊ ideo indigent patiẽtia contra turbatiões.
Alia ratio eſt. Senes eñi viuũt in memoria multoꝝ vn-
de ſemper dicũt antiqua. Juuenes autẽ viuũt in ſpe ma
gnoꝝ ⁊ ex hoc ſenes dupliciter ad patientiã mouent̃ pro
pter bona. ſcꝫ que habuerũt ⁊ carent eis. Unde boetius
Sũma miſeria eſt fuiſſe felicẽ. Treñ. 1°. Recordata eſt
hieruſalẽ dierũ afflictiõis ſue preuaricatiõis omniũ deſi
derabiliũ ſuoꝝ que habuerat a diebus antiquis ⁊c. Itẽ
quia viuũt in memoria cõtingit ꝙ aliqui qui mõ eos de
ſpiciũt aliquãdo fuerũt peiores: ⁊ ideo turbant̃ Job. 30.
Nunc autẽ derident me iuniores tempore quorũ patres
nõ dignabar ponere cũ canibus meis. Tertia ratio eſt:
quia quãto ſenex appropinquat ad finem vite. tanto ma
gis deſiderat viuere Unde videns ſe deficere magis tri
ſtatur. ¶ Deinde cum dicit. Anus ⁊c. docet qualiter
vetule inſtruantur. Et primo docet qualiter inſtruan-
tur in vita. Secũdo in doctrina. Item primo qualiter in
habitu. Secũdo qualiter in victu. Tertio quõ in verbo
Quantũ ad primũ dicit. In habitu ſancto id eſt carente
laſciuia ⁊ pompa. Et hoc cõuenit oñi mulieri. 1ᵉ. petri.
3. Quaꝝ ſit nõ extrinſecꝰ capillatura aut circũdatio au-
ri aut indumenti veſtimentorũqꝫ cultus ⁊c. 1ᵉ. tymoth.
2. Similiter ⁊ mulieres in habitu ornato cũ verecũdia
⁊ ſobrietate ornãtes ſe non in tortis crinibus. aut auro.
aut margaritis. vel veſte precioſa ⁊c. Sed ſpecialiter
anus hoc ſeruare debẽt: quia iuuenculaꝝ eſt propter vi-
ros ſuos modeſte ſe ornare quod ĩtelligit̃ ſimpliciter de
oñi motu corporis. Eccl. 19. Amictus corporis ⁊ riſus
dentiũ ⁊ ingreſſus homĩs enũciant de illo. ¶ Quantũ
ad ſecundũ dicit. Non crimĩatrices. Duo eñi ſunt in ſe-
ne. Unũ quod cõmune eſt oĩbus ſenibus. ſcꝫ ꝙ ſunt ſu-
ſpicioſi: qꝛ viderũt multa mala que ſiłr preſumũt de alijſ
Itẽ in mulieribus ſpẽaliter ſunt zelotipe ⁊ vtrũqꝫ ꝯtin-
git in vetula: qꝛ rõe etatis eſt ſuſpicioſa. rõe ſexus eſt ze
lotipa. Eccľ. 26. In muliere zelotipa. flagellũ lingue oĩ
bus cõicans Et ideo dicit. Non criminatrices. ¶ Quã
tum ad conuictũ dicit. Non multo vino ſeruiẽtes. ⁊ de
viris dicit. Ut ſobrie ſint. Et dicit. Nõ multo. quia quã
doqꝫ vtunt̃ eo ꝓpter frigiditatẽ earũ. ¶ Quantũ ad do
ctrinã dicit. Bene docẽtes. Contra. 1ᵉ. coꝝ. 14. Mulie
res in eccleſijs taceãt non eñi permittit̃ eis loqui ſed ſub
ditas eſſe ⁊c. 1ᵉ. tymoth. 2. Mulier in ſilentio diſcat cuꝫ
omni ſubiectiõe. Docere autẽ mulieri non permitto ⁊c.
Reſpondeo. Dicendũ eſt ꝙ doctrina publica que fit in
populo interdicit̃ mulieri: ſed priuata qua quis familiã
docet ei cõcedit̃ Prouerb. 31. Viſio qua erudiuit eũ mr̃
ſua. ⁊ Prouer. 4. Nã ⁊ ego filius fui pr̃is mei tenellꝰ
⁊ vnigenitꝰ corã mr̃e mea ⁊ docebat me atqꝫ dicebat ⁊c
Et bñ dicit. Ut prudentiã doceant magis ad anus ꝙ̃ ad
viros quia quãdoqꝫ docent fabulas aniles magis ꝙ̃ ꝓſi
cua ⁊ etiã quia magis ipẽ conuerſant̃ cum pueris ⁊ cuꝫ
familia ꝙ̃ viri. ¶ Deinde cũ dicit. Adoleſcentulas ⁊c.
oſtendit qualiter inſtituat iuuenes. Et primo oſtendit q̃
liter inſtruat iuuenes femĩas. Secũdo qualiter matres
iuuenes ibi. Juuenes ſimiliter ⁊c. Item prima in tres.
quia primo oſtendit qualiter ſe habeãt ad perſonas cõ-
iũctas. Secũdo ad ſeipẽas. Tertio ad ſubiectos. Quan
tum ad primũ dicit. Ut viros ⁊c. Viro eñi debet̃ amor.
Prouerb. 12°. Mulier diligens corona eſt viro ſuo ⁊c.
Eccľ. 25°. In tribus beneplacitũ eſt ſpiritui meo ⁊c. Et
infra. Vir ⁊ mulier bene ſibi cõſentientes. Vel ſic vt pru
dentiã doceant adoleſcẽtulas ⁊ viros ⁊c. Sed prima ex
poſitio eſt melior. Et filios diligãt hoc eſt naturale Eſa.
49. Nunquid poteſt mulier obliuiſci infantẽ ſuũ vt nõ
miſereat̃ filio vteri ſui ⁊c. Et nota ꝙ dicit vt viros amẽt
⁊ filios diligãt vt ſit amor ad viros ⁊ ad filios dilectio.
quia ad viros eſt amor ferueẽtior ſed ad filios naturalior
¶ Sed quantũ ad ſeipẽas tria dicit. Unũ quo ad rationẽ
ſcꝫ prudẽtes. Prouer. 19. Domus ⁊ diuitie dant̃ a parẽ
tibus a dño autẽ proprie vxor prudens. Et hoc neceſſa-
riũ eſt quia iuuẽtus earuꝫ ⁊ ſexus contrariat̃ prudentie.
Aliud eſt quantũ ad cõcupiſcibilẽ. ſcꝫ cũ dicit. Caſtas.
Tertiũ vero quantũ ad iraſcibilem cum dicit. Sobrias.
Eccľ. 26. Gratia ſuper gratiã mulier ſancta ⁊ pudorata

❡ Sed quantũ ad ſubiectos. Primo ponit curam eoꝝ. Secũdo modũ. Tertio rationẽ aſſignat. De primo dicit Domus ⁊c. Prouer. 14. Sapiẽs mulier edificat domũ ſuã: inſipiens vero extructã quoq; deſtruet manib⁹. In cura autẽ ſunt duo obſeruãda mulieri. ſunt eñi vt plurimũ iracunde. Eccł. 25. Non eſt ira ſuper irã mulieꝝ Et ideo dicit. Benignas. Quaſi dicat. Cum mãſuetudine regãt. Aliud eſt qꝛ qñ mulier poteſtatẽ habet nitit̃ in cõtrariũ viro ſuo Ecc. 25. Mulier ſi primatũ habeat cõtraria eſt viro ſuo. Unde dicit̃ Gen̄. 3°. Sub viri poteſtate eris ⁊ ipſe dñabit̃ tui Et hoc ideo vt nõ blaſphemet̃ verbũ dei. i. non detis occaſionẽ blaſphemãdi ⁊c. Et oĩa hec notant̃ Tobie. 10. vbi dicit̃ ꝙ raguel ⁊ ſara monuerũt filiam ſuã honorare ſoceros. diligere maritũ. regere familiã. gubernare domũ. ⁊ ſeipam irreprehenſibilẽ exhibere. ❡ Conſequẽter oſtendit qualiter doceat mares iuuenes. ſcꝫ vt ſobrij ſint qđ repetit quia ebrietas eſt ꝓncipiũ vitioꝝ. 1ᵉ. petri. 5. Sobrij eſtote ⁊c.

## Lectio ſecunda.

I In omnibus teipm̃ prebe exemplũ bonoꝝ operum in doctrina. in integritate. in grauitate. Verbũ ſanũ irreprehenſibile: vt his qui ex aduerſo eſt vereat̃ nihil habens malũ dicere de nobis. Seruos dñis ſuis ſubditos eſſe. in oĩbus placentes. nõ contradicẽtes. nõ fraudãtes. ſed in oĩbus fidem bonã oſtendẽtes: vt doctrinã ſaluatoris noſtri dei ornẽt in oĩbus.

Supra apl's tytum docuit de quibus inſtruat ſubditos liberos. Et quia nõ tantũ verba ꝓſunt ſed etiã exempla ideo docet vt ſe exemplũ prebeat. Primo generaliter. Secũdo ſpecialiter. ibi. In doctrina ⁊c. Tertio rationẽ huius aſſignat. ibi. Ut is qui ex ⁊c. Dicit ergo. Quia etate iuuenis es prebe te in exemplũ omnibus bonorum operũ. Prelatus eñi debet eſſe quaſi forma exiſtẽs diſcipulis. 1ᵉ. coꝝ. 11. Imitatores mei eſtote ſicut ⁊ ego xp̃i. Joh. 13. Exemplũ dedi vobis ⁊c. ❡ Deinde cũ dicit. In domo ⁊c. ponit ſpecialia in quibus debet ſe prebere exẽplũ. ⁊ p̃io oſtendit q̃s debeat eſſe eius act⁹ ſcꝫ in doctrina. Unde dicit. In doctrina. Hoc eñi eſt ꝓpriũ prelati Jeremi. 3. Dabo vobis paſtores iuxta cor meũ ⁊ paſcent vos ſciẽtia ⁊ doctrina. Et qꝛ habet alios ep̃os ſub ſe. vt dicit̃ ſupra. 1. Epiſcopos cõſtituas ⁊c. Ideo debet alios docendo: eis exemplũ doctrine prebere. 1ᵉ. tymoth. 4°. Attende tibi ⁊ doctrine. Item monet eũ quantũ ad vitã ⁊ primo declinare a malo. Eſaie. 1. Quieſcite agere peruerſe. Et ideo dicit. In integritate per incorruptionẽ ſicut eñi corpus perdit integritatẽ per corruptionẽ mẽbrorũ ſuoꝝ: ita ãia per corruptionẽ peccati. In prelato autẽ eſt integritas ſenſus. per prudentiã: affectus per charitatẽ: corporis per caſtitatẽ. 1ᵉ. theſ. vlti. Integer ſpiritus veſter ⁊ anima ⁊ corpus ſine querela in aduentu domini noſtri ieſu xp̃i ſeruet̃. Secũdo ꝙ ſit grauis quantũ ad bona que cũ charitate fiũt. Graue aũt duo habet. vnũ qꝛ deſcendit ⁊ ſm̃ hoc vituperat̃. p̃s. Filij hominũ vſq; quo graui corde ⁊c. Aliud eſt ꝙ eſt ſtabile ⁊ firmũ. Et iõ illi dicunt̃ graues qui nõ de facili mouent̃ a bono ⁊ hoc cõmendat̃. p̃s. In populo graui laudabo te. Et ad hoc inducit eũ. Prouer. 17. Non decet principẽ labiũ mentiens. ❡ Deinde oſtendit qualis debet eſſe eius doctrina ⁊ verbũ. Et dicit ꝙ debet eſſe ſanũ. i. non corruptum falſitate. 2ᵉ. tymoth. 1. Formã habe ſanoꝝ verboꝝ que a me audiſti in fide ⁊c. ❡ Item quantũ ad modũ cũ dicit Irreprehenſibile. i. vt ꝓferat̃ tempore ſuo ⁊ cũ omni decentia ⁊ ꝓuocatiõe ad correptionẽ. Eccł. 20. Ex ore fatui reprobat̃ parabola. Non eñi dicet illã in t̃pe ſuo. Finis autẽ doctrine eſt vt is qui ⁊c. Quaſi dicat. Si oẽs bene ſe habeãt. ſcꝫ prelati ⁊ ſubditi: aduerſarij nõ poſſũt vobis nocere. 1ᵉ. petri. 2°. Sic eſt volũtas dei vt benefacientes obmuteſcere faciatis imprudentiũ hominũ ignorantiã. 1ᵉ. tymoth. 5°. Nullã occaſionẽ dare aduerſario maledicti gratia. ❡ Deinde cũ dicit. Seruos ⁊c. docet qualiter inſtruat ſeruos. Et primo facit hoc Secũdo ei⁹ rationẽ aſſignat ibi. Apparuit ⁊c. Circa primũ tria facit Quia primo inducit ſeruos ad ſubiectionẽ. Secũdo determinat modũ eius. ibi. In oĩbus ⁊c. Tertio oſtendit neceſſitatẽ doctrine huius ibi. Ut doctrinã ⁊c. Dicit ergo. Admone ſeruos ⁊c. 1ᵉ. petri. 2. Serui ſubditi eſtote in oĩ timore dñis non tantũ bonis ⁊ modeſtis ſed ⁊ diſcolis ⁊c. Coł. 3. Serui obedite per oĩa dñis carnalibus nõ ad oculũ ſeruientes ⁊c. Idem dicit Ephe. 6. Et quare monet hoc tam frequẽter apł'us? Reſpondeo. Non ſine cauſa. Hereſis eñi incepit apud iudeos ꝙ ſerui dei nõ deberent ſeruire hoĩbus: ⁊ ex hoc etiã deriuatũ eſt in populo xp̃iano ꝙ dixerũt ꝙ per xp̃m filij dei facti nõ deberẽt eſſe ſerui hominũ. Sed xp̃s per fidem nõ venit tollere ordinẽ iuſticie: immo per fidem xp̃i iuſticia ſeruat̃. Ro. 3. Juſticia aũt facit alios alijs ſubdi. Sed ſeruitus hm̃õi eſt quantũ ad corpus. Nã per xp̃m nũc liberamur a ſeruitute quantũ ad animã: ſed nõ a corruptiõe corporis ſed in futuro liberabimur etiã a corruptiõe ⁊ ſeruitute corporali. 1ᵉ. coꝝ. 15. Cum tradiderit regnũ deo ⁊ patri ⁊c. Sed ꝙ dicit in oĩbus poteſt referri primo ad hoc ꝙ dicit ſubditos. vt intelligat̃ in oĩbus. ſcꝫ ad que ſe extendit ius dñatiue poteſtatis Uel ad hoc qđ dicit. Placentes. Debet eñi eſſe ſubiectio. Primo vt ſeruiãt ſine offenſione nõ ſcꝫ cũ murmure ⁊ tarditate. Coł. 1. Per oĩa placẽtes deo. 1ᵉ. coꝝ. 10. Ego per oĩa oĩbus placeo. Cõtra Gal'. 1. Si hoĩbus placerẽ xp̃i ſeruus nõ eſſem ⁊c. Reſpondeo. Placere homini ꝓpter ip̃m eſt vituperabile: ſed ꝓpter deũ eſt laudabile. Scđo vt ſint ſine repugnãtia. ideo dicit. Non cõtradicentes. Eccł. 4. Non cõtradicas verbo veritatis ⁊c. Tertio ſine fraude. Unde dicit. Non fraudãtes. vbi vnũ remouet ⁊ alterũ aſtruit. Remouet fraudẽ. Seruis eñi cõmittunt̃ bona dominorũ. Luce. 19. Tradidit eis bona ſua. Aſtruit in oĩbus bonitatẽ. Et ideo dicit. Sed in oĩbus ⁊c. Sed quo fine ſunt hec fienda? Non quidẽ ꝓpter terrenũ fauorẽ ſed ꝓpter gloriã dei. Unde dicit. Ut doctrinã ⁊c. Glo. Ornamentũ doctoris eſt honeſta vita diſcipuli ſicut ſanitas infirmi eſt laus medici. Doctor curator eſt animaꝝ. Si ergo nos oſtendimus bona opera laudat̃ doctrĩa xp̃i Eſa. 52. Jugiter tota die nomen meũ blaſphemat̃. Math. 5. Ut videant opera veſtra bona ⁊c.

## Lectio tertia.

a Apparuit eñi gratia dei ⁊ ſaluatoris noſtri oĩbus hoĩbus erudiens nos. vt abnegãtes impietatẽ ⁊ ſecularia deſideria. ſobrie. ⁊ iuſte. ⁊ pie viuamus in hoc ſeculo: expectãtes beatã ſpem ⁊ aduentũ glorie magni dei ⁊ ſaluatoris noſtri ieſu xp̃i: qui dedit ſemetip̃m pro nobis: vt nos redimeret ab oĩ iniquitate: ⁊ mũdaret ſibi populũ acceptabilẽ ſectatorẽ bonoꝝ operum. Hec loquere ⁊ exhortare. ⁊ argue cum

omni imperio. Nemo te contemnat.
Supra apl'us inſtruxit tytũ qualiter doceret ſeruos ⁊ li-
beros ⁊ cõcluſit quaſi ratione͂ vt ſcʒ doctrina xp̄i ornare
tur: hic aſſignans plenã ratione͂ dictoꝝ exponit qđ dixit
per bonã conuerſatione͂. Et primo premittit gratiã ⁊ do
ctrinã xp̄i. Scđo inducit eũ ad gratie predicatione͂. ibi.
Hec loquere ⁊c. Item primo ꝓponit gratie apparitione͂
Scđo eius inſtructione͂ ibi. Erudie͂s nos ⁊c. Tertio eiꝰ
operatione͂ ibi. Qui dedit ⁊c. Sciendũ eſt aũt ꝙ gratia
importat miſericordiã: qꝛ gratia eſt de eo qđ gratis daꝛ.
⁊ qđ gratis daꝛ hoc miſericorditer daꝛ Miſericordia au
te͂ ſemper in deo fuit: tame͂ olim circa hoīes latebat. p̄s.
Dñe in celo miſericordia tua ⁊c. Ante xp̄m em̄ oēs quã
tũcunqꝫ eſſent iuſti erãt ſub damnatiōe. ſed xp̄o filio dei
carne͂ aſſume͂te apparuit gratia. 1. tymoth. 3. Et manife
ſte magnũ eſt pietatis ſacramentũ qđ manifeſtatũ eſt in
carne ⁊c. p̄s. Qui ſedes ſuper cherubin manifeſtare ⁊c.
Sed quãto quis eſt pote͂tior tãto eius gratia magis de-
ſideraꝛ. Unde gratia dei deſiderãda eſt. Et hoc eſt ꝙ di
cit. Gratia dei. Item eſt ad ſaluandũ. Unde dicit. Et ſal
uatoris noſtri. Eſaie. 51°. Salus aũt mea in ſempiternũ
erit ⁊c. Hec aũt gratia nõ proponiꝛ vni ſolũmodo popu
lo iudeoꝝ ſicut olim: ſed oībus hoībus. Eſa. 40. Uide
bit oīs caro pariter qđ os dñi locutũ eſt. Eſa. 52. Et vi-
debũt oe͂s fines terre ſalutare dei noſtri. 1ᵉ. tymoth. 2°.
Uult oe͂s hoīes ſaluos fieri ⁊c. Et poteſt dici ꝙ in nati
uitate xp̄i apparuit hec gratia dupliciter. Uno mõ ⁊ pri
mo. qꝛ per maximã dei gratiã datus eſt nobis Unde eiꝰ
cõceptio cũ ſit operatio totius trinitatis attribuiꝛ tamen
ſpe͂aliter ſpirituiſancto qui eſt principiũ gratiaꝝ. Et hec
gratia apparuit oībus hoībus ⁊ ſpecialiter homini xp̄o
Joh. 1°. Plenũ gratie ⁊ veritatis. Ex hac gratia. ſecũ-
do eſt cõſecuta inſtructio humani generis. qꝛ ante xp̄m
fuit mũdus in ignorãtia ⁊ hereſi. Eſa 9°. Populus qui
ambulabat in tenebris vidit lucem magnã. Unde dicit.
Erudiens nos. ſcʒ ſicut homo erudit filiũ. ¶ De duobus
aute͂ erudiuit nos. qꝛ duo neceſſaria ſunt homini. ſcʒ bo
nũ opus ⁊ recta intentio. Prīo oſtendit quõ xp̄s nos de
prīo erudiuit. Scđo de ſcđo ibi. Expectãtes ⁊c. Dicit er
go. Ut abnegãtes ⁊c. Notandũ eſt ergo ꝙ dicit impieta
te͂ ⁊ ſecularia deſideria. quia oīa peccata vel conſiſtũt in
his que ſunt directe cõtra deũ que dicunꝛ peccata impie
tatis. Pietas em̄ ꝓprie eſt ſm̄ quã colimus parentes ⁊
patriã: ſed qꝛ deus eſt principalis pater noſter. ideo per
tinet ad cultũ dei pietas. Job. 28°. ſcđm aliã litterã vbi
nos habemus ſic. Ecce timor dñi ipſa eſt ſapie͂tia. Ecce
pietas ip̄a eſt ſapientia ⁊c. Et ideo peccata cõtra deũ di
cunꝛ eſſe impietates. Ro. 1. Reuelaꝛ em̄ ira dei de celo
ſuper oe͂m impietate͂ ⁊c. Et ibi loquiꝛ de ydolatria. Uel
conſiſtũt in abuſu temporaliũ ⁊ hec ſunt ſecularia deſide
ria. Eſt aũt ſeculũ ſpaciũ menſurans piodũ reruʒ. Unde
per ſecularia intelliguntꝛ res ſeculares ⁊ oīa peccata que
in ꝓximũ committunꝛ vel in ſe per eaꝝ abuſum. ¶ De-
inde cũ dicit. Sobrie ⁊c. oſtendit quid boni faciamꝰ Et
dicit. Sobrie. quantũ ad ſe. iuſte ad ꝓximũ. pie ad deũ.
Sobrie ad ſe quaſi menſurate. Bria em̄ menſura eſt. et
hoc eſt ſi homo cũ menſura ratiōis vtaꝛ exterioribus re-
bus ⁊ ꝓprijs paſſionibus. Unde ſobrietas accipiꝛ pro ꝗ
libet menſurato vſu rerũ exterioꝝ ⁊ extrinſecaꝝ paſſionũ
Sap. 8. Sobrietate͂ em̄ ⁊ ſapientiã docet ⁊ iuſticiã ⁊ vir
tute͂ ꝗbus nihil vtiliꝰ eſt in vita hoībus. Juſte ad proxi-
mũ. p̄s. Juſtꝰ dñs ⁊ iuſticiã dilexit ⁊c. Pie ad deũ. 1ᵉ. ty
moth. 4. Exerce te ad pietate͂. ¶ Deinde cum dicit. Ex
pectãtes ⁊c. inſtruit eũ de fine qui cõſiſtit in duobus. ſcʒ
in gloria anīe in morte. Alius in gloria corporis in adue͂
tu xp̄i. Joh. 5. Uenit hora in qua oe͂s qui in monumen-
tia ſunt audie͂t vocem filij dei ⁊c. Quantũ ad primũ di-
cit. Expectantes ⁊c. Contra illos qui ponũt finem homi
nis in actu virtutũ in hac vita. Sed hoc non eſt verũ. qꝛ
⁊ ſi ſobrie ⁊ pie ⁊ iuſte viuamus adhuc ſumus expectan
tes Job. 7. ⁊. 14. Sicut mercenarij dies eius. Eſa. 30.
Beati om̄es qui expectãt eũ. Et ideo dicit. Expectãtes
beatã ſpem quod poteſt intelligi dupliciter. Uel qꝛ eſt
ſpes de beatitudine. Uel quia expectatio facit ip̄os bea
tos. ¶ Quantũ ad ſecundũ dicit. Et aduentũ ⁊c. ſcʒ per
quem reſurge͂t corpora noſtra. Qui em̄ diligit amicũ cũ
deſiderio expectat eũ. 2ᵉ. thymoth. 4. Non ſolũ autem
mihi ſed ⁊ his qui diligũt aduentũ eius. Luce. 12. Uos
ſimiles hominibus expectantibus dominũ ſuuʒ. Et dicit.
Aduentũ glorie quia primus fuit humilitatis. Phil. 2.
Humiliauit ſemetip̄m ⁊c. Math. 11. Diſcite a me qꝛ mi
tis ſum ⁊ humilis corde. Et ille erit glorie quia ſua diui
nitas om̄ibus innoteſcet. Luce. 21. Et tũc videbunt fi-
liũ hominis veniente͂ in nubibus cũ poteſtate magna et
maieſtate. Et dicit. Magni dei: contra arriũ qui dixit fi
liũ non equale͂ patri. Et bene magnus quia diciꝛ Ro. 9
Qui eſt ſuper om̄ia deus benedictus in ſecula. 1ᵉ. Joh.
vlt. Ut ſimus in vero filio eius ⁊c. Item eſt ſaluator. 1ᵉ.
tymoth. 2. Hoc em̄ bonũ eſt ⁊ acceptũ corã ſaluatore no
ſtro deo: qui oe͂s homīes vult ſaluos fieri ⁊c. Quis ad
hoc venit ⁊ hoc importat nome͂ eius. Math. 1. Ipſe em̄
ſaluũ faciet populũ ſuũ a peccatis eoꝝ. Et addit xp̄i. ſcʒ
qui eſt vnctus in quo intelligiꝛ vnio diuinitatis ad hu-
manitate͂. Aliqui em̄ dicunꝛ vniti ſed nõ ita ꝙ habeant
eſſentiã diuinitatis eis vnitam: ſed quia participãt eius
aliquid. ſed xp̄o eſt vnita diuinitas. p̄s. Unxit te deus
deus tuus ⁊c. ¶ Deinde cũ dicit. Qui dedit ⁊c. oſten-
diꝛ operatio gratie. Et primo oſtendit beneficiũ gratie
paſſionis eius. Secũdo paſſionis fructũ ibi. Ut nos re-
dimeret ⁊c. Dicit ergo dico ꝙ eſt noſter ſaluator. ⁊ quo-
modo? quia dedit ſe ⁊c. Ephe. 5. Ambulate in dilectio
ne ſicut ⁊ xp̄us dilexit nos ⁊ tradidit ſemetip̄m ꝓ nobis
oblatione͂ ⁊ hoſtiaʒ deo ⁊c. Fructus eius diciꝛ liberatio
⁊ ſanctificatio. Liberatio cũ dicit. Ut nos redimeret ab
om̄i iniquitate. Jo. 8. Qui facit peccatũ ſeruus eſt pec-
cati Primus em̄ hõ ex peccato ſuo redactus eſt in ſerui
tuteʒ pcc̄i ex qua ſeruitute inclinabaꝛ ad aliud peccatũ:
ſed xp̄us ſatiſfecit per ſuã paſſione͂. Et ideo ſumus rede͂
pti a ſeruitute. Eſa. 43. Noli timere. quia redemi te ⁊c.
Et non ſolũ ab originali ſed ab om̄ibus que quis ſua vo
luntate ſuperaddidit. ¶ Sanctificatio in bono poniꝛ cũ
dicit. Ut mũdaret ⁊c. id eſt vt ſanctificaret populũ ſic. ſ.
vt eſſemus populus eius. id eſt ei ꝯſecratus. Qui aliqñ
non populus eius. nũc aute͂ populus eius ⁊c. Oſee. 1. ⁊
Ro. 9°. Acceptabile͂. ſcʒ deo per rectã fidem ⁊ intentio
ne͂. Prouerb. 14. Acceptus eſt regi miniſter intellige͂s
Uel acceptabile͂. id eſt peculiare͂. Deutro. 7. Te elegit
dñs deus tuus vt ſis ei populꝰ peculiaris ⁊c. Sed opor
tet etiã ꝙ extra ſint opera bona. Unde dicit. Sectatore͂
bonorũ operũ. Rom̄. 13. Bonũ fac ⁊ habebis laudeʒ ex
illa. Galath. 6°. Bonũ autem facie͂tes non deficiamus.
¶ Deinde cum dicit. Hec loquere ⁊c. inducit eũ ad pre
dicatione͂ gratie. Et circa hoc duo facit. Quia prīo hor
taꝛ eum ad predicandũ. Secũdo inſtruit predicandi mo
dum ibi. Cũ omni ⁊c. Dicit ergo. Loquere ſpectãtia ad
crede͂da exhortare ad age͂da. 1ᵉ. theſ. 2°. Exhortatio no
ſtra non de errore: neqꝫ de immũditia: neqꝫ in dolo ⁊c.
¶ Argue male agentes. 1ᵉ. tymoth. 5°. Peccantes co-
ram om̄ibus argue ⁊c. Et hoc cum omni imperio. id eſt
cuʒ auctoritate: quia loquiꝛ vt inſtrumentũ vel miniſter
dei. Et ideo cũ fiducia diuine auctoritatis. Eſt tamen lo
quendũ in exhortando quãdoqꝫ cuʒ prece conſiderando

Infirmitatē ꝓpꝛiam. ꝓuer.18. Cum obſecrationibus loquit̄ pauper. Quādoq; cum imperio conſiderādo auctoritatem cōmiſſam. 2. Coꝛin. vltimo. An experimentum queritis eius qui in me loquit̄ chꝛiſtus. Uel cum manſuetudine ad bonos. cū auſteritate ad obſtinatos. habet autē moneri vt cum imperio arguat: quia naturaliter fuit mitis. 1. Ti. 4. Nemo adoleſcentiaʒ tuam contēnat.

## Capitulum tertiū.

Admone illos pꝛincipibus ⁊ po
a testatibꝰ ſubditos eſſe. dicto obedire. ad omne opus bonuʒ paratos eſſe: Neminē blaſphemare: non litigioſos eſſe: ſed modeſtos: omnē oſtēden tes manſuetudinem ad om̄es homines Eramus em̄ aliquando ⁊ nos inſipientes ⁊ increduli: errantes: ſeruientes deſiderijs et voluptatibus varijs: in malicia et inuidia agentes odibiles: odientes inuicem. Cum autem benignitas ⁊ humanitas apparuit ſaluatoꝛis noſtri dei: non ex operibus iuſticie que fecimus nos: ſed ſm̄ miſericoꝛdiaʒ ſuā ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis ⁊ renouationis ſpūſſancti: quem effudit in nos abunde ꝑ ieſum chꝛiſtum ſaluatoꝛeʒ noſtrum. vt iuſtificati gratia ipſius heredes ſimus ſm̄ ſpem vite eterne. Fidelis ſermo eſt. Et de his volo te cōfirmare vt curēt bonis operibꝰ pꝛeeſſe q̄ credunt deo. Hec ſunt bona ⁊ vtilia hominibus.

Supꝛa apoſtolꝰ poſuit particulares admonitiones ꝑtinentes ad ſingulos ſtatus: hic ponit generales ad om̄es Et p̄mo ponit ipſas. Secundo rationem ipſaꝝ ibi. Eramꝰ ⁊c. Tertio inducit titū ad vtroꝛūq; pꝛedicationē ibi. Et de his volo te. ⁊c. Circa pꝛimū duo facit. quia p̄mo monet om̄es qualiter ſe habeant ad ſuperioꝛes. Secundo quomō ad equales ibi. Neminem blaſphemare. ⁊c. Item p̄ma in duas. qꝛ p̄mo oſtēdit ꝙ ſuperioꝛibꝰ debēt ſubditi reuerentiā ſubiectionis. Secundo obedientiaʒ iuſſiōis ibi. Dico obedire ⁊c. Dicit ergo. dixi de quo moneas pꝛedictos: ſed admone illos id eſt om̄es. p̄ncipibꝰ id eſt maioꝛibꝰ ſcʒ regibꝰ ⁊ huiuſmodi. ⁊ ptātibus: ideſt alijs officialibꝰ ⁊c. 1. Pe. 2. Subiecti eſtote om̄i hūane creature ꝓpt̄ deū ſiue regi tanq̄ p̄cellēti: ſiue ducibꝰ tāq̄ ab eo miſſis ⁊c. Ro. 13. Om̄is aīa poteſtatibꝰ ſublimioꝛibus ſubdita ſit. Et hec monitio neceſſaria eſt p̄mo ad tollendū erroꝛē circa iudeos q̄ dicūt non eſſe obediendū mandatis hoīm. Secūdo vt nullā inquietudinē facerēt in eccl̄ia. Tertio tenent̄ ad obediētiā iuſſionis. Heb. vltimo. Obedite pꝛepoſitis veſtris ⁊ ſubiacete eis ⁊c. Et dicit. Dicto id eſt ad ſoluʒ verbum pꝛeſidis. 1. Reg. 15. Melioꝛ eſt em̄ obediētia q̄ victime ⁊c. 2. theſſal. 3. Si quis non obedierit verbo nr̄o ꝑ epl̄am hunc notate ⁊c. Non ſolū aūt eſt neceſſaria ꝓmptitudo: ſʒ diſcretio. Ūn dicit. ad om̄e opus bonū: alioquin nō eſſet obedienduʒ. Tūc em̄ magis deo obediendū eſt q̄ maioꝛ eſt. Act. 4. Si iuſtū eſt in conſpectu dei vos potius audire q̄ deum iudicate. Unde milites nō tenent̄ obedire in bello iniuſto. ¶ Deinde cū dicit. Neminē ⁊c. oſtendit̄ qualiter ſe habeant equales. Et p̄mo q̄ ad vitationē mali. Secūdo quo ad operationeʒ boni ibi. Sed modeſtos ⁊c. Monet autē eos ſpecialiter de verbis: quia in pꝛimitiua eccleſia pauci peccabant factis. Uerbis autē aliquis peccat pꝛimo contra perſonam eius ſi ei impꝛoperia inferat. Unde dicit. Neminē blaſphemare. Sed contra. quia blaſphemia eſt relatio criminis in deum. Non ergo eſt blaſphemia in ꝓximū. Reſpondeo inquantū dilectio ꝓximi refertur in dilectionem dei. ⁊ honoꝛ pꝛoximi in honoꝛē dei ſic ⁊ eius impꝛoperiū eſt in deum. Sumit̄ ergo hic blaſphemare ꝓ qualibet maledictione occulta vel manifeſta 2. Pe. 2. Sectas non metuūt introducere: blaſphemātes, Secūdo quis peccat contra res exterioꝛes. Et ideo dicit. Non litigioſos eſſe. Ubi eſt ſciendum ꝙ tria ſunt genera hominum. Quidā eoꝛum ſunt virtuoſi ⁊ duo vicioſi. Quidaʒ em̄ om̄ibus verbis auditis in nullo cōtriſtantur. ⁊ hi ſunt adulatoꝛes. Et quidam omni verbo reſiſtūt. ⁊ hi litigioſi ſunt. Contra hos loquit̄ hic. Ideo dicitur. 2. Ti. 2. Seruum autē dn̄i nō opoꝛtet litigare: ſʒ manſuetum eſſe ad om̄es ⁊c. Prouer. 20. Honoꝛ eſt homini qui ſe ſeparat a contentionibus ⁊c. Sed mediū tenens vt quādoq; delectet̄ verbis: quādoq; contriſtetur ē virtuoſus. 2. Coꝛin. 2. Si contriſtaui vos in epiſtola non me penitet ⁊c. ¶ Deinde cum dicit. Sed modeſtos ⁊c. oſtendit quomō ſe habeant in operatione boni ⁊ pꝛimo in exterioꝛibꝰ actibus dicēs. Sed modeſtos ⁊c. Eſt auteʒ modeſtia virtus ꝑ quam aliquis in omnibus exterioꝛibus modum tenet vt non offendat cuiuſq̄ aſpectuʒ. Phil. 4. Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibꝰ. ⁊c. ꝓuer. 22. Finis modeſtie timoꝛ domini diuitie gloria ⁊ vita ⁊c. Quanto autem quis eſt impetuoſioꝛ in interioꝛibus affectibus: tanto refrenatur difficilius etiam in exterioꝛibus. Talis autē eſt inter omnes affectus ire. Et ideo contra hoc ponit manſuetudinē que moderatur paſſiones ire. Unde dicit. Omnem manſuetudinē oſtēdentes ad om̄es homines Matth. 11. Diſcite a me quia mitis ſum ⁊ humilis coꝛde ⁊c. Iac. 1. In manſuetudine ſuſcipite inſitum verbuʒ quod poteſt ſaluare animas veſtras. ¶ Deinde cū dicit. Eramus em̄ ⁊ nos ⁊c. aſſignat rationem pꝛedictoꝛum ⁊ maxime huius vltimi ſcʒ ꝙ ſint manſueti. Poſſent em̄ dicere. quomō erimus manſueti ad infideles: quomō ad malos: Non em̄ hoc poſſumus. Reſpondet. conſidera te qualis fueris. Et ideo contra iram optimū remedium eſt recogitatio fragilitatis ꝓpꝛie Et ideo p̄mo ponit ſtatum eoꝛum pꝛeteritum. Secundo oſtendit vnde venerunt ad ſtatum ꝑfectionis ibi. Cum autem benignitas ⁊c. Item pꝛimo ponit defectus pertinentes ad intellectum. Secundo ad affectum ibi. Seruientes ⁊c. Intellectus autē poteſt dupliciter deficere. Uel quia deficit a vera cognitione ſicut per ignoꝛantiā negationis. Uel quia incidit in opinionē falſi. Uerū aūt in rebus diuinis dupliciter aliqui percipiunt. Quidaʒ em̄ ſolum per fidem. quidam pꝛeguſtando ꝑ lumen ſapientie ꝑ apertam aliquam cognitionem. Unde q̄tum ad ſecundū dicit. Eramus inſipientes id eſt p̄uati iſta ſapientia Luc. 21. Dabo vobis os ⁊ ſapientiam ⁊c. Quantum ad pꝛimum dicit. Increduli id eſt infideles Ezech. 2. Increduli ⁊ ſubuerſoꝛes ſunt tecū ⁊c. Sed et eramus incidentes in ꝯtrariā opinionē. Ūn dicit. Errātes id eſt falſum ꝓ vero tenētes. Eſa. 19. Errare fecerūt egyptū in om̄i oꝑe ſuo ⁊c. ¶ Deiñ ponit ea q̄ ꝑtinēt ad coꝛruptionē affectꝰ. ⁊ p̄mo q̄tū ad ſe. Scd̄o q̄tū ad alios ibi. In malicia ⁊c. Affectꝰ aūt hoīs tūc ē rectꝰ qn̄ fuit rōi ⁊ vtit̄ licitis delectationibꝰ ſm̄ rationeʒ. Quando ḡ nō ſequit̄ rōeʒ ſʒ ſua deſideria tūc coꝛrumpit̄. Unde dicit. Seruientes deſiderijs et voluptatibsu varijs. Uoluptates reſpiciūt pctā delectationū carnaliū vt ſunt luxuria ⁊ gula

Deſideria vero quelibet alia vitia vt ſunt ambitio ⁊ auaritia ⁊ huiuſmodi. Ecc. 18. Poſt cōcupiſcētias tuas nō eas ⁊ a voluptate tua auertere ⁊c. Ro. 6. Non regnet peccatū in veſtro mortali corpore vt obediatis cōcupiſcenijs eius. 2. Ti. 3. Voluptatum amatores magis ꝙ dei ⁊c. ¶ Deinde cū dicit. In malicia ⁊c. ponit peccata in ordine ad alios. Et pmo maliciā q̄ eſt voluntas nocēdi alteri. Effect⁹ em̄ denoīaꝛ a fine. Qui ḡ intendit inferre malū diciꝛ malicioſus Jac. 1. Propt̄ qḋ abijcientes oēm imūdiciā ⁊ abundantiā malicie ⁊c. Secūdo ponit inuidiā q̄ dolet de ꝓximi bono ſicut malicia infert malū: puer. 14 Putredo oſſiū inuidia. Tertio ponit odiū. Unde dicit. Odibiles ſcꝫ vel deo ꝑ hoc ꝙ faciūt pctm̄ Sap. 14. Similiter aūt ſunt odio deo impius ⁊ impietas ei⁹. Ro. 1. Detractores deo odibiles ⁊c. Vel proximo qn̄ faciūt illud vnde ꝓxim⁹ eos odio habere debeat. Et addit odientes inuicē. Quaſi dicat. Et nos etiaꝫ odiebam⁹ alios 1. Jo. 3. Qui odit fratrē ſuū homicida ē. ¶ Deinde cuꝫ dicit. Cū aūt benignitas ⁊c. oñdit ſtatū ſalutis nr̄e cui⁹ ordinē ⁊ ꝓceſſum pmo deſcribit. Secūdo ꝯfirmat dictū ibi. Fidelis ſermo ⁊c. Circa primū quattuor facit. q2 pmo oñdit cauſam ſalutis. Scḋo rōem ſaluandi ibi. Non ex operib⁹ iuſticie ⁊c. Tertio modū ei⁹ ibi. Per lauacrū ⁊c. Quarto finē ibi. Ut iuſtificati ⁊c. Cauſa aūt nr̄e ſalutis eſt charitas dei. Eph. 2. De⁹ aūt q̄ diues eſt in miſericordia ꝑpt̄ nimiā charitatē ſuā q̄ dilexit nos ⁊c. Hanc charitatē deſcribit pmo q̄tū ad affectū. Scḋo q̄tū ad effectū. Interior charitatis affect⁹ deſignaꝛ in benignitate q̄ diciꝛ bona igneitas. Ignis aūt ſignificat amorem. Cañ. 8. Lampades ei⁹ lāpades ignis atqꝫ flāmaꝝ. Benignitas ḡ eſt amor interior ꝓfundens bona ad exteriora. Hec ab eterno fuit in deo: q2 amor eius eſt cauſa oīm Joel. 2. Benign⁹ ⁊ miſericors eſt ⁊c. ſꝫ hoc q̄ñqꝫ nō apparebat Eſa. 63. Ubi nūc zel⁹ tu⁹ ⁊ fortitudo tua m̄ltitudo viſcerū tuoꝝ ⁊ miſeratonū tuaꝝ ſup me ꝯtinuerūt ſe. ¶ Sꝫ ꝑ effctm̄ appuit qḋ deſignaꝛ cū dic̄. Humanitas. qḋ dupliciꝛ pōt intelligi vel ſm̄ qḋ ſignificat hūanā naturā. q. dicat. Appuit benignitas ⁊ humanitas qn̄ de⁹ ex benignitate ē hō factus Phil. 2. Habitu inuent⁹ vt hō. pſ. Benedices corone āni benignitatis tue ⁊c. Vel ſm̄ qḋ deſignat virtutē que conſiſtit in exteriori ſubuentione in defectib⁹ alioꝝ. Un̄ humanū eſſe ē cōdeſcendere Act. vlt. Barbari aūt pſtabāt nō modicā humanitatē nobis. Sic deus condeſcendit nr̄is defectib⁹. pſ. Ipſe cognouit figmentū nr̄m. Et hoc ſaluatoris: q2 vt dicit. pſ. Sal⁹ aūt iuſtoꝝ a dn̄o ⁊c. ¶ Deinde cum dicit. Non ex operibus ⁊c. ponit rōem ſaluandi. Et pmo excludiꝛ ratio pſumpta. Secūdo oſtendiꝛ ratio vera. Ratio pſumpta eſt ꝙ ꝑpt̄ merita noſtra ſimus ſaluati qḋ excludit cū dicit. Non ex operib⁹ ⁊c. Ro. 11. Reliquie ſm̄ electionē gratie dei ſalue facte ſunt ⁊c. Deut̄. 9. Nō ꝑpter iuſticias tuas ⁊ eq̄tates cordis tui ingredieris vt poſſideas terrā eoruꝫ ⁊c. Sed vera ratio eſt ſola miſeratio dei. Unde dicit. Sed ſm̄ ſuā ⁊c. Tren. 3. Miſericordie dn̄i ꝙ non ſum⁹ conſumpti Luc. 1. Et miſericordia ei⁹ a ꝓgenie in ꝓgenies ⁊c. ¶ Modus ſalutis adipiſcende eſt ꝑ baptiſmū quem pmo ꝓponit. Secūdo effectū eius. Tertio cauſam. Dicit ergo ꝑ lauacruꝫ id ē ſaluati ſum⁹ ꝑ ablutionē ſpūalē Eph. 5. Mundans eam lauacro aque in verbo vite ⁊c. Zach. 13. Erit fons patens domui dauid ⁊ habitantib⁹ hieruſalē in ablutione pctōꝛis ⁊ menſtruate ⁊c. ¶ Quātum ad effect⁹ eius ſciendū eſt ꝙ hō indigebat duob⁹ in ſtatu ꝑditionis q̄ conſecutus eſt ꝑ xp̄m: ſcꝫ participatiōe diuine nature: ⁊ depoſitione vetuſtatis. Erat em̄ ſeparatus a deo Eſa. 59. Iniq̄tates vr̄e diuiſerūt inter vos et deū vr̄m ⁊ pctā vr̄a abſcōderūt faciē eius a vobis ne exaudiret ⁊c. Et Baruch. 3. Inueteraſti in t̄ra aliena. Sꝫ pmū ꝯſeq̄mur ꝑ xp̄m ſcꝫ ꝑticipationē nature diuine. 1. Pe. 1. Ut ꝑ hoc efficiamur conſortes diuine nature ⁊c. Sꝫ noua natura nō acq̄riꝛ niſi ꝑ generationē. Sꝫ tamē hec natura ita datur ꝙ etiam remanet noſtra. ⁊ ita ſupadditur. Sic em̄ generaꝛ participatio in filiuꝫ dei ꝙ nō deſtruiꝛ homo Jo. 3. Oportet vos naſci denuo. Et ideo diciꝛ generatio Jac. 1. Voluntarie genuit nos verbo veritatis ſue ⁊c. Homo etiam ꝑ chriſtū depoſuit vetuſtatē reparatus ad integritatem nature. ⁊ hoc vocaꝛ renouatio. Eph. 4. Renouamini ſpū mentis veſtre ⁊c. ¶ Sꝫ que eſt cauſa huius effectus vt cor abluat. Hec virtus ē a ſancta ⁊ indiuidua trinitate Matth. vltimo. In nomine patris ⁊ filii ⁊ ſpūſſancti ⁊c. Unde ex chriſto baptizato pater in voce: filius in carne: ſpūſſanctus in columbe ſpecie apparuerunt. Et ideo dicit. Spūſſancti id eſt quā ſpūſſanct⁹ facit ⁊c pſ. Emitte ſpūm tuū ⁊c. Item eſt regeneratio ꝑ ſpūm Gal. 4. Miſit deus ſpirituꝫ filij ſui in corda veſtra clamantē abba pater ⁊c. Ro. 8. Non acceπiſtis ſpirituꝫ ſeruitutis iterum in timore: ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filioꝝ in quo clamamus abba pater. Sed hunc ſpūm dat deus pr̄ quem effudit abunde vt deſignet copiaꝫ gratie in baptiſmo vnde fit plena peccatorum remiſſio. Johel. 2. Effundā de ſpiritu meo ſup omnē carnem ⁊c. Eſa. 44. Effundam ſpūm meū ſup ſemen tuum ⁊c. Et ꝑpter diuerſa dona gratiarum Jac. 1. Qui dat omnibus affluenter ⁊ non improperat ⁊ dabiꝛ ei Hoc etiam datur ꝑ xp̄m ieſum. Jo. 16. Paraclitus quē ego mittam vobis ⁊c. In xp̄o em̄ duas naturas inuenimus: ⁊ ad vtraſqꝫ pertinet ꝙ chriſtus det ſpūmſanctum. Quantū quidem ad diuinā quia eſt verbū ex quo ſimul ⁊ a patre ꝓcedit amor. Amor autē in nobis procedit ex conceptione cordis cuius conceptio eſt verbum. Q̄tum vero ad humanā quia xp̄s accepit ſummā plenitudineꝫ eius ita ꝙ ꝑ eū ad oēs deriuaꝛ. Jo. 1. Plenū gr̄e ⁊ veritatis. Et paulopoſt. Et de plenitudine omnes nos accepimus gratiam ꝓ gratia. Et capitulo tertio. Non enim ad menſuram dat deus ſpiritum ⁊c. Et ideo baptiſmus ⁊ alia ſacramenta non habent efficaciam niſi ex virtute humanitatis ⁊ paſſionis chriſti. ¶ Deinde cuꝫ dicit. Ut iuſtificati ⁊c. ponitur finis ſalutis noſtre que eſt participatio vite eterne. Unde dicit. heredes. Idem autē eſt iuſtificati vel quod prius dixerat regenerati. In iuſtificatiōn impii ſunt duo termini. ſcꝫ a quo: q̄ eſt remiſſio culpe. ⁊ hec eſt renouatio. ⁊ ad quem: qui eſt infuſio gratie. ⁊ hoc ad regenerationē pertinet. Dicit ergo. Ideo verbum caro factum eſt vt iuſtificati id eſt renouati per gratiam: quia iuſtificatio non fit ſine gratia. Sed nunquid deus poſſet remittere culpam ſine gratie infuſione? Videtur ꝙ ſic. quia a ꝑncipio poterat conſtituere homineꝫ eſſe ſine gratia ⁊ culpa. Reſpondeo dicendū eſt ꝙ aliud eſt de homie qui nunq̄ offendit. q2 ſic poteſt eſſe ſine gratia ⁊ ſine culpa. ⁊ aliud eſt de homine qui iam peccauit q̄ nō poteſt eſſe quin odiaꝛ vel diligaꝛ. ⁊ ſi a deo diligiꝛ oportet ꝙ diligat. ⁊ ſi diligit oportet ꝙ pſteꝛ ei gr̄a. q2 ſine gratia non diligit. ⁊ ꝙ etiam per hoc efficiaꝛ heredes. 1. Pe. 1. Hereditatē incorruptibilem ⁊ incontaminatam ⁊ imarceſſibilem conſeruatā in celis in vobis ⁊c. Et hoc vite eterne. pſ. Funes ceciderūt mihi in preclaris ⁊c. Sꝫ quomō heredes ſm̄ ſpem: quia iam nobis ineſt ſpes huius vite. Ro. 5. Gloriamur in ſpe ⁊ glorie filiorum dei. ¶ Deinde cum dicit. Fidelis ſermo ⁊c. probat dicta de ſalute noſtra ⁊ ſpe. Quaſi dicat. hoc dictuꝫ eſt fidele Apoc. vltio. Hec verba fideliſſima ⁊ vera ſunt ¶ Deinde cum dicit. Et de his volo ⁊c. mandat hoc ꝑdicari. Et pmo ponit ꝑceptū. Secūdo rōem aſſignat ibi.

Hec ſunt ⁊c. Dicit ergo. Et de his ſcʒ que ad dei benefi cia reprehenſionem peccatoꝝ. documenta fidei ⁊ moruʒ volo te confirmare ſcʒ alios. Job. 4. Vacillantes cōfir mauerunt ſermones tui. ⁊c. Act. 15. Et confirmauerunt eos. Et ratio huius eſt vt curent ⁊c. quod poteſt intelli gi de prelatis. Quaſi dicat. Volo ꝙ confirmes viatoreſ id eſt prelatos vt ipſi curent preeſſe his qui credunt deo ſcʒ fidelibus in bonis operibus. 1. Pe. 2. Ex bonis ope ribus vos conſiderantes glorificent deum ⁊c. Matth. 5. vt videant opera veſtra bona ⁊ glorificent patrem veſtrū ⁊c. Hec verba ſunt bona: qꝛ de bonitate dei. Matth. 12. Bonꝰ homo de bono theſauro ꝓfert bona. Vtilia Eſa. 48. Ego dn̄s deus tuus docens te vtilia.

## Lectio ſecunda.

Tultas autem queſtiones ⁊ genea
s logias ⁊ contētiones ⁊ pugnas le gis deuita. Sunt em̄ inutiles ⁊ va ne. Hereticū hominē poſt vnam ⁊ ſecundaʒ correptioneʒ deuita. ſciens quia ſubuerſus eſt qui eiuſmodi eſt: ⁊ delinquit cum ſit pro prio iudicio condemnatus. Cum miſero ad te arthemā aut tychicuʒ feſtinā ad me veni re nicopolim. Ibi enim ſtatui hyemare. Ze nam legiſperitum ⁊ apollo ſollicite p̄mitte: vt nihil illis deſit. Diſcant autē ⁊ veſtri bo nis operibus preeſſe ad vſus neceſſarios vt non ſint infructuoſi. Salutant te qui mecuʒ ſunt omnes. Saluta eos qui nos amant in fide. Gr̄a dei cum omnibus vobis Amen.

Supra aplꝰs docuit Titum qualia ad inſtruſtioneʒ po puli ꝓponat: nunc oſtendit que vitet in doctrina. Et pri mo facit hoc. Secundo ſcribit quedaʒ familiaria ibi. Cū miſero ⁊c. Item p̄ma in duas. qꝛ p̄mo oſtēdit quomō vi tet inutila ⁊ aliena dogmata. Secūdo quomō vitet here ticos ibi. Hereticum ⁊c. Circa p̄mum duo facit. quia pri mo oſtendit que ſunt vitanda in ſua doctrina. Secundo rationem aſſignat ibi. Sunt em̄ ⁊c. ¶ Notandū eſt autē circa primū ꝙ ad eum q̇ ꝓfitet doctrinā alicuius ſcientie p̄mo pertinet vt ſatiſfaciat, queſtionibus que mouent in illa. Secundo vt ꝑ ſe aliqua tractet. Tertio vt diſputet cum reſiſtentibus. Et quarto ꝙ doceat quid circa eaʒ ſit vitandum. In alijs autē ſcientijs nullus ſapiens cuili bet queſtioni reſpondet. ſed tantū ad eas que pertinent ad ſuam ſcientiam. Ita doctor veritatis non debet cuili bet queſtioni reſpondere. Stulticia em̄ ſapientie oppo nitur. Hec autē doctrina eſt ſapientie. Deut. 4. Hec em̄ ſapientia veſtra ⁊ intellectus coram populis ⁊c. Que ſtiones ergo aduerſantes intentionibus doctrine iſtius ſtulte ſunt. aduerſant aūt ei illa que ſunt indiſciplinabi lia. Job. 34. Job autē ſtulte locutus eſt: ⁊ verba illiꝰ nō ſonant diſciplinam ⁊c. Itē quādo manifeſtū ꝓponit vt dubium ſcʒ quecūqꝫ debet aliquis ꝑ ſe tenere in ſcientia Et hec ſunt que ſpectant ad inſtructionē fidei ⁊ erudi tionem moꝝ. ⁊ quedā ſunt que debet vitare. Unde dicit. genealogias. Ponunt em̄ genealogie in ſcr̄pturis ꝓpt̄ myſteria ⁊ ꝓpter intellectū hiſtorialē. In reſiſtendo im pugnantibus debet vitare contentiones ⁊ pugnas. Qn̄ em̄ ē diſputatio ad inquiſitionē veritatis eſt laudabile: ſed qn̄ eſt ad oſtendendū quid ſit tenendū ⁊ q̇d vitandū: tales ſunt vitande. ꝓuer. 20. Honor ē homini qui ſepat ſe a contentionibꝰ ⁊c. 2. Ti. 2. Noli verbis contendere.

Pugne legis ſunt que non ex vitio diſputantiū: ſed que oriunt ex contrarietate in ſcriptura vel rationibꝰ contra rijs. Sed nunquid huiuſmodi ſemꝑ ſunt vitande? Dicē dum eſt in ſcr̄ptura ſacra ſm̄ veritatem nihil eſt contrariū Sʒ ſi alibuid apparet contrarium. Vel eſt qꝛ non intelli gitur. Vel qꝛ corrupta ſunt vitio ſcriptoꝝ quod patet ſpe cialiter īnumeris ⁊ genealogijs. Et hº ideo qꝛ determa ri nō poſſunt vult ꝙ vitent. Et hoc iō qꝛ inutiles ſūt. Et doctor ad duo intendere debet. ſcʒ ad vtilitatē ⁊ ad veri tatem. ꝓuer. 8. Veritatē meditabit guttur meū ⁊c. Eſa. 48. Ego dn̄s deus tuus docens te vtilia. Non eſt ergo intromittendū ſe de niutilibus et que nō habent ſolidā veritatem. Scire em̄ ſingularia vt ſunt genealogie non eſt ad ꝑfectionē intellectus nec ad inſtructionē moꝝ nec fidei. Et ſunt vane: qꝛ non habent ſolidā veritatē. ¶ De inde cum dicit. Hereticum ⁊c. oſtendit qui ſunt vitandi inter hoīes. et p̄mo oſtendit ꝙ heretici. Secūdo oſtēdit rationē huius ibi. Sciens qꝛ ⁊c. Dicit ergo hereticum hominē ⁊c. Ubi notandū eſt quid faciat eſſe hereticū. ⁊ accipienda eſt p̄ma ratio huius noīs hereticus. Nō em̄ dicit a diuiſiōe: ſed ab electione vt dicit hieronymꝰ. In greco em̄ hereſis dicit electio. Unde hereticus id ē ele ctiuus quaſi ꝑtinaciter adherens ſecte alicuius quā eli git. Unde ſciendū eſt ꝙ om̄is hereticus eſt errans. ⁊ nō ecōuerſo ꝓpter duo. Primo ex parte materie circa quā errat. puta ſi non eſt circa fineʒ vite humane: vel circa id qđ ad fidem ꝑtinet ⁊ bonos mores. Talis em̄ ſic errans nō eſt hereticus. Si vero erraret circa ea que ſunt ad fi nem vite humane ſemꝑ eſt hereticus. Et dico finem vite humaue: qꝛ apud antiquos erant ſecte ponentes diuer ſum finem fidei. vt patet de ſtoycis ⁊ epicuris: Et ſic ſi aliquis diceret deum non eſſe trinū ⁊ vnum ⁊ fornicati onem non eſſe peccatum eſt hereticus. ¶ Secūdo ex ꝑte electionis: qꝛ eligens ſi non eſt pertinax: ſed eſt paratus corrigi ſm̄ eccleſie determinationē. ⁊ ſic non eſt ex mali cia: ſed ex ignorantia non eſt hereticus. Hunc ꝰ deuita ꝓpter ꝑiculum. 2. Ti. 2. Sermo eorum vt cancer ſerpit Item nec aliquis cōmunicet peccatis eoꝝ ne videat eis conſentire. 2. Jo. ca. vnico. Si q̇s venerit ad vos ⁊ hāc doctrinam non affert ⁊c. Item ꝓpter penā. Numeri. 16. Recedite a tabernaculis hominū impioꝝ: ⁊ nolite tan gere que ad eos pertinent ⁊c. Vult tn̄ ꝙ moneat. ⁊ ſi nō dimittit tunc eſt hereticus ⁊ vitādus. Et dicit poſt p̄mā ⁊ ſecundam correptionē. Sic em̄ fit in eccl'ia in excōmu cationibꝰ. Et ratio eſt qꝛ errantis numerꝰ omnis rei ha bet p̄ncipium mediū ⁊ fineʒ. Ideo accipit vt ſufficiēs ad omnia. 2. Corin. vlt̄o. Ecce iam tertio hoc venio ad voſ ⁊c. Item ꝓpter ꝑfectionē numeri ternarij. Ratio auteʒ deuitationis eſt qꝛ cuʒ errante agendū a p̄ncipio vt cor rigat. Matth. 9. Nō eſt opus valentibꝰ medicꝰ: ſʒ male habentibꝰ ⁊c. Et iō nō eſt dimittendū q̇uſqꝫ videat ſi cu rari poterit. ſʒ ſi nō pōt ſanari tunc eſt dimittendꝰ Luc. 19. Ex ore tuo te iudico ſerue neq̄. ¶ Deiñ cū dicit. Cū miſero ⁊c. ſcribit quedā familiaria. Et p̄mo quedā diſpo nenda circa ip̄m. Secūdo epl'am terminat in ſalute. Di cit ꝰ. Cū miſo ⁊c. Hi duo diſcipl'i erāt apl'i. Alios miſit qꝛ volebat ꝙ titus iret ad eū nec determinat ei tempꝰ: ſed locū. eo ei īdiguit ī adiutoriū p̄dicatiōis. voluit tn̄ p̄mit ti arthemā ⁊ oñdit q̇d d e eis diſponat. Scđo obieciōi re ſpōdet ibi. Diſcāt aūt ⁊ vr̄i ⁊c. Apollo iſte d q̄ Act. 19. erat ep̄us corinthioꝝ ꝓpter quoꝝ culpam dimiſit eos ⁊ iuit cretam ad thitum. ſed correctis corinthijs apl'us re uocat euʒ. Vocat autē zenam legiſperitum licet ⁊ apol lo eſſet valde doctus: qꝛ in iudaiſmo habuit hanc digni tatem. Ratio autē quare iſtos vult p̄mitti ⁊ non thitum eſt qꝛ thitus neceſſarius erat apud cretam ꝓpter epiſco

pātum.iſti autē non habebant aliquam curam. Et dicit
vt nihil illis deſit. Quaſi di. Si nō habes ꝓuideāt ſub-
diti tui. Et iō ſubiūgit. Sic diſcant veſtri ſcꝫ fideles ꝓ-
uidere ſicut faciūt iudei. Et dicit veſtri ſcꝫ ſubditi diſcāt
excellere iudeos ꝛ alios de aſia qui ſuis ṗdicatoribus ꝛ
indigentibus ꝓuident. Et dicit ad vſus neceſſarios id ē
in caſibus neceſſitatis.1.Ti.6. Habētes alimēta ꝛ qui-
bus tegamur his contenti ſimus. Ratio autēꝫ quare ṗ-
ſint:eſt vt nō ſint infructuoſi.1.Corin.9. Quis plantat
vineam ꝛ de fructu eius non edit ꝛc. Popul⁹ ḡ ſi eſt vt
vinea domini debet ferre fructū non ſolum ſpūalem:ſed
etiam temporalē vt exinde cultores ſuſtētent. alˀs eſſent
infructuoſi. Matth.7. Omnis arbor que non facit fru-
ctum bonum excidet.ꝛc. ¶ Deinde ſalutat eos ṗmo ex
parte alioꝝ. Secūdo rogat ꝙ ſalutent alios. Terio po-
nit ſuam. Quantū ad primum dicit. Salutant id eſt ſa-
lutem optant. Secundo cum dicit. Qui nos amant id ē
in fide chriſti exiſtentes:q̄a non eſt conuentio fidelis cuꝫ
infideli.2.paral.19. Impio prebes auxiliuꝫ ꝛ his q̄ ode-
rūt dn̄m amicitia iungeris. Uel qui nos amant in fide id
eſt fideli affectu Ecc.6. Amico fideli nulla eſt compara-
tio.ꝛc. ¶ Gratia dei ſcꝫ q̄ eſt ṗncipiū omniū bonoꝝ Ro.
3. Juſtificati gratis per gratiā ipſius ꝛc. Et dicit vobis:
qꝛ non ſcribit vni ꝓpter vtilitatem ipſius tm̄. ſed ꝓpter
totam eccleſiaꝫ. Deo gratias.

¶ Explicit explanatio deuotiſſima celici doctoꝝ ſanctiſ-
ſimi Thome aquinatis ordinis fratrum predicatorū ſuꝑ
epl̄a beatiſſimi Pauli apl̄i ad Titum.

## Incipit expoſitio eiuſdem angelici docto-
## ris ſancti Thome aquinenſis ordinis fra-
## truꝫ predicatorū ſuper epl̄a apoſtoli Pau-
## li ad Philemonē.

### Prologus

ſ Eruus ſiē
tibi fidelis ſit tibi quaſi anima
tua:ꝛc. Ecc̄.33. Oſtendit ſapi
ens tria circa dominum ꝛ ſer-
uum:ſcꝫ quid requirat ex par-
te ſui. Item qualis debet eſſe
affectus domini ad ſeruū. Itē
qualis vſus ſerui. Ex ṗte ſer-
ui requirit fidelitas in qua eſt
bonum ſerui.quia ꝛ qď eſt ꝛ omnia ſua debet dare dn̄o.
Math.24. Fidelis ſeruus ꝛ prudens ꝛc. Et dicit ſi eſt
fidelis:quia fidelitas apud paucos eſt.ꝓuer.20. Uirum
fidelem quis inueniet? Talis ergo ſeruus debet haberi
a domino ſicut amicus in affectu. Unde dicit. Sit tibi
ſicut anima tua. Hoc em̄ eſt ꝓpriū amicorū vt eorum aīa
vna ſit in nolendo ꝛ volendo Act.4. Multitudinis cre
dentium erat cor vnū et anima vna ꝛc. In quo datur in-
telligi ꝙ eſt quidā conſenſus inter dominū ꝛ ſeruū:quia
ſeruus fidelis tranſit in amicum. Uſus eius eſt vt tracte
tur vt frater.nam frater eſt ꝛ q̄tū ad generationē natu-
re:qꝛ eodem actore Job.31. Si contempſi ſubire iudiciū
cum ſeruo meo ꝛc. Malach.2. Nunquid nō vnus pater
omniū noſtrū?nunquid non deus vnus? Et q̄tum ad ge
nerationem gratie que eſt eadem Gal.3. Quicūqꝫ em̄ in
chriſto baptizati eſtis xp̄m induiſtis. nō eſt iudeus neqꝫ
grecus.non eſt ſeruus neqꝫ liber.nō ē maſculus neqꝫ fe
mina. omnes em̄ vos vnum eſtis in chriſto ieſu. Math.
23. Omnes vos fratres eſtis. Hec autē verba conueniūt
materie huius epiſtole. Sicut em̄ ſupra oſtendit qualit
ſpūales prelati habeāt ſe ad ſubditos:ſic hic qualiter tē-
porales dn̄i ad tēporales ſeruos. ꝛ quomō ſeru⁹ fidelis
quo ad dominū eius.

### Capitulum primū.

p Aulus vinctus chriſti ieſu ꝛ ti-
motheˀ frat:philemoni dilecto
adiutori nr̄o:ꝛ apie ſorori chariſ
ſime ꝛ archippo cōmilitōi nr̄o:ꝛ
eccleſie que ī domo tua eſt:gr̄a vobis ꝛ pax
a deo patre noſtro ꝛ domino ieſu xp̄o. Gra-
tias ago deo meo ſemper memoriam tui fa-
ciens in orationib⁹ meis audiens charitatē
tuam ꝛ fidem quam habes in domino ieſu
ꝛ in om̄es ſanctos:vt cōmunicatio fidei tue
euidens fiat in agnitione om̄is operis boni
in chriſto ieſu.gaudium em̄ magnuꝫ habui
ꝛ conſolationem in charitate tua:quia viſce
ra ſanctorum requieuerūt ꝑ te frater. Pro-
pter quod multam fiduciam habens in chri
ſto ieſu imperandi tibi quod ad rem perti-
net:ꝓpter charitatem magis.

Epiſtole occaſio ex hoc eſt. Apud em̄ coloſſenſes quidā
xp̄ianus magnus habuit quēdam ſeruū q̄ cū furto fugi-
ens romā ab apl̄o eſt baptizatus.ꝓ quo ꝛ ſcribit. Et pri
mo ponit ſalutatio. Secundo epl̄aris narratio. In ſalu-
tatione ṗmo ponit ꝑſonas ſalutantes. Secundo ſaluta-
tas. Tertio bona optata. Dicit ḡ Paulus qď eſt nomē
venerandū om̄ib⁹ fidelib⁹ q̄ ſunt docti ab eo. Uinctus.2
Ti.2. Laboro vſqꝫ ad vincula. Nam tunc vinctus erat
rome. Sed ieſu xp̄i.vbi oſtendit cauſa vinculoruꝫ. Lau
dabile em̄ valde eſt vinctū eſſe ꝓpter xp̄m.in hoc em̄ eſt
beatificādus. Matth.5. Beati q̄ ꝑſecutionē patiunt ꝓ-
pter iuſticiā ꝛc.1.Pe.4. Nemo veſtrū patiat quaſi ho-
micida aut fur:aut maledicus:aut alienoꝝ appetitor. ſi
autē vt chriſtian⁹ nō erubeſcat.glorificet a ūt deū in iſto
noīe Act.5. Ibant apl̄i ꝛc. ¶ Et timotheˀ frater. Frēs
ſunt q̄tum ad ꝑfectam fidē Phil.2. Neminē habeo tā
vnanimē q̄ ſincera affectione ꝓ vobis ſollicitus ſit. Ip̄m
aūt timotheū adiungit vt facilius impetret:qꝛ impoſſibi
le eſt preces multoꝝ non exaudiri. ¶ Deinde ponit ꝑſo-
nas ſalutatas. Et ṗmo ponit ꝑſona ṗncipalis ſalutata.
Secundo adiuncta. Item ṗmo ponit maritum ꝛ vxorē
qui dominiū domus habent quibus obligat ſeruus. Di
lectum dicit ꝓpter bona opera Jo.15. Hoc eſt preceptū
meū vt diligatis inuiceꝫ ꝛc. Adiutori qꝛ ſubminiſtrabat
ſanctis.ꝓuer.18. Frater qui iuuat a fratre quaſi ciuitas
firma. Secundo ponit perſona adiūcta cū dicit. Archip-
po comilitoni nr̄o qui ita erat potēs coloſſis ꝙ oēs chri-
ſtiani erant ſub vmbra eius. Et ideo inducit totam eccle
ſiam ibi.cuius erat epiſcopus.ſic ſcribens Col.vltimo.
Dicite archippo.vide miniſteriuꝫ quod accepiſti ꝛc. Et
dicit.archippo commilitoni:quia omnes prelati ſunt ſi-
cut ſpirituales milites eccleſie.2°.Corinth.10. Arma
militie noſtre non ſunt carnalia ꝛc. Et addit. Et eccleſie
ꝛc. Hos ſuperinducit vt moneant eum ad exaudiendū.
Bona optata exponunt vt conſuetum eſt. ¶ Deinde cū
dicit. Gratias ago ꝛc.ponit epl̄aris narratio. et ṗmo po
nitur gratiarūactio. Secūdo petitio ibi. Propter qď ꝛc.
Tertio concluſio ibi. Itaqꝫ frater ego ꝛc. Item ṗmo gra
tiarūactio ponit. Secundo materia actionis gratiarum.

ibi. Audiens ⁊c. Tertio cauſam ꝓpter quā deo gratias
agit ibi. Gaudiū eñi magnū ⁊c. Dicit ergo gratias ago
⁊c. Col. 3. Et grati eſtote Phil. 4. Cum gratiarūactio-
ne. Quaſi dicat. Ita ago gratias de preteritis: vt orem
tñ ꝓ futuris. Et ideo dicit. Semꝑ memoriā tui faciens.
⁊c. Phil. 1. Eo ꝙ habeā vos in corde ⁊ in vinculis me-
is ⁊c. Eſa. 49. Nunqd poteſt mulier obliuiſci infantem
ſuum ⁊c. ¶ Ponendo autē materiam gratiarūactionis
⁊ orōnis oſtendit qd ꝓ eo petēdo orat. Materia aūt hui⁹
erat neceſſaria ⁊ bona philemoni ⁊ charitas ⁊ fides. ſine
enim charitate nihil aliorum valet. ⁊ ꝑ eam omnia ha-
bentur. 1. Corin. 13. Si linguis hominū loquar ⁊c. Itē
ſine fide nullus deum amare poteſt: qꝛ non cognoſcit ve
re d ū. De ſpe autē mentionē non facit: qꝛ media eſt. ⁊
in his intelligit̄. Sed in quo habes fidem ⁊ charitatē?
In dño ieſu. 1. Corin. vltimo. Si quis nō amat dominū
noſtrū ieſum chriſtum anathema ſit ⁊c. Et hoc eſt neceſ
ſariū: qꝛ ex xp̄o dulcius dilecto deriuat̄ dilectio ad mē-
bra: qꝛ non diligit caput qui non diligit membra. 1. Io.
4. Qui non diligit fratrem ſuum quem videt: deū quē
non videt quō poteſt diligere ⁊c. Et in oēs ſanctos fi-
des innititur doctrine ꝓut eſt manifeſtata ꝑ xp̄m. qꝛ deū
nemo vidit vnꝙ̄. Io. 1. et. 14. Creditis in deum ⁊ in me
credite. Et ideo ꝑ fidem habemus chriſtum. Sed ꝙ ad
ſanctos ꝑtinet poteſt intelligi dupliciter. Uno modo qꝛ
ex fide quam habent ad xp̄m ꝓceduut obſequia impen-
ſa ſanctis. Uel fides cōſiſtit in diuinitate p̄ncipalit̄ ꝓut
eſt annūciata ꝑ xp̄m. ſed non ſolum ꝑ chriſtū: ſed etiam
ꝑ ſanctos. Matth. vltimo. Euntes ergo docete omnes
gentes ⁊c. Debem⁹ ergo credere nō ſolū dicta ꝑ chriſtū
ſed etiam ꝑ ſanctos Heb. 2. Que cū initium accepiſſet
enarrari ꝑ dñm ab eis qui audierunt in nos cōfirmata ē.
¶ Ut cōmunicatio fidei ⁊c. hoc ꝯtinuat̄ dupliciter. Uno
enim modo vt ſit ſignū. Et eſt ſenſus vt cōmunicatio ⁊c.
id eſt tanta eſt charitas tua. vt cōmunicatio fidei tue ⁊c.
Uel aliter. Gratias ago ⁊ memoriā ⁊c. vt ſcꝫ oſtendat
quid ꝓ eo petat orando. Et poteſt intelligi cōmunicatio
fidei dupliciter. Uel qꝛ in fide cōmunicabat cum omni-
bus ſanctis non habens aliam fidem nouā vt heretici. 1
Corin. 1. Idipſum dicatis omnes ⁊c. Uel cōmunicatio
qua bona cōmunicas ſanctis ꝓcedens ex fide. 1. Ti. vl-
timo. Diuitibus huius ſeculi precipe nō alta ſapere nec
ſꝑare in incerto diuitiarū. ſed in deo viuo q̄ p̄ſtat nobis.
⁊c. ¶ Euidens fiat id eſt vt bonū latens in corde euidēs
fiat ꝑ bona opera. ¶ In agnitione oīs boni ſcꝫ quod a
te fit. Et hoc ī ieſu xp̄o. i. ꝓ ieſu xp̄o. Iac. 2. Oñde mihi
fidē tuā ſine operib⁹. ⁊ ego tibi oſtendā ex operibus fidē
meā ⁊c. Uel aliter. Multa ſunt opera in mundo q̄ ſunt
bona hominibus. ⁊ tamē deo non ſunt bona. qꝛ non re-
cte fiunt. Puer. 14. Eſt via que videt̄ homini recta. no-
uiſſima autē eius deducūt ad mortē ⁊c. Ecc. 8. Uidi im
pios ſepultos q̄ etiā cū adhuc viuerēt in loco ſancto erāt
⁊ laudabant̄ in ciuitate quaſi iuſtorū operū. Sed hoc ma
nifeſtat̄ ꝑ fidem rectam qñ conſequit̄ premiū a deo q̄ nō
remunerat niſi recta. Et ideo dicit. In agnitiōe id eſt vt
hoc euidens fiat ꝙ cognoſcas oē bonū. Uel ꝙ cogno
ſcatur in te oē bonum qđ eſt fruitio diuinitatis. Exo.
33. Oſtendā tibi oē bonum. Sap. 7. Uenerunt mihi
omnia bona pariter cū illa ⁊c. ¶ Cauſa autē ꝓpter quā
gratias agit eſt gaudium. Et ideo dicit. Gaudiū eñi ma-
gnū ⁊c. 3. Io. ca. vnico. Maiorē horū gratiā nō habeo:
ꝙ̄ vt audiā filios meos ī veritate ambulare. Hoc ei gau
diū alleuiabat p̄ſſuras ſuas. Unde addit. Et ꝯſolatiōeꝫ
⁊c. pſ. Scđm multitudinē dolorū meorꝫ in corde meo
conſolationes tue letificauerunt animā meā. Cuius ra-
tionē aſſignat dicens: Quia viſcera ⁊c. Col. 3. Indui-
te vos ergo ſicut electi dei ſancti ⁊ dilecti viſcera miſeri-
cordie benignitatē ⁊c. 3. Io. c. vnico. Chariſſime fideli-
ter agis quicq̄d operaris in fratres ⁊ hoc in peregrinos
⁊c. ¶ Deinde cum dicit. Propter quod ⁊c. ponit̄ peti-
tio. ⁊ p̄mo fiducia petendi. Secūdo ipſa petitio ibi. Ob
ſecro ⁊c. Tertio ei⁹ ratio ibi. Forſitan ⁊c. Dicit ḡ. Pro
pter qđ id eſt qꝛ ſic abundas charitate multā fiduciā ⁊c
Non ex me ſed ex auctoritate ieſu chriſti in cuius fide te
genui. Et ideo poſſū tibi imꝑare vt pater: ſed qđ ad rē
ſcꝫ tuam ꝑtinet vel cōmunē. alꝛs prelatus non habet po-
teſtatem imperandi ſibi quicꝙ̄ niſi qđ vel eſt ad eius vti-
litatem vel eccleſie vel bonorum morum xp̄iane religio-
nis. Tamē magis obſecro Puer. 18. Cum obſecrationi-
bus loquit̄ pauper ⁊c. Et quare? Certe cum ſis talis ⁊c.
ſunt duo ꝓpter que q̄s debet obſecrari ſcꝫ etas ſenectutꝭ
1. Ti. 4. Seniorē ne increpaueris: ſꝫ obſecra vt prēꝫ ⁊c
Item honeſtas virtutis. vbi eñi nō delinq̄mus pares ſu
mus. Ecc. 32. Rectorē te poſuerūt noli extolli. eſto in il
lis q̄ſi vnus ex ipſis. Dicit ḡ. Cū ſis talis ⁊c. Quaſi di-
cat. Si eſſes puer p̄ciperē tibi hoc: ſed tu es ſenex. Item
ſi leuis ſed talis es vite ꝙ es mihi ſimilis. Non ꝙ talis
⁊ tantus ſit ſimpliciter: ſed aliquo mō ſimilis. qđ dicit ex
ſua humilitate Ro. 12. Honore inuicē p̄uenietes. Ori-
genes. Paulus diu vixit in fide. Conuerſus eñi adole-
ſcens nūc dicit vt ſenex. Origenes. Raro vtilis doctor
inuenit̄ in eccleſia quin ſit longeuus. Exemplum de pe-
tro ⁊ Paulo.

## Lectio ſecunda.

Bſecro cum ſis talis vt Paulus
o ſenex: nunc autem ⁊ vinctus ieſu
chriſti. obſecro te ꝓ meo filio quē
genui in vinculis oneſimo qui tibi aliquā-
do inutilis fuit: nunc autē ⁊ mihi ⁊ tibi vti-
lis quem remiſi tibi. Tu autē illum vt mea
viſcera ſuſcipe. Quem ego volueram mecū
detinere: vt pro te mihi miniſtraret in vin-
culis euangelij. Sine conſilio autem tuo ni
hil volui facere: vti ne velut ex neceſſitate
bonum tuum eſſet: ſed voluntarium. Forſ-
ſitan enim ideo diſceſſit ad horam ad te: vt
in eternū illum recipies: iam non vt ſeruū
ſed pro ſeruo chariſſimū fratrem: maxime
mihi. Quanto autē magis tibi: ⁊ in carne ⁊
in domino. Si ergo habes me ſociū: ſuſcipe
illum ſicut me. Si autem aliquid nocuit ti-
bi aut debet: hoc mihi imputa. Ego Pau-
lus ſcripſi mea manu. ego reddam vt nō di
cam tibi ꝙ ⁊ teipſum mihi debes. Ita fra-
ter ego te fruar in domio: refice viſcera mea
in chriſto. Confidens in obedientia tua ſcri
pſi tibi: ſciens quoniā ⁊ ſuꝑ illud qđ dico fa
cies. Simul ⁊ para mihi hoſpitiū: nam ſpe-
ro per orationes veſtras donari me vobis.
Salutat te epaphras concaptiuus meus in
chriſto ieſu: marcus: ariſtarchus: demas: et
lucas adiutores mei. Gratia dñi noſtri ieſu
chriſti cum ſpiritu veſtro Amen.

Poſita fiducia apl̄i de bonitate philemonis: ponit hic ſuã petitionē. Et p̄mo oſtēdit perſonã ꝓ qua petit. Secundo ex hoc petitionem concludit ibi. Tu autē illū ꝛc. Circa p̄mū duo facit. qꝛ p̄mo deſcribēdo ꝑſonã oñdit eã ſibi acceptam ex ſpūali generatione. Secundo ex moruꝫ mutatione. Dicit ergo. Vere ſum exaudiendus: qꝛ petitio continet honeſtatē ⁊ pietatem ꝓ meo filio honeſtiſſimo de quo eſt preſens mea ſollicitudo. Et acquirens filium tempore defectus, magis eum diligit vt ſenes filios in ſenectute genitos. Gen̄. 37. Iſrael autē diligebat ioſeph ſuper om̄es filios ſuos eo ꝙ in ſenectute genuiſſet eum. Hunc autē genuit in vinculis. Secundo eſt mutatio in moribus. Si em̄ in peccato perſeueraſſet nō fuiſſet dignus venia. Et nota ꝙ minus dicit ⁊ plus ſignificat. Docet em̄ tullius ꝙ quis factum ſuū debet attenuare quantū poteſt. Sic apl̄us leuiter de culpa huius loq̄tur dicens: Inutilis id eſt nociuus in ſubtrahendo res tuas. nunc autē conuerſus a malo ad ſtatum virtutis vtilis eſt ad ſeruitiū dei ⁊ hominū. 2. Ti. 2. Si quis ẽ emūdauerit ſe ab iſtis erit vas in honorem ſanctificatum ꝛc. ꝓuer. 25. Aufer rubiginem de argento. ⁊ egredietᷓ vas puriſſimū. ¶ Deinde cum dicit. Tu autē illū ꝛc. ponit petitionē ſuam. Et p̄mo ponitᷓ petitio. Secūdo reſpondet queſtioni ibi. Quem ego ꝛc. Dicit ergo. Tu ergo illum ꝛc. Et hoc ideo: qꝛ vidi eum emendatū cuius ſignū eſt qꝛ eum remiſi tibi. Contra. deutᷓ. 23. Non trades ſeruum domino ſuo: qui ad te confugerit ꝛc̄. Reſpondeo verum eſt qñ domin⁹ querit eum ad mortem. ⁊ ideo dicit. Tu autē ꝛc. Phil̄. 1. Eo ꝙ habeam vos in corde et in vinculis meis ⁊ in defenſione ꝛc. Et reſpondet queſtioni. qꝛ poſſet dicere. Si ē vtilis tibi quare nō retines eum ad mortem? Ideo dicit que eſt cauſa mittendi euꝫ. Primo autē oſtendit ꝓpoſitū retinendi eum. Secundo quare deſiſtit a ꝓpoſito ibi. Sine conſilio aūt tuo ꝛc. Dicit ẽ philemoni q̄ licet eſſet magnus: tñ apoſtolo ſolitus erat miniſtrare Matth. 20. Quicūq; voluerit inter vos maior fieri ſit veſter miniſter ꝛc. Vnde ex hac fiducia ꝓpoſuit eum tenere vt loco eius ſibi miniſtraret quod erat maxime neceſſariuꝫ qñ erat in vinculis ꝓpter xp̄m. Eſt em̄ ꝓuidendū qñ quis patitᷓ ꝓ dño ſuo. Ratio aūt quare deſtitit eſt quia noluit vti re aliena ignorante domio. Vnde dicit. Sine conſilio ꝛc. Quaſi dicat. Si retinuiſſem eum iam placeret tibi non valenti reſiſtere ⁊ eſſet q̄dam coactio. Sed magis volui ꝙ volūtarie fieret. Exo. 25. Ab om̄i homine qui offert vltroneus accipietis eas ſcꝫ p̄mitias. 2. Corin. 9. Non ex triſticia aut ex neceſſitate hylarem em̄ datorem diligit deus. ¶ Deinde cum dicit. Forſitan em̄ ꝛc. ponit rationem quare debet eum recipere benigne. Et p̄mo ex parte dei. Secundo ex parte ipſius apoſtoli ibi. Si ergo habes ꝛc. Tertio ex parte ipſius philemonis ibi. Confidēs ꝛc. Ex parte dei: qꝛ ſepe dei ꝓuidentia id qꝺ videtᷓ maluꝫ ꝑmittit fieri: vt exinde ſequatᷓ bonum. vt patet de Ioſeph vendito vt liberaret egyptum ⁊ familiã patris. Gen̄. 45. Pro ſalute em̄ veſtra miſit me deus ante vos ꝛc. Et dicit forſitan: qꝛ incōprehēſibilia ſunt dei iudicia Ro. 11. Et dicit ꝓ ſeruo id ē loco ſerui Matth. 23. Omnes autē vos fratres eſtis. Et non ſolum tibi ſed mihi in compatione ad deum licet ſit fili⁹ miniſterio: q̄to magꝭ tibi ⁊ ī carne ⁊ in dño. qꝺ dupliciter poteſt exponi. Vno modo ꝙ referatᷓ ad primã origimem diuine creationis. ⁊ ſic eſt frater. Deutᷓ. 32. Nonne ipſe eſt pater tuus qui poſſedit ⁊ fecit ⁊ creauit te Mal̄. 2. Nunq̄d non pater vnus omniū noſtrū: nunq̄d non de⁹ vnus creauit nos. Item in deo ꝑ fidem. Vel magis erat in bonum philemoni: qꝛ affinis eius ſm̄ carnem. qꝛ ſm̄ eam erat ſeruus eius, qꝛ hoc totum qꝺ erat ei carnaliter: erat ſuum. Vnde duplici ratione q̄s mouetᷓ ex charitate. ſcꝫ ex amore ſm̄ carnis originē ⁊ ex amore ſpūali. ¶ Ex parte autē apoſtoli primo allegat ſuam amicitiã ſub cuius obtentu vult eum ſuſcipi. Secundo fideiubet ꝓ eo de damno. Tertio oſtendit receptionis officiū. Secūdū ibi. Si autē aliq̄d ꝛc. Tertiū ibi. Itaq; frater ꝛc. Dicit ergo. Si ergo ꝛc̄. i. Io. 1. Si autē in luce ambulam⁹ ſicut ⁊ ipſe eſt in luce ſocietatem habemus ad inuicem ꝛc. Et dicit. Sicut ⁊ me quia iunctus eſt mihi. Matth. 10. Qui vos recipit me recipit ꝛc. ¶ Scđo autē obligat ſe ꝓ eo ſatiſfacturū ꝓ damno. Dicit ergo ſi aliquid nocuit ſcꝫ dimittens ſeruitiū tuum hoc mihi imputa. Quaſi dicat. Ego ſatiſfaciam. Gal̄. vltimo. Alter alterius onera portate ꝛc. Et plus. qꝛ p̄mo ꝓmittit ſe ſoluturum. Secūdo oſtendit euꝫ eſſe debitorē ad hoc nō neceſſitatis: ſꝫ voluntatis. Dicit ergo. Ego paulus ꝛc. Quaſi dicat vt vt certus ſis de reſtitutione ſcribo manu mea. Et hoc nō ē neceſſitatis: qꝛ tu debes mihi teipſum quē erui a morte et̄na. Et talis debet ſe liberatori. Tob. 9. Si meipſuꝫ tradam tibi ſeruum non ero condignus ꝓuidentie tue. Et ſubiūgit dicens. Itaq; frater ego te ꝛc̄. Quaſi dicat. ſi vis me habere ſociū ſuſcipe eum ⁊ ego ita fruar te frater id eſt ſi impleueris voluntatem meam gaudijs. Naꝫ frui eſt vti fructu. ⁊ ſicut ē vti ad vtile: ſic frui ad fructū Importat autē fructus dulcedinem. Can̄. 2. Et fructus eius dulcis gutturi meo. Item finem qꝛ vltimū de arbore eſt fruct⁹. Et ideo ꝓprie eſt habere aliquid vt delectabile ⁊ finale. Et inde eſt ꝙ dicit augu. Fruimur cognitis in quibus voluntas delectatᷓ ꝓpter dulcedinem. Itē frui eſt alicui inherere ꝓpter ſe. Aliquando ergo accipiuntur frui ⁊ vti cōmuniter ꝓut important delectationē abſq; contrario. Ecc̄. 8. Fruere magnatis ſine q̄rela. Dicit ergo. Sic fruar qꝛ in nullo mihi contrarius es. Et ſi in hoc mihi ſatiſfacis nihil erit in corde meo de te quod contriſtet me. ⁊ ſic delectabis me. Si aūt accipitᷓ frui ꝓut finale quid eſt: ſic non eſt fruendū hoīe: ſed ſolo deo. Contra qꝺ eſt illud ſap̄. 2. Fruamur bonis q̄ ſunt. ⁊ vtamur creatura tanq̄ in iuuentute celeriter ꝛc. Vnde iſte addit in dño: id eſt fruar in te delectatione dei gaudens de bono diuino in te. quia eius act⁹ eſt dilectio ⁊ fruitio effectus ſcꝫ charitatis. Ideo addit. In hoc refice viſcera mea. Reficitur em̄ homo ſpūaliter quādo ſatiſſit deſiderijs anime ſue. Ac ſi dicat. Imple deſideria intima cordis mei. ⁊ non in malis: ſed in chriſto. Et ideo bona eſt impletio deſiderij. ¶ Deinde cum dicit. Confidens ꝛc. ſumitᷓ ratio ex parte philemonis ⁊ eſt ex cōmendatione obedientie eius. Et p̄mo oſtendit quō confidit de obedientia eius. Secūdo iniungit ei aliud ſimile. Dicit ergo. Confidens ꝛc. 2. Corin. 7. Gaudeo ꝙ in omnib⁹ confido in vobis. 1. Reg. 15. Melior eſt obediētia q̄ victime ꝛc. Sed plus caute ſcribit. qꝛ homo magis exaudit aliquem quādo ſperat iterum ipſum viſurū q̄ ſi deſperat. Et ideo dicit. Simul ꝛc. Solit⁹ em̄ erat cum eſſet coloſſis hoſpitari in domo ſua. Chryſoſtomus. Iocundū verbum vt homo pauper diuiti mandet vltra tot terrarum ſpacia per epiſtolam p̄parationeꝫ hoſpicij. Quid em̄ ꝓ co parandum erat. qui pane et vili pulmento contentus erat? Dicendum ergo ꝙ non propter hoſpicij preparationem. ſed ad inſinuandaꝫ familiaritatem ⁊ dilectionem hoc dicit ⁊ magis ꝑ hoc ꝓuocat euꝫ ad obediendū. Hec ille. Non ergo hoc apl̄us dixit ꝓpter apparatum exteriorem. ſed ad deuotionē eius. ¶ Nã ſpero ꝛc. Contra nū q̄ fuit eis redditus. ſed rome eſt mortuus. ergo ſpes ei⁹ defecit. Reſpondeo duplex eſt ſpes iuſti: ſcꝫ p̄ncipalis ad ꝓprium bonum. Et in hoc nunq̄ deficit ꝓ ſe. Alia ē ſecundaria ſcꝫ ꝓbatio aliorum. ⁊ in hoc q̄n̄q; deficit: qꝛ

merita illoꝝ contrariant ſicut iuſti qñqꝫ nõ exaudiuntur pꝛo alijs. Sed nunquid fuit decept⁹ de ſua fiducia? Di‑cendum eſt ꝙ futura ſcire eſt ſoli⁹ dei non autẽ in cognitione humana niſi pꝛophetica. Et null⁹ ꝓphetaꝝ ſciuit omnia futura de ſeipſo niſi ſolus xp̃s qui nõ habuit ſpiritũſanctũ ad menſurã. Sic yſaac magnus pꝛopheta fuit deceptus in Jacob. Unde nõ eſt mirũ de aplo ſi neſciret. ¶ Tunc terminat epiſtolã in ſalutationeꝫ. et pmo ex parte alioꝝ. Secũdo ex pte ſua. Dicit ergo Salutãt ꝛc. De his omnibus habet col. 4. Sed dubitat de hoc qđ dicit Demas ꝛc. Quomodo poteſt hoc eſſe. qꝛ dicit. 2. thy vlti. Demas dereliquit me diligens hoc ſeculum. Quõ ğ vtit nomine eius. Dicendũ eſt ꝙ iã redierat ad eum. Sed nec hoc videtur. qꝛ hec epiſtola pceſſerat ſecũdã eplaꝫ ad thi. qꝛ hic dicit Spero ꝛc. ibi pnunciat moꝛtẽ ſuã dicẽs: Et tẽp⁹ mee reſolutionis inſtat ꝛc. Et ideo dicendũ eſt ꝙ paulus fuit rome fere nouẽ ãnis et hec fuit facta in pꝛincipio. Secũda vero ad thimo. in fine vite ſue et tunc demas attediatus ex longis vinculis dimiſit eũ. Et eple pauli nõ oꝛdinant ſm tẽpus. qꝛ eple ad coꝝ. fuerunt ante eplam ad romanos. et hec fuit ante vltimã ad thimo. Et premittit illa ꝑpt materiã qꝛ de dignioꝛi. Salutatio ſua eadẽ eſt cũ ſecũda ad thi. Deo grãs Amẽ

Explicit deuotiſſima expoſitio ſctiſſimi doctoꝛis Thome de aquino oꝛdinis fratrũ pꝛedicatoꝝ ſup eplã gloꝛioſi gentiũ apli ſancti Pauli ad Philemonẽ.

## Incipit pꝛofũdiſſima ac mirabilis explanatio eiuſdem angelici doctoꝛis ſanctiſſimi Thome aquinatis oꝛdinis fratrũ pꝛedicatoꝝ ſup eplã eiuſdẽ beatiſſimi toti⁹ oꝛb apoſtoli pauli ad hebꝛeos.

### Pꝛologus.

Non eſt ſimilis tui in dijs dñe et nõ ẽ ſm opera tua. pš. In xbis iſtis exꝑmit xp̃i excellẽtia q̃tũ ad duo. Et pꝛimo q̃tũ ad cõparationẽ ad alios deos cũ dicit. Non eſt ſimilis tui in dijs domine. Secundo ꝑ comparationẽ ad effect⁹ cũ dicit: Et nõ eſt ſm opera tua. Circa primũ ſciendum eſt ꝙ licet ſit tm̃ vnus de⁹ naturalit: tñ ꝑticipatiue et in celo ꝛ in terra ſunt dij multi. 1. coꝝ. 8. Sunt quidẽ dij mlti et domini multi. Dicunt em̃ angeli dij. Nam Job. 1. ꝛ 2. dicuntur filij dei. Jtẽ Exod. 7. Conſtitui te deuꝫ pharaonis: dicit ad moyſen. Jtẽ ad ſacerdotes Exod. 22. Dijs non detrahes. Jtẽ ibi Si latet fur. domin⁹ dom⁹ applicabit ad deos. Angeli autẽ dicunt dij pꝛopt abundantiſſimaꝫ refulgentiã diuine claritatis Job. 25. Super quẽ nõ fulget lumen illi⁹. Xp̃s ergo multomagis eſt deus qui eſt ſplendoꝛ gl'ie vt dicit infra. 1. Ephe. 1. Conſtituẽs eum ad dexterã ſuã in celeſtibus ſupꝛa omnẽ pꝛincipatũ ꝛc. Pꝛophete vero dicuntur dij. quia ad ipſos ſermo dei factus eſt Joh. 10. Ergo multo excellẽtius eſt deus xp̃s q̃ eſt verbũ dei. Joh. 1. Sacerdotes vero dicunt dij. qꝛ dei miſtri Eſa. 61. Uos ſacerdotes dñi vocabimini. Sꝫ xp̃s multo foꝛtius qui nõ eſt miniſter: ſed dñs vniuerſoꝛum. Heſter. 14. Jtẽ apoc. 19. Dñs dominãtiũ. Et ĩfra tertio Tanq̃ dñs in omni domo ſua. Xp̃s ergo: deus magnus ſuper omnes deos. qꝛ ſplendoꝛ. qꝛ verbũ. qꝛ dñs eſt. Secundo manifeſtat hec excellẽtia per effectus. Eſt autem triplex op⁹ excellẽs xp̃i. Unũ qđ ſe extẽdit ad totã creaturã Joh. 1. Omnia per ipſum facta ſunt. Aliud quideꝫ tantũ ad creaturã rationalẽ que per xp̃m illuminat Jo. 1. Erat lux vera ꝛc. Tertiũ qđ tm̃ ad ſanctos qui per ipꝫ per gratiã viuificantẽ viuificant ꝛ iuſtificant. Hijs enim tribus modis non poſſunt operari dij predicti. Angeli em̃ non ſunt creatoꝛes. pš. Qui facis angelos tuos ſpiritus ꝛc. Pꝛophete etiã ſunt illuminati nõ illuminãtes Joh. 1. Non erat ille lux ꝛc. Sacerdotes etiã nõ iuſtificabant. infra. 10. Jmpoſſibile eſt em̃ ſanguine hyrcoꝛuꝫ et thauroꝝ auferri peccata. Sic ğ manifeſte in verbis iſtis demonſtratur xp̃i excellentia. et hec eſt materia hui⁹ epiſtole ad hebꝛeos que ab alijs diſtinguit. quia in quibuſdam epiſtolis agitur de gratia noui teſtamẽti quantũ ad totũ coꝛpus miſticũ eccl'ie. et hoc in omnib⁹ eplis q̃s mittit eccleſijs. In quibuſdã vero quantũ ad mẽbꝛa pꝛincipalia ſicut in his quas mittit ſingularibus perſonis. In iſta vero cõmendat ipam gratiã q̃tuꝫ ad caput ſcꝫ xp̃m. In coꝛpoꝛe em̃ eccl'ie iſta tria reperiunt ſicut et in coꝛpoꝛe naturali. ſcꝫ ipm coꝛpus miſticũ mẽbꝛa pꝛincipalia. ſ. pꝛelati et maioꝛes. et caput a quo vita fluit in toto coꝛpoꝛe ſcꝫ xp̃s. ¶ Sed ſciendũ eſt ꝙ ante ſynodũ nicenã quidam dubitauerunt an iſta epla eſſet pauli. Et ꝙ non ꝓbant duobus argumentis. Unũ eſt. quia non tenet hũc modũ quẽ in alijs eplis. Non em̃ premittit hic nec ſalutationẽ: nec nomẽ ſuũ. Aliud eſt. qꝛ nõ ſapit ſtilũ aliarũ immo habet elegantioꝛẽ: nec eſt aliqua ſcriptura que ſic oꝛdinate ꝓcedat in oꝛdine verboꝝ et in ſententijs ſicut iſta Unde dicebant ipam eſſe vl' luce euangeliſte. vl' barnabe. vel clementis pape ꝛ martyris. Jpſe enim ſcripſit athenienſibus quaſi per omnia ſm ſtilũ iſtum. Sed antiqui doctoꝛes pꝛecipue dyoniſius et aliqui alij accipiunt verba huius eple ꝓ teſtimonijs pauli. Et Hieronymus illã inter eplas pauli recipit. ¶ Ad pꝛimũ ergo dicendũ eſt ꝙ triplex ratio fuit quare non poſuit nomẽ ſuũ. Una eſt quia non erat apl's iudeoꝝ ſed gentium Gal. 2. Qui operatus eſt petro in apoſtolatũ ꝛc. ꝛ ideo non fecit mentionẽ de apoſtolatu ſuo in in pꝛincipio huius eple. Secũda quia nomẽ ſuũ iudeis erat odioſum. vt patet Act. 22 et ipſum tacuit ne ſaluberrima doctrina huius epiſtole abijceretur. Tertia quia iudeus erat. Hebꝛei ſunt ꝛ ego 2. coꝝ. 11. Et domeſtici non bene ſuſtinent excellentiã ſuoꝛũ. Nõ eſt ꝓpheta ſine honoꝛe niſi in patria ſua ꝛ in domo ſua Mat. 13. ¶ Ad argumẽtũ ſecũdũ dicẽdũ ẽ ꝙ ideo eſt elegãtioꝛ i ſtilo. qꝛ ꝛ ſi ſciebat omnẽ linguã. 1. coꝛ. 14 Omniũ vr̃m lingua loquoꝛ. tamẽ meli⁹ ſciebat hebꝛeaꝫ tanq̃ ſibi magis cõnaturalẽ in qua ſcripſit eplaꝫ iſtã. Et ideo magis oꝛnate potuit loq̃ in ydeomate ſuo q̃ in aliq̃ alio. Unde dicit. Et ſi iperit⁹ ſmõe ſꝫ nõ ſciẽtia. 2. coꝛ. 11. Lucas aũt q̃ fuit optim⁹ ꝓlocutoꝛ iſtũ oꝛnatũ trãſtulit de hebꝛeo in grecũ.

### Capitulũ pꝛimũ.

Multipharie mltiſqꝫ modis olim deus loquẽs patrib⁹ in ꝓphetis nouiſſime diebus iſtis locut⁹ eſt nobis in filio quẽ cõſtituit heredem vniuerſoꝝ: per quẽ fecit ꝛ ſecula.

Scripſit aũt eplaꝫ iſtã ꝯtra erroꝛes quoꝛũdã q̃ ex iudaiſmo ad fidẽ xp̃i ꝯuerſi volebãt ſuare legalia cũ euãgelio quaſi non ſufficeret grã xp̃i ad ſalutẽ. Unde ꝛ diuidit in duas ptes. Pꝛio em̃ mltiplicit cõmẽdat excellẽtiã xp̃i vt per hoc pꝛeferat nouũ teſtamẽtũ veteri. Secũdo agit de his per que mẽbꝛa iũgũt capiti. ſ. de fide. ĩfra. 11. ca.

ibi Eſt autē fides ⁊c. Intendit aūt oſtendere excellētiaꝫ
xp̄i ad vetus teſtamentū ꝙtum ad tres ꝑſonas ſolennes
in ip̄o veteri teſtamento ꝯtentas ſcꝫ angelos ꝑ quos lex
tradita eſt Gal.3. Ordinata per angelos ⁊c. Quantum
ad moyſen a quo vł per quē data eſt Joh.1. Lex ꝑ moy-
ſen data eſt. Et deutro.vl. Nō ſurrexit vltra ꝓpheta ⁊c.
Quantuꝫ ad ſacerdotiū per quod miniſtrabaṫ. infra.9.
In priori tabernaculo ſemꝑ introibāt ſacerdotes ſacriſi
cioꝝ officia conſumantes ⁊c. Unde p̄io prefert xp̄m an
gelis. ſecūdo moyſi. tertio cap̄. ibi. Unde fratres ⁊c. Sꝫ
tertio ſacerdotio veteris teſtamēti. 5. cap̄. ibi. Omīs pō
tifex ⁊c. Circa primū duo facit. qꝛ primo prefert xp̄m an-
gelis in iſto cap̄. Secundo concludit qualis reuerentia
exhibenda ſit noue legi. 2. cap̄. ibi Propter hoc abūdā-
tius ⁊c. Adhuc circa primū duo facit. qꝛ primo excellen-
tiam xp̄i oñdit. Secūdo probat ꝙ hoc veꝝ ſit de xp̄o. et
ſic angelos deficere ab illa excellētia ibi. Tanto melior
⁊c. Hoc aūt eſt in hac ep̄la ſingulare ꝙ ſingula verba ha
bent ordinē ſuū. Excellentiā vero xp̄i denotat ꝙtū ad q̄-
tuor. Primo ꝙtuꝫ ad proprietatē originis. Secūdo ꝙ-
tum ad magnitudinē dominationis ibi. Quē conſtituit
⁊c. Tertio ꝙtum ad virtutē operatiōis ibi. Per quē fe
cit ⁊c. Quarto ꝙtū ad ſublimitatē dignitatis ibi. Qui
cū ſit ſplendor glorie ⁊c. Quia vero intēdit cōmendare
xp̄m vt hoc redundet in nouo teſtamēto: ideo prefert no
uum teſtamentū veteri. Circa aūt vetus teſtamētū qnqꝫ
ponit. Primo modū tradendi. qꝛ multipharie multiſqꝫ
modis ⁊c. Secūdo tp̄s cū dicit Olim. Tertio actorē ſi-
ue datorē. quia deus. Quarto quibus ſit traditū. qꝛ pa-
tribus noſtris. Quinto quibus miniſtris. qꝛ in ꝓphetis
Dicit ergo Multipharie. et hoc ꝙtum ad diuiſionē q̄ at
tēdiṫ ꝙtū ad tria. Primo ꝙtū ad diuerſas ꝑſonas. quia
nō vni ꝑſone ſed pluribus. ſcꝫ abrae. noe. et ſic de alijs.
Secundo ꝙtū ad diuerſa tp̄a. et hoc totū ad eius certitu
dinē Un̄ Mat.20. Exijt primo mane et circa horā terti-
am ⁊c. Itē ꝙtum ad ea q̄ ibi oſtēſa ſunt. qꝛ diuina Exo.
3. Ego ſum qui ſum ⁊c. Itē euētus futuri Sap̄.8. Si-
gna et mōſtra ſcit anteꝙ fiant ⁊c. Itē ꝓmiſſiōes futuroꝝ
bonoꝝ ſaltē in figura Ecc̄.3. Plurima ſuꝑ ſenſuꝫ homi-
num monſtrata ſunt tibi ⁊c. Itē multipharie ꝙtū ad di-
uerſas figuras. qꝛ modo in figura leonis. modo in figu-
ra lapidis. ſicut danielis ſecundo Abſciſus eſt lapis de
monte ſine manibus. Job.11. Et ꝙ multiplex ſit lex oris
eius. ¶ Sequitur Multiſqꝫ modis. qđ refertur ad tria.
ſcꝫ ad diuerſa genera viſionū. ſcꝫ ad viſionē corporalem
ſicut danielis.5. Apparuerunt digiti quaſi manꝰ ſcribē
tis in pariete ⁊c. Aliquando aliquibꝰ per viſionē ymagi
nariam Eſa.6. Uidi dn̄m ſedentē ⁊c. Aliquibꝰ vero ap
parebat per viſionē intellectualē ſicut dauid. Unde de
iſtis diciṫ Oſee.12. Ego viſiones multiplicaui eis. Re-
fertur etiā ad diuerſos modos loquēdi. qꝛ aliq̄n plane lo
quebaṫ. aliq̄n vero obſcure. nec eſt aliq̄s modus loquen-
di quo ſcriptura veteris teſtamenti nō loquaṫ. ꝓuer.22.
Ecce deſcripſi eā tibi tripliciter in cogitationibus ⁊ ſcien
tia ⁊c. Tertio quia arguendo malos. alliciendo iuſtos.
inſtruendo ignorantes. 2. thim̄. tertio Omnis ſcriptura
diuinitꝰ inſpirata vtilis eſt ad docēdū. ad arguendū ⁊c.
¶ Secundo tāgit tēpus. qꝛ olim. id eſt nō ſubito qꝛ tam
magna erant que de xp̄o dicebanṫ ꝙ nō poterāt credi ni
ſi cū incremento tempoꝝ priꝰ didiciſſent Eſa.48. Prio
ra ex tunc annūciaui et ex ore meo exierunt: et audita feci
ea ⁊c. ¶ Tertio tangit auctorē. quia deꝰ qui loquiṫ. pſ̄.
Audiā quid loquaṫ in me dn̄s ⁊c. Hic aūt eſt qui nō mē
titur. Numeri.23. Non eſt deus quaſi homo vt mentiaṫ
Ex his aūt tribus cōmendat vetus teſtamentū ſcꝫ ab au
ctoritate. quia eſt a deo. A ſubtilitate et a ſublimitate. qꝛ
multipharie mł'tiſqꝫ modis. A firmitate. qꝛ oli. ¶ Quar
to oſtendit quibus traditū ſit. qꝛ patribus. Et ideo ē no-
bis familiare et acceptū. Acṫ.13. Annūciamus vobis eā
que ad patres noſtros facta eſt repromiſſio. Luc̄.1. Sic̄
locutus eſt ad patres noſtros ⁊c. ¶ Sed.5°. oſtendit q̇-
bus miniſtris. qꝛ nō ioculatoribus: ſed in ꝓphetis. id ē
per ꝓphetas. Ro.1. Quod ante ꝓmiſerat per ꝓphetas
⁊c. Acṫ.10. Huic omnes ꝓphete teſtimoniū perhibent
⁊c. ¶ Conſequenṫ cū dicit Nouiſſime ⁊c. Deſcribit do-
ctrinā noui teſtamenti et ponit quinqꝫ. quoꝝ quatuor
ſunt diuerſa a quatuor premiſſis vnum autem eſt idem
vtrobiqꝫ. Quod eīn dixerat Multipharie multiſqꝫ mo
Sicut ſupra dictū fuit lex vetus ex tribus habuit auctoritatē. ſcilicet ex angelo. ex moyſe. et ex aaron pontifice. Apoſtolus autē ſupra pretulit chriſtū actoreꝫ noui teſtamenti angelis per quos lex data fuit: hic intendit ipſum preferre moyſi qui fuit promlgator et quaſi legiſlator veteris teſtamenti. Et circa hoc facit duo. Primo em̄ prefert chriſtum moyſi. Secundo concludit ex hoc ꝙ ſit efficaciſſime obediendūꝫ chriſto ibi. Qua propter ſicut dicit ſpirituſſanctus ⁊c. Circa primū tria facit. primo premittit dignitatē xp̄i. Secundo oſtendit quid ſit commune chriſto ⁊ moyſi ibi. Qui fidelis eſt ei ⁊c. Tertio prefert chriſtum moyſi ibi. Amplioris autē glorie ⁊c. Circa primū duo facit. quia primo ponit conditionem eorū ad quos loquitur. Secundo conditionē eius de quo loquitur ibi. Conſiderate apoſtolū ⁊c. Illos autē ad quos loquit deſcribit tripliciter. Primo ex charitate. Unde dicit Fratres. quaſi diceret. qꝛ ex ſemine abrae fratres eſt ⁊ et chriſti inter vos adinuicē Matth.23. Om̄es vos fratres eſtis ⁊c. Item fratres xp̄i. ſupra.2. Non confundit eos vocare fratres. Hanc autē fraternitatem facit charitas. pſ̄. Ecce q̄ bonū ⁊ q̄ iocundū ⁊c. Secundo etiā deſcribit eos ex ſanctitate cū dicit Sancti. Et hoc propter ſacramentoꝝ perceptionē.1.corinth.6. ſed abluti eſtis: ſed ſanctificati eſtis ⁊c. Tertio deſcribit eos ex vocatione cum dicit Uocationis celeſtis participes. Iſta autem vocatio dupliciter poteſt intelligi celeſtis eſſe. Uel quia vocati ſunt ad celeſtia regna.1.theſ.2. Uocauit nos ad ſuū regnū ⁊ gloriā. Uel vocauit nos vocatione celeſti. qꝛ non humana adinuentione ſed celeſti gratia. Galath.1. Uocauit per gratiā ſuā Ro.8. Quos autē predeſtinauit hos ⁊ vocauit ⁊c. Eſa.41. Quis ſuſcitauit ab oriente iuſtum vocauit eum vt ſequeretur ſe? ¶ Conſequenť deſcribit illū de quo loquitur cum dicit. Cōſiderate ⁊c. infra.12. Aſpicientes in actorē fidei ⁊ conſummatorē ieſum ⁊c. Sed quem? Apoſtolum inquit et pontificē confeſſionis ⁊c. Apoſtolus em̄ in ſequentibus prefert chriſtum moyſi ⁊ aaron. ⁊ ideo aſcribit ei vtriuſq; dignitatē moyſi. ſcilicet qꝛ miſſus fuit a deo pſ̄. Miſit moyſes ſeruum ſuum. Aaron vero qui pontifex fuit. Exod.28. Applica quoq; ad te aaron ⁊c. Chriſtus autē excellenti⁹ miſſus fuit apoſtolus q̄ moyſes Exod.4. Obſecro domie mitte quem miſſurus es. Quaſi dicat Alium digniorēꝫ miſſurus es. Itē ipſe eſt pontifex ⁊ ſacerdos. pſ̄. Tu es ſacerdos in eternū ſm ordinē melchiſedech. Quaſi ergo premittit hic conditionē ſuam principalē dicens: Unde id eſt ergo fratres cōſiderate apoſtolū. Quaſi dicat. Pretermittatis conſiderare illū apoſtolum id eſt miſſuꝫ moyſen et pontificem aaron et conſiderate apoſtolum et pontificem confeſſionis noſtre. id eſt illum quem nos cōfitemur. Hoc em̄ eſt neceſſariū ad ſalutē vt confiteamur eum. Ro.10. Corde creditur ad iuſticiā: ore autē confeſſio fit ad ſalutem. Uel confeſſionis. id eſt ſacrificij ſpiritualis. Omnis em̄ ſacerdos ordinatur ad ſacrificia offerenda. Duplex autē eſt ſacrificium. ſcilicet corporale vel temporale. Et ad hoc inſtitutus fuit aaron. Aliud auteꝫ eſt ſacrificiū ſpirituale: quod eſt in fidei confeſſione. pſ̄. Sacrificiū laudis honorificabit me. Et ad iſtud ſacrificium inſtitutus eſt chriſtus: non ad thauros Eſa.1. Holocauſta arietū et adipē pinguiū ⁊ ſāguinē vituloꝝ ⁊ agnorum et hyrcoꝝ nolui. Et paulo poſt ibidē ſequiť. Ne offeratis vltra ſacrificiū fruſtra. ¶ Deinde cū dicit. Qui fidelis ⁊c. Cōparat xp̄m moyſi. De aaron infra facit mentionē ſpecialē. ⁊ ponit primo hic vt dictū eſt illď in quo conueniunt. ¶ Sciendū eſt autē ꝙ totū hoc qď hic dicitur de moyſe fundatur ſuper illud qď habetur Numeri 12°. vbi dominus oſtendit excellentiā moyſi poſtq̄ iurgati ſunt contra ipſum aaron ⁊ maria. vbi ponuntur hec verba que apoſtolus hic allegat. Ibi eniꝫ dicitur ſic. At non talis ſeruus meus moyſes qui in omni domo mea fidiliſſimus eſt. Hoc autem poteſt conuenire et chriſto et moyſi. De moyſe em̄ patet ex ipſa hiſtoria allegata. De chriſto etiā intelligitur. quia ipſe ſcďm ꝙ homo fidelis ē ei qui fecit eum. ſcilicet deo patri quem ſcďm humanitatem fecit Romanoꝝ.1. Qui factus eſt ei ex ſemine dauid ſcďm carnem. ſcďm em̄ ꝙ deus non eſt fact⁹ nec creatus ſed genitus. Fidelis autem fuit deo patri. quia gloriam eius querebat non ſuam Johannis.8. Ego gloriaꝫ

meam non quero. Et.7.dicitur. Qui querit gloriam
eius qui eum miſit hic verax eſt et iniuſticia in illo nõ eſt
Fidelis ergo eſt chriſtus ei qui fecit eũ ſicut moyſes. et
hoc in omni domo eius: que domus eſt vniuerſitas fide
lium de qua.pš. Domum tuam decet ſanctitudo domi-
ne ꝛc. ¶ Deinde cum dicit: Amplioris enim glorie ꝛc.
Prefert chriſtum moyſi ⁊ hoc quantuʒ ad duo. Primo
quantũ ad poteſtatẽ. Secundo quantũ ad conditionem.
ibi Et moyſes quidem ꝛc. Cõmendando autẽ chriſtum
cõmendat ipſum habuiſſe honoreʒ in omni domo. ſed ꝙ
chriſtus ipſum excellat oſtendit. Ubi primo ponit ratio-
nem. Secundo manifeſtat ibi Omnis nãq; domus ꝛc.
Ratio autẽ apoſtoli eſt ꝙ maior gloria debetur illi q̃ fe-
cit domũ q̃ illi qui eam inhabitat. chriſtus autẽ fabrica-
cauit domũ .pš. Tu fabricatus es aurorã ⁊ ſolẽ. ꝓuer.
9. Sapientia edificauit ſibi domum. id eſt eccleſiaʒ. Ipſe
enim xp̃s per quẽ gratia et veritas facta eſt tanq̃ legiſla
tor edificauit eccleſiam. Moyſes autẽ tanq̃ legis ꝓnun
ciator. ⁊ ideo ſolum vt pronunciatori debet̃ gloria moy-
ſi. Unde et reſplenduit facies ei⁹ de qua Exod.34.et.2.
corinthioꝝ.3. Ita vt non poſſent filij iſrael intendere in
faciem moyſi propter gloriam vultus eius. Continuat̃
ergo ſic littera. Tu dicis ꝙ chriſtus eſt fidelis ſicut moy
ſes. quare ergo dimittemus ne conſideremus? Certe q̃
amplioris glorie dignus eſt habitus pre moyſe. quanto
ampliorem gloriã habet dominus domus qui fecit illam
Quaſi dicat. ⁊ ſi moyſes multuʒ ſit honorabilis: tamen
chriſtus honorabilior eſt. ſicut fabricator domus. ⁊ ſicut
legiſlator principalis Job.36. Ecce deus excelſus in for
titudine ſua: et nullus ei ſimilis in legiſlatoribus. Si er
go debetur gloria moyſi: ampliori dignus eſt chriſtus. 2.
corinthioꝝ.3. Si miniſtratio damnationis in glora eſt:
multomagis miniſteriũ iuſticie erit in gloria. ¶ Conſe-
quenter probat minorem ſue rationis cuʒ dicit. Omnis
nanq; domus ꝛc. Minor auteʒ eſt ꝙ chriſtus fabricauit
domũ iſtã. et hoc probat primo. quia omnis domus in-
diget fabricatore. Secundo quia iſta domus de qua lo-
quitur a chriſto fabricata eſt ibi. Qui aũt oĩa ꝛc. Pri
mo ergo probat ꝙ iſta domus ſicut et quelibet alia indi-
get fabricatore. quia diuerſa non coniuguntur niſi ab ali
quo vno. ſicut patet de domo artificiali in qua ligna ⁊ la
pides ex quibus compoſita eſt vniuntur ab aliquo. Ag-
gregatio autẽ fideliũ que eſt in eccleſia: et domus dei ex
diuerſis collecta eſt. ſcilicet iudeis ⁊ gentib⁹: ſeruis ⁊ li-
beris. Et ideo eccleſia ſicut et omnis domus ab aliquo
vniente fabricatur. Huius rationis ponit tm̃ concluſiõʒ
ſupponens veritatẽ premiſſarũ ex facti euidentia. 1. Pe
tri.2. Ipſi tanq̃ lapides viui ſuꝑedificamini domos ſpi-
rituales ꝛc. Epheſ.2. Superedificati ſuper fundamen-
tum apoſtolorum et prophetaꝝ ꝛc. ¶ Deinde cum dicit
Qui autẽ creauit ꝛc. Probat ꝙ chriſtus ſit iſtius dom⁹
edificator. Deus eñ qui fecit omnia ꝛc. Et ſi hoc intelli-
gitur de toto mundo planũ eſt. pš. Ipſe dixit et facta ſũt
ꝛc. Eſt autẽ creatio ſpiritualis que fit per ſpirituʒ. pſal.
Emitte ſpiritũ tuũ et creabuntur. ⁊ renouabis faciẽ ꝛc.
Et hoc fit a deo per chriſtum Jaco.1. Uoluntarie genu-
it nos verbo veritatis: vt ſimus initiuʒ aliquod creature
eius Epheſ.2. Ipſius factura ſumus creati in chriſto ie
ſu in operibus bonis ꝛc. Deus ergo iſtam domũ ſcilicet
eccleſiã ex nihilo. ſcilicet de ſtatu peccati in ſtatuʒ gratie
creauit. ergo chriſtus per quẽ fecit omnia. ſupra.1. Per
quem fecit et ſecula Johannis.1. Omnia per ipſum fa-
cta ſunt: et ſine ipſo ꝛc. Eſt excellentior vtpote. quia ha-
bet poteſtatẽ factoris q̃ moyſes qui ſolum fuit pronun-
ciator. ¶ Deinde cũ dicit Et moyſes quidẽ ꝛc. Prefert
chriſtũ moyſi quantũ ad conditionẽ. ⁊ circa hoc duo fa-
cit. Primo eñ ponit rationem ſuam. Secundo manife-
ſtat eã ibi. Que domus ꝛc. Apoſtolus valde diligenter
notat verba illa ſcripta de moyſe. in quibus duo dicun-
tur de ipſo. Uocatur eñ ſeruus. vocatur etiã fidelis nõ
in domo propria: ſed in domo dei noſtri. Et quantuʒ ad
iſta duo prefert chriſtum moyſi. Primo enim oſtẽdit q̃d
conueniat moyſi. Secundo quid conueniat chriſto ibi.
Chriſtus vero tanq̃ filius ꝛc. Dicit ergo ꝙ moyſes fi-
delis erat tanquã ſeruus. id eſt ſicut fidelis diſpenſator.
Matthei.25. Euge ſerue bone et fidelis. quia in pauca
fuiſti fidelis: ſupra multa te conſtituam ꝛc. Chriſtus au
tem quodammodo ſeruus eſt. ſciliceʒ ſcd̃m carnẽ. Phil.
2. Formã ſerui accipiens. ſed moyſes fuit famul⁹ in ver-
bis dei proponendis filijs iſrael Ex quo patet. ꝙ q̃ erat
fidelis famul⁹. illa que dicebat ordinabant̃ ad aliud. ſci
licet ad chriſtum. Et hoc erat teſtimonium eoꝝ que di-
cenda erant. Johannis.5. Si crederetis moyſi crede-
retis forſitan et mihi. de me enim ille ſcripſit Actuũ
10. Huic omnes prophete teſtimoniũ perhibent. Quia
ergo erat famul⁹ ideo erat nõ in domo propria ſed in alie
na. Et quia ea que dicebat erant in teſtimoniũ eoꝝ q̃ di-
cenda erant de chriſto. ideo moyſes omniquaq; minor
eſt chriſto. ¶ Deinde cum dicit. Chriſtus vero ꝛc. oſten
dit quid conueniat chriſto. quia ſcilicet chriſtus non eſt
ſicut ſeruus: ſed ſicut filius in domo patris et per conſe-
quens ſua. quia heres naturalis. ſupra.1. Quem conſti
tuit heredem vniuerſorum ꝛc. Eccleſia enim eſt dom⁹
chriſti. prouerbi.14. Sapiens mulier edificat domum.
pš. Dominus dixit ad me filius meus es tu ꝛc. Matth.
3. Filius meus dilectus ꝛc. Eſt ergo non ſeruus ſed fili-
us et in domo ſua. ſed moyſes eſt ſeruus in domo aliena
Johannis.8. Filius manet ineternum. ¶ Deinde cũ di
cit: Que domus ꝛc. Oſtendit ꝙ iſta domus ſit ſua et q̃
ſit. Iſta eñ domus ſunt fideles et ſunt domus chriſti. q̃
credunt in chriſtũ.1.thimoth.3. In domo dei que eſt ec-
cleſia. Et etiam quia chriſtus habitat in ipſis Philip.3
Habitare xp̃m per fidem in cordibus veſtris. Hec ergo
domus. ſcilicet nos fideles ſumus. Ad hoc autem ꝙ ſi-
mus domus dei quattuor requiruntur circa domuʒ que
non ſunt in tabernaculo. Et iſta tangit apoſtolus. Pri-
mo ꝙ ſpes noſtra ⁊ fides ſit certa ⁊ permanens. taberna
culum autẽ et ſi ſit firmũ tamẽ cito moueri poteſt. Et ſi-
gnificat illos qui ad tempus credunt: et in tempore tem
ptationis recedunt. Et ideo dicit: Si retineamus fiduci
am. dictum eſt ſupra ꝙ fiducia eſt ſpes cum expectatiõe
firma opinione. 2. corinthioꝝ.3. Fiduciam talem habe-
mus per chriſtum ad deum. Secundo ꝙ ſit ordinate di-
ſpoſita. Et ideo dicit. Spei gloriã. id eſt ad gloriam dei
ordinate. ita ꝙ contẽptis alijs gloriemur in ſpe glorie.
Jerem.9. In hoc gloriẽt qui gloriatur ſcire et noſce me
Tertio ꝙ ſit pſeuerãs. Unde dicit Uſq; in finẽ Mat.10
Qui perſeuerauerit vſq; in finem hic ſaluus erit. Quar
to ꝙ ſit firma. vt ſcilicet nulla aduerſitate moueatur. Un
de dicit Firmã. infra.6. Confugimus ad tenendã propo
ſitam ſpem quã ſicẽ anchorã habem⁹ anime tutã ⁊ firmã.

## Lectio ſecunda.

q Ua propter ſicut dicit ſpirituſſanc-
tus. Hodie ſi voceʒ eius audieritis
nolite obdurare corda veſtra: ſicut
in exacerbatione ſcd̃m diem temptatiõis in
deſerto. Ubi temptauerunt me patres vr̃i

**ꝓbauerunt et viderunt opera mea quadraginta annis. Propter quod offenſus fui generationi huic: et dixi ſemqer hi errant corde. Ipſi autē non cognouerunt vias meas: quibus iuraui in irā mea: ſi introibunt in requiem meam.**

Supra probauit apoſtolus ꝙ xp̄s eſt maioris excellētie ꝙ moyſes: hic concludit ꝙ magis eſt obediendū chriſto Et hoc facit propter auctoritatē prophete dauid in .ps̄. Ubi tria facit. qꝛ prīo ꝓponit auctoritatē q̄ cōtinet quādam exhortationē. Secūdo exponit eam ibi Uidete fratres ⁊c. Tertio ex auctoritate et expoſitiōe arguit .4. ca. ibi Timeamus ergo fratres ⁊c. Circa primuꝫ tria facit. Primo em̄ inſinuat auctoritatē verboꝝ ſequentiū. Secundo ponit exhortationē que eſt in auctoritate ibi. Hodie ſi vocē eius ⁊c. Tertio ponit quandā ſimilitudinem ibi. Sicut in exacerbatiōe ⁊c. Auctoritas verboꝝ eſt ex hoc ꝙ non ſunt prolata humana adinuentione: ſed a ſpiritufancto. Unde dicit. Qua propter ſicut dicit ſpiritus ſanctus. Ipſe autē verba veteris teſtamenti allegat pro nouo ne credatur ꝙ tm̄ ſint referenda ad vetus teſtamentum. immo etiā ad nouū et ad aliud tempꝰ referri debēt. Et ſunt verba ſpiritusſancti. qꝛ vt dicitur .2. Pe .1. Nō humana voluntate allata eſt aliquando prophetia ſed ſpiritufancto inſpirati locuti ſunt ſancti dei homīes Ipſe em̄ dauid dicit .2. reg. 23. de ſeipſo. Spiritus domini locutus eſt per me. In hoc ergo oſtendit auctoritatē eē veram. quia ſcilicet eſt a ſpiritufancto contra manicheum. ¶ Deinde cū dicit. Hodie ſi vocē ⁊c. Pōit monitioneꝫ vbi facit tria. Primo em̄ deſcribit tempus cū dicit: Hodie. Secundo ſubdit beneficium ibi Si vocem eius ⁊c. Tertio ſubiungit monſtionē ſuam ibi Nolite obdurare ⁊c. Tempus eſt hodie ſcilicet tempus dei. Tempus em̄ legis veteris dicebatur nox. quia erat tempꝰ vmbre. infra .10. Umbram em̄ habens lex futuroꝝ bonoꝝ Sed tēpus noui teſtamenti. quia repellit vmbram noctis legis dicitur dies Ro .13. Abijciamus opera tenebrarū et induamur arma lucis ⁊c. Et in hac die exhibetur nobis beneficium. quia audimus vocē eius quod non erat in veteri teſtamento in quo audiebantur tm̄ verba prophetarum. ſupra .1. Olim deus loquens patribus in prophetis. nouiſſime vero diebus iſtis locutus eſt nobis in filio ⁊c. Eſa .52. Propter hoc ſciet populus meus nomē meum in die illa. qꝛ egoipſe qui loquebar ecce adſum. Canticoꝝ .2. Sonet vox tua in auribꝰ meis ⁊c. In hoc enim exhibetur nobis beneficiū tantū deſideratum Luce .19. In hac die tua que ad pacē tibi ⁊c. ¶ Si ergo tm̄ beneficiū ecce monitio. Nolite obdurare corda veſtra. Cor durum ſonat in malum. Durum eſt qđ non cedit ſed reſiſtit impellenti. Et ſic dicitur cor hominis durū quando non cedit diuine iuſſioni. Eccľ .3. Cor durū male habebit in nouiſſimo. Ro .2. Scđm duritiā tuā ⁊ cor tuū īpenitens theſaurizas tibi irā in die ire. Hec autē induratio ex duobus cauſatur. Ex vno quaſi negatiue. ſcilicet ex deo non apponente gratiā Ro .9. Cuius vult deus miſeretur et quē vult indurat. Ex alio vero poſitiue. et hoc modo indurat ſeipſum non obediendo deo et non aperiendo cor ſuum gratie Zacha .7. Cor ſuum poſuerunt vt adamantem ne audirent legem et verba que miſit dn̄s exercituū ſpiritu ſuo per manū prophetaꝝ prioꝝ. Nolite ergo obdurare corda vr̄a .i. nolite corda claudere ſpūiſcō. act .7 Uos ſemꝑ ſpūiſcō r̄ſtitiſtꝭ. ¶ Cōſeqnt̄ pōit ſimilitudīeꝫ cum dicit Sicut in exacerbatione ⁊c. Intentio autē apoſtoli eſt ex factis prioꝝ concludere per ſimilitudinēſuum propoſitū. quia vt dicitur Ro .15. Quecunqꝫ ſcripta ſūt ad noſtram doctrinā ſcripta ſunt. Facit autem duo circa hoc. quia primo proponit exemplū in generali ponendo culpam. Secundo in ſpeciali ibi. Ubi temptauerunt me patres veſtri ⁊c. Ut autē ſequamur expoſitionē apoſtoli oportet ponere in iſta lr̄a ſenſum qui conueniat expoſitiōi Legimꝰ autē inter alia duas culpas filioꝝ iſrael grauiſſime punitas. Una fuit inobedientia quā habuerūt in facto exploratorum de quo Numeri .13. ⁊ .14. Pro quo facto indignatus dn̄s voluit totū populū delere. Unde iurauit ꝙ nullus intraret terrā promiſſionis exceptis duobus ſcilicet Caleph. et Joſue. Iſtud autē vocat ſpecialiter exacerbationē. quia licet per alia peccata offendiſſent deum tamen per illud exacerbauerunt ipſum. quia ſicut fructus acerbus qui opponitur maturo non eſt aptus ad cibum ſic tunc ira dei fuxt inflexibiľ. Baruch .4. Exacerbaſtis eū qui fecit vos. Aliud peccatū fuit peccatū tēptationis. Frequent̄ em̄ temptauerunt deū. quia quandoqꝫ pro aqua. quandoqꝫ pro carnibus. quandoqꝫ vero ꝓ pane ita ꝙ decies temptauerunt ipſum. Poſſet autē aliq̄s putare ꝙ idem eſſet peccatū. exacerbatio et tēptatio. ita ꝙ vellet apoſtolus dicere. Nolite obdurare corda veſtra ſicut in exacerbatione que fuit in die temptationis. Sed hoc eſt contra expoſitionē apoſtoli. Sed dicenduꝫ eſt ſic Nolite obdurare corda veſtra ſicut in exacerbatiōe. ⁊ iterum ſicut in die tēptationis. ita ꝙ ſint duo peccata. Unde ps̄. Conuerſi ſunt et temptauerūt deū et ſanctū iſrael exacerbauerunt. ¶ Conſequenter proſequitur culpas in ſpeciali cum dicit. Ubi tēptauerunt me patres veſtri ⁊c. Et circa hoc duo facit. quia primo ponit peccatū temptationis. Secundo peccatū exacerbationis ibi Et dixi ſemper hij ⁊c. Circa primū tria facit. Primo em̄ ponit peccatū tēptationis. Secundo oſtendit eius grauitatem ibi Probauerunt ⁊c. Tertio ponit penā ibi Propter qđ offenſus fui. Dicit ergo Peccatū temptationis. quia ſcđm diem temptationis inquit in deſerto. Temptare autē eſt experimentū ſumere de re quam quis ignorat. Unde ꝙ quis temptat deum procedit ex infidelitate. Sed ſciēdū eſt ꝙ aliquando aliquis tēptat deum non cum intentione temptandi et experiendi. verūtamen ſe habet ad modum temptātis. Qui eniꝫ vtitur re ſua propter vtilitatē non temptat proprie. puta ſi aliquis fugiēs currat ſuper equum ſuum et ſi temptat: non tamē cum intentione tēptandi. Sed quando ad nihil vtile eſt quod facit. tūc tēptat. Item ſi aliquis exponat ſe alicui periculo compulſus neceſſitate ſub ſpe diuini auxilij non temptat deum Si autem ſine aliqua neceſſitate tūc temptat deū. Et ſic dicit ipſe Mat .4. Nō temptabis dominū deū tuū. quia neceſſitas nulla erat ꝙ mitteret ſe deorſum. Sic iſti temptauerunt dominum. quia dubitauerūt de poteſtate dei clamantes contra moyſen: ac ſi deus non poſſet eis dare cibum. ¶ Deinde ponitur grauitas culpe cū dicit: Probauerunt me ⁊c. Quanto eniꝫ aliquis maiora beneficia dei recipit et maiorē certitudinē diuine poteſtatis tanto grauius poſtmodum peccat. Iſti vero viderunt ſigna et prodigia in terra egypti. apertionē maris et alia miracula et tamen non ceſſauerunt Unde numeri .14. Homīes q̄ viderūt maieſtatē meā et ſigna q̄ feci in egypto ⁊ in ſolitudīe ⁊ tēptauerūt me iam ꝑ decē vices ⁊c. Et ideo dicit probauerūt. id ē expiri voluerūt. et viderūt. id eſt expertiſūt opa mea. id ē effectꝰ q̄ nō poterāt eſſe niſi virtutꝭ infinite eēt ille q̄ opa faciebat. Et hoc totū nō vno die: ſed 40. ānis q̄bꝰ. ſ. māſerūt ī deſto. qꝛ ſemꝑ habuerт māna ⁊ colūnā ignis ⁊ nub. vľ ꝓbauerт ⁊ viderт me qꝛ. ſ. ī nllo

defeci eis. Illud tñ qđ dicit q̄draginta annis ſm intentionem apoſtoli refertur ad priora: ſed ſm intentionē pſalmiſte refertur ad ſequentia: vt dicatur ꝙ offenſus vel infenſus eis fuit quadraginta annis. Et ſic habet lr̄a Hieronymi. ¶ Deinde cum dicit. Propter quod offenſus fui ⁊c̄. ponit pena peccati ⁊ eſt duplex lr̄a ſcʒ offenſus vł proximus: ⁊ idem eſt propter quod id ē propter peccatū fui offenſus id ē indignatus non ꝙ ira ſit in deo niſi ſimilitudinarie quia punit ſicut iratus. de qua pena frequenter habetur ⁊ in Exodo ⁊ in libro numeroꝝ. Sepe enim proſtrati ſunt. Unde p̊me Coꝝ. 10. agit de pena iſtiꝰ peccati. Uel proximus fui ſcʒ puniendo ip̄os. Quādo eniʒ dominus ſubuenit bonis ⁊ punit malos. tunc ē ꝓpe ipſos: ſed quando diſſimulat peccata hominū propter penitentiam ⁊ diſſimulat afflictionem iuſtorum vt creſcat ip̄orum meritum: tunc videtur eſſe longe. Job. 22. Nubes latibulum eius nec noſtra conſiderat ⁊ circa cardines celi perambulat. Uel proximus quantum ad diuinā miſericordiam quia hocipſum ꝙ punit eos tēporaliter magnum miſericordie ſignum eſt. ¶ Deinde cum dicit. Et dixi ⁊c̄. ponit peccatum exacerbationis. Et hoc patet ꝑ hoc quod infra dicitur Quibus autem iurauit nō introire ⁊c. Et circa hoc facit duo. Primo enim ponit culpam Secundo ſubdit penam ibi. Quibus iuraui in ira mea ⁊c̄. Culpam autem duplicem ponit. Una ē in obſtinatione in malo. Alia eſt in receſſu a bono. Et iſtaʒ ponit ibi Ipſi vero non cognouerunt vias meas. Dicit ergo Ego ſic fui eis ꝓximus ſcʒ puniendo eos: ⁊ dixi ſcʒ p̄uiſione eterna: hi errant corde ſemper. Deutero. 31. Semper cōtentioſe egiſtis contra dominū. Jere. 13. Si poteſt ethiops mutare pellem ſuam ⁊c̄. Sic ergo vno mō aliq̄s exacerbat deum quando obſtinate adheret malo. Alio modo quando contemnit bonum. Unde dicit. Ipſi vero nō cognoueruerunt vias meas: hoc ē non quantum ad ſimplicem ignorantiam ſed ad affectatam. Job. 21. Scientiam viarum tuarum nolumus. p̄s. Noluit intelligere vt bene ageret. Uel non cognouerunt id ē non approbauerunt ſicut dicit apoſtolus. 2. Thy. 2. Cognouit dominꝰ qui ſunt eiꝰ. ¶ Conſequenter oſtendit penam cum dicit Quibus iuraui ⁊c. In qua vero ponit immobilitateʒ in hoc ꝙ vult iuramenta firma. quando enim deus vel angelus inueniuntur iurare ſignum ē immobilitatis eius: de quo iuratur. p̄s. Jurauit dominus ⁊ nō penitebit eū ⁊c. Uerumtamē aliquando non iurat niſi ſub conditiōe quia ſcʒ non peniteant hec mala euenīēt eis. Ponit etiā ꝙ pena iſta non eſt ad cōminationē ſed magis ad exterminationem quia dicit in ira. p̄s. Domine neqꝫ ī ira tua corripias me. Jurauit ergo in ira ſi introibunt ⁊c. Conſtructio eſt defectiua ad modum irati qui truncat verba ſua. Et accipitur ly ſi pro non id eſt non introibunt in requiem meam. Eſt autem triplex requies. Una eſt temporalis. de qua Luce. 12. Habes multa bona repoſita ī annos plurimos requieſce ⁊c. Secunda ē requies cōſcientie. Eccl. 51. Modicum laboraui ⁊ inueni requiē multam. Tertia eſt requies glorie eterne. p̄s. In pace in idipſum dormiam ⁊ requieſcam. Ipſi vero nec in terrā promiſſionis nec in requiē fruitionis eterne introierunt.

## Lectio tertia.

v Idete fratres ne forte ſit in aliquo veſtrum cor malum incredulitatis diſcedendi a deo viuo. Sed adhortamini voſmetipſos per ſingulos dies donec hodie cognominatur: vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati Participes enim chriſti effecti ſumus: ſi tamē initium ſubſtantie eius vſqꝫ ad finem firmuʒ retineamus: dum dicitur. Hodie ſi vocē eiꝰ audieritis nolite obdurare corda vr̄a: quēadmodū in illa exacerbatione. Quidā eniʒ audientes exacerbauerunt: ſed nō vniuerſi qui profecti ſunt ab egypto per moyſen. Quibus autem infenſus eſt quadraginta annis? Nonne illis qui peccauerunt quorū cadauera proſtrata ſunt in deſerto. Quibꝰ autem iurauit non introire in requiem ip̄iꝰ niſi illis qui increduli fuerunt? Et videmꝰ quia non potuerunt introire in requiē ip̄iꝰ propter incredulitatem.

Supra apoſtolus per auctoritatem pſalmiſte oſtēdit ꝙ firmiter obediendum ē chriſto. In auctoritate vero poſuit ſcʒ monitionē culpam ⁊ penam: hic exponit iſta tria ꝑ ordinem. Primo facit hic. ſecundū ibi. Quidam enim. ⁊c̄. Tertium ibi. Quibus autem iurauit ⁊c̄. In admonitione vero ſunt duo ſcʒ ip̄a monitio. ⁊ ip̄ius monitionis conditio. Unde iſta duo exponit. Primo primum hic. Secundo ſecundum ibi. Participes eniʒ xp̄i ⁊c. In prima vero admonitione ad duo hortatur ſcʒ ad ſollicitam cōſiderationē. Secūdo ad mutuā admonitionē ibi. Sed adhortamur ⁊c. Dicit ergo. Uidete ⁊c. Unuſquiſqꝫ em̄ in ſe dʒ cōſiderare in quo ſtatu ſit. Gal. 6. Opus ſuū ꝓbet vnuſquiſqꝫ. Jere. 2. Uide vias tuas in cōualle. Uidete ergo fr̄es quātū ad quēlibet in ſe qꝛ quilibet ē pars ſocietatis ⁊ vnicuiqꝫ mādauit deꝰ de ꝓximo ſuo. Eccl. 17. Uidete. i. ꝓbate vnus alium ne forte ſit in aliquo veſtrū ⁊c. Quaſi dicat. Multi inter vos ſunt in ſtatu perfecto tamē ꝓpter fragilitatem ⁊ arbitrij libertatē poſſet eē malū in aliquo vr̄m. Job. 4. Ecce qui ſeruiunt ei nō ſūt ſtabiles ⁊ in angelis ſuis reperit prauitatē: quanto magis hi qui habitant domos luteas ⁊ terrenū habent fundamentū. Joh. 6. Nōne ego duodecim vos elegi ⁊ vnꝰ ex vobis diabolus ē. Non ergo aliquis ſit tm̄ ſollicitus de ſe ſed etiā de quolibet ſue ſocietatis. Sed quid? Ne ſit in aliquo veſtrum cor malū incredulitatis. Ecce malum de quo loquit̄ apoſtolus ſcʒ cor incredulum. i. nō firmū in fide in quo conſiſtit malitia anime: qꝛ ſicut bonū anime in adherēdo deo ē p̄s. Mihi āt adherere deo bonū ē Ꝙđ ſcʒ ē ꝑ fidē: ita recedere a deo ꝑ incredulitatē ē malū hoīs. Jere. 2. Scito ⁊ vide iſrł qꝛ malū ⁊ amaꝝ ē reliquiſſe te dn̄m ⁊c. Et iđ dicit diſcedēdi qꝛ ꝑ incredulitatē recedit a deo. Jere. 2. Me dereliq̄runt fontē aque viue. ⁊c. Sʒ ſi inueniat̄ iſtud malū in aliquo nunq̇d deſperandū ē? Nō. ſed magis dʒ adhortari. i. admoneri. Iđ dicit Sed adhortamini voſmetip̄os ꝑ ſingulos dies. i. continue. ſ. diſcutiendo ꝯſciam ſuā ⁊ inducēdo ad bonum: donec hodie cognoīatur. i. donec durat p̄ns tp̄s gr̄e qđ eſt totū ſicut vnus dies. Jo. 9. Me oʒ oꝑari oꝑa eius q̇ miſit me donec dies ē ⁊c. Et hoc iđ vt nō obduret̄ q̄s ex vobis fallacia peccati. Sicut em̄ ſupra dictū ē. Cor obduratur ꝑ obſtinatiōeʒ in malū. Sʒ ꝑ hoc aliq̄s firmiter inheret peccato quia fallit̄. Naturale eni ē appetitui adherere bono: ſed recedit a bono quia decipit̄. Prouer. 14. Errāt q̇ oꝑant̄ malū. ⁊ Prouer. 13. ſm aliā lr̄aʒ. Uie do

loſe errãt ĩ pctis.Sap̄.5.Ergo errauimꝰa via veritatis.
¶Conſequenter cum dicit.Participes ⁊c͂. Exponit cõ
ditionem monitionis.Quaſi dicat.Jſta conditio magiſ
eſt efficax ꝙ illa quia illic tantum audierunt:nos autem
participes facti ſumus chriſti ⁊c͂.Et loquitur proprie qꝛ
in veteri teſtamento erat tantum auditus nec confereba
tur gratia ex opere operato:ſed in nouo teſtamento ⁊ eſt
auditus fidei ⁊ datur gratia ipſi operanti. Unde ſumus
facti participes chriſti.Joh.p̄mo.De plenitudine eius
accepimus omnes ⁊c͂.Sumus autem participes gratie
Primo per ſuſceptionem fidei.Ephe.3.Habitare chri-
ſtum per fidem in cordibus veſtris.Secundo per ſacra-
menta fidei.Gal.3.Quicunqꝫ in chriſto baptizati eſtis
xp̄m induiſtis.Tertio per participationem corporꝫ xp̄i.
p̄me Coꝝ.10.Panis quem frangimus, nonne partici-
patio corporis domini eſt.¶Sciendum autẽ ꝙ duplex
ẽ participatio chriſti.Una imperfecta que ẽ per fidem ⁊
ſacramenta.Alia vero perfecta que ẽ per preſentiã ⁊ vi-
ſionem rei:primam iam habemus in re: ſed ſecũdam in
ſpe.Tamen cũ hoc ſpes habet hanc conditionem ſcʒ ſi
perſeueramꝰ.Unde dicit.Si tamen initium ſubſtantie
eius ⁊c.Quicunqꝫ enim in xp̄o baptizatur ſuſcipit quã-
dam nouam naturam ⁊ formatur quodãmodo chriſtus
in ip̄o.Gal.4.Filioli mei quos iterum parutrio donec
formetur in vobis xp̄s Hoc quidem nobis vere perficie-
tur in patria:ſed hic tantum initium:⁊ hoc per fidem for
matam quia informis mortua ẽ.Jac͂.2.Fides ſine ope-
ribus mortua ẽ.Unde iſta non ẽ nobis initium partici-
pationis xp̄i ſed fides formata:infra.10.Eſt autem fides
ſperandarum ſubſtantia rerum id eſt fundamentũ ⁊ qua
ſi initium.Dicit ergo.Sumus participes xp̄i:ſi tamen
tenemus vſqʒ in finem firmũ initium ſubſtantie eius ſcʒ
fidem formatam.Sed contra videtur ꝙ timor magis ſit
initium:quia.dicit p̄s.Initiũ ſapiẽtie timor dñi.Reſpõ
deo dicendũ ẽ ꝙ fides formatur per charitatem. Chari-
tas autem non eſt ſine timore caſto.Et ideo fides forma
ta ſemper habet timorem iſtum ſecum annexum. Unde
⁊ fides ⁊ timor ſunt initium.Jllud autem qꝺ addit dum
dicitur hodie ⁊c.totum expoſitũ ẽ.¶Deinde cum dicit.
Quidam enim audientes ⁊c.exponit qꝺ dixerat de cul-
pa illorũ.Quaſi dicat.Uos eſtis effecti participes xp̄i:
ſi non obduraueritis corda veſtra:ſicut iſti qui audierũt
ſed exacerbauerũt non tamen omnes.Duo enim ſcʒ ca-
leph ⁊ ioſue permanſerũt vt habeť Numeri.14. Et ali-
os etiam confortabant.Et per hoc datur intelligi ꝙ q̄-
uis nõ tota eccleſia cadat:ſed tantũ aliqui ꝙ nihilomi-
nus mali punientur ſicut in iſtis duobꝰ.tertij Regꝫ.19.
Reliq̃ mihi ſeptẽ milia viroꝝ q̃ nõ curuauerť genua ſua
baal.Ro.11. Relq̃ie ſm electionẽ dei ſalui fierẽt.¶De
inde cũ dicit Quibꝰ aũt ⁊c.exponit illꝺ qꝺ dixerat de pe
na.Et primo illud qꝺ dixerat offenſus fui. Secũdo illꝺ
qꝺ dixerat.Jurauit in ira.⁊c͂.Quibꝰ autem iurauit ⁊c͂.
Dicit ergo.quibus autem ⁊c. Ex quo patet ꝙ iſtud qꝺ
ſupra dixit quadraginta annis referť ad illꝺ offenſus fui
Unde dicit ꝙ fuit eis offenſus per illos quadraginta an
nos.Unde ſciendum eſt ꝙ omnes qui egreſſi ſũt de egy
pto mortui ſunt in deſerto ſicut dicitur Joſue.5.Nõ ta-
men omnes proſtrati ſunt ſed aliq̃ vel a deo ſicut ꝙ aper
ta ẽ terra ⁊ deglutiuit datan et abiron:ſicut diciť in p̄s.
Et de hoc habetur Numeri.16.Aliqui vero proſtrati ſũt
a moyſe ſicut patet in conflatiõe vituli:ſicut patet Exo.
22.Aliqui vero ab hoſtibus:ſicut patet in pluribus lo-
cis.Et iſta ſatis habentur.p̄me Coꝝ.10.Aliqui vero
morte propria mortui ſunt.Nõ ergo omnes proſtrati ſũt
Unde nõ fuit pena generalis:ſed pena generalis fuit qꝛ
nullus p̄ter illos duos qui dicti ſunt introierunt terram
promiſſionis.Et de iſta dicit.Quibus autem iurauit id
eſt firmiter ſtatuit non introire in requiem niſi illis ſcʒ q̃
fuerunt increduli verbis exploratorum. Unde patet ꝙ
propter incredulitatẽ non potuerunt intrare. ⁊ propter
hoc dicit ꝙ experti ſunt ꝙ ꝓpter incredulitatem ſuam
non potuerunt intrare.Uel videmus nos ſcʒ penam illã
generalem que dicta ẽ.

## Capitulũ quartum.

t

Jmeamus ergo: ne forte relicta
pollicitatiõe introeũdi in requiẽ
eius exiſtimeť aliquis ex nobis
deeſſe.Eteni ⁊ nobis nũciatũ eſt
quemadmodum ⁊ illis:ſed nõ profuit illis
ſermo auditus non admixtus fidei ex his
que audierunt.Jngrediemur enim ĩ requi
em qui credidimus quemadmodum dixit.
Sicut iuraui in ira mea.ſi introibunt in re-
quiem meam.Et quidem operibus ab in-
ſtitutione mũdi perfectis:dixit enĩ in quo-
daʒ loco de die ſeptima ſic. Et requieuit de
us die ſeptima ab omnibus operibus ſuis.
Et in iſto rurſum. Si introibunt in requi-
em meam.Quoniam ergo ſupereſt introi-
re quoſdam in illam:⁊ hi quibus prioribus
annunciatum eſt:non introierunt propter
incredulitatem :iterum terminat diẽ quen-
dam hodie in dauid dicendo poſt tantũ tẽ-
poris ſicut ſupra dictum eſt.Hodie ſi voceʒ
eius audieritis nolite obdurare corda vr̃a:
Nam ſi eis ieſus requiem preſtitiſſet :nũq̄
de alia loqueretur poſt hac die.

Premiſit ſupra apoſtolus auctoritatem, dauid ⁊ expo-
ſuit:nũc autẽ arguit ex ipſa.Et circa hoc facit duo.Pri
mo enim inducit ſollicitudinem introeundi.Secũdo mo
net ꝙ ꝓperemus ingredi ibi.Feſtinemus ergo ingredi.
⁊c.Circa primum duo facit.Primo enim incutit ſollici
tudinem timoris.Secundo oſtendit ꝙ de hoc debet ſol
licitudo imminere ibi. Etenim nobis ⁊c.Dicit ergo:di
ctum ẽ ꝙ infenſus eſt illis qui non crediderunt ꝙ iura-
uit ꝙ nõ introibũt in requiem eius ergo ⁊ nos timeamꝰ
ſcʒ timore caſto ⁊ ſollicitudinis. Prouer.28.Beatꝰ ho
mo qui ſemper ẽ pauidus.Sed quid timere debemus?
Ne forte ⁊c.Beatitudo enim ſiue felicitas in hoc conſi-
ſtit vt homo ingrediatur illa. Tob.13.Beatus ero ſi fu-
erint reliquie ſeminis mei ad videndum claritatem hie-
ruſalem.Jnfra.12.Contemplantes ne forte quis deſit
gratie dei. Quia vt dicit Chryſoſtomus. Maior eſt
pena damnatis de hoc ꝙ ſunt excluſi a viſione dei q̄
alie pene: quas habent. Et dicit. Exiſtimetur ſcilicet
diuino iudicio.Matth.25.Jte maledicti in ignẽ eter-
num ⁊c͂.Uel exiſtimetur ſm humanam opinionẽ Ephe.
5.Hoc ſcitote intelligentes ꝙ omnis fornicator aut im-
mundus aut auarus quod ẽ ydolorum ſeruitus non ha
bet hereditatem in regno chriſti ⁊ dei. Timendum eſt

ergo ne aliquis ex vobis exiſtimetur deeſſe: quia vobis
facta eſt promiſſio intrandi. Eſa. 32. Sedebit populus
meus in pulchritudine pacis in tabernaculis fiducie: in
requie opulenta. Apocalip. 14. Amodo iam dicit ſpiri-
ritus vt requieſcant a laboribus ſuis. Timendum eſt er
go ne propter culpam noſtram non ingrediamur relicta
pollicitatione id eſt promiſſione quã relinquimus deſe-
rendo ſpem fidem ⁊ charitatem per quam poſſumus in-
troire. E hoc fit per peccatum mortale. ¶ Conſequen-
ter cum dicit. Etenim nobis hoc nunciatum eſt ⁊c. oſtẽ
dit ꝙ nobis imminet iſta ſollicitudo. Et circa hoc facit
duo. Primo enim proponit intentionem ſuam. Secun
do probat eam ibi. Ingrediemur enim ⁊c. Circa pmuz
duo facit: quia primo oſtendit ꝙ nobis facta eſt iſta pro-
miſſio. Secundo ꝙ iſta promiſſio non ſufficit ibi. Sz nõ
profuit ⁊c. Dicit ergo. Etenim ⁊c. id eſt nobis promiſſũ
eſt. Unde ſciendum eſt ꝙ illa que in veteri teſtamento
promiſſa ſũt temporaliter: intelligẽda ſunt ſpiritualiter.
Omnia enim in figura contingebant illis. pme Corin.
10. ⁊ Roma. 15. Quecunqꝫ ſcripta ſunt ad noſtram do-
ctrinaz ſcripta ſunt. ¶ Deinde cum dicit. Sed non pro-
fuit ⁊c. oſtendit ꝙ non ſufficit promiſſio quin nihilomi-
nus debeamꝰ eſſe ſolliciti. Unde dicit ꝙ ſermo auditꝰ
⁊ non creditus in nullo eis profuit. Nõ enim auditores
legis iuſtificabuntur ſed factores. Roma. 2. Et dic. Nõ
admixtus fidei quia ſicut ex intellectu ⁊ ĩtellecto fit vnũ
ita ex corde credentis ⁊ ipa fide formata fit vnum. pme
Cor. 6. Qui adheret deo vnus ſpiritus eſt. Illud autẽ
ꝙ dicit ex his que audierunt poteſt eſſe ratio quare ſer-
mo non eſt admixtus fidei. Hoc enim fuit ex his que au-
dierunt ab exploratoribus quibus fuerũt increduli Uel
poteſt eſſe determinatio fidei. que debet eſſe ex his que
audierunt. Fides enim ex auditu. Romañ. 10. Uerba
enim dei ſic ſunt efficacia ꝙ ſtatim audita debent eẽ cre-
dita. ps. Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis.
¶ Deinde cum dicit. Ingrediemur enim ⁊c. probat pro
poſitum. ⁊ circa hoc facit tria. Primo enim oſtendit ꝙ
nobis eſt neceſſarium credere ſicut ⁊ illis. Secundo ad-
ducit duas auctoritates ad probandum intentum ſuum
ibi. Et quidem operibus ⁊c. Tertio ex illis arguit ibi.
Quoniam ergo ſupereſt ⁊c. Dicit ergo. Nobis factus
eſt ſermo ſicut ⁊ illis quia ingrediemur in illam requi-
em. ps. In pace in idipſum dormiam ⁊ requieſcaz Iob.
11. Requieſces ⁊ nõ erit qui te exterreat. ⁊c. Eſt autem
duplex requies. Una in bonis exterioribꝰ ⁊ ad iſtã egre
dittur homo a requie mentis. Alia eſt in bonis ſpiritua
libus que eſt intima: ⁊ ad iſtam ingreditur. Matth. 25.
Intra in gaudium domini tui Canti. pmo. Introduxit
me rex ĩ cellaria ſua. ¶ Deinde ponit auctoritatẽ. Sicut
iuraui ⁊c. ⁊ hoc expoſitum eſt. ¶ Deinde cum dicit. Et
quidem operibus ⁊c. ponit duas auctoritates. Unaz le
gis que habetur Geneſ. 2. Aliam que frequenter poſi-
ta eſt que habetur in ps. Dicit ergo quantum ad primũ:
et quidem operibus ab inſtitutione huius mundi perfe-
ctis dixit ⁊c. Hoc poteſt legi dupliciter. Uno modo ꝙ
non ſit ibi enim: ſed dixit in quodam loco ⁊c. Et eſt pla-
nior littera vt ſit ſenſus. Dico ꝙ ingrediemur in requi-
em que prefigurata eſt ab inſtitutione mundi de qua re-
quie prefigurata per diem ſeptimam dixit ſcilicet ſpiritꝰ
ſanctus qui loquitur in ſcriptura quia ſpiritu ſancto in-
ſpirati locuti ſunt ſancti dei homines. ſcđe Pet. pmo.
In quodam loco famoſo ſcilicet Geneſ. 2. de diẽ ſeptĩa.
Et ſic requieuit deus ab operibus ſuis. Operibus inꝙ
ab inſtitutione mundi perfectis. Uel dixit ſpiritus ſan-
ctus in quodam loco de die ſeptima: ⁊ hoc dixit poſtꝙ
narrauerat, opera ſex dierum perfectis ab inſtitutõe mun
di. Si vero ſit ibi. Dixit enim ſic eſt defectiua cõſtructio
⁊ eſt ſenſus. Nunciatum eſt nobis ꝙ ingrediemur ⁊ hoc
operibus ab inſtitutione mundi perfectis: ſed quando ⁊
quomodo nunciatum eſt quia dixit in quodam loco ⁊c.
Dicit autem operibus perfectis ad denotandum opera
ſex dierum que fuerunt perfecta. Dicit vero ab inſtituti-
one mundi: quia primo conſtitutus eſt mundus: et poſt
ſex dies diſtincte perfectus ẽ in ſingulis partibus ſuis.
De diſtictione autem iſtorum dierũ diuerſimode loquũ-
tur ſancti. Aliter enim accipit eos Auguſtinus ab alijs
ſanctis: ſicut patet prima parte ſumme qõne. 74. arti-
culo ſecũdo ⁊ tertio. Tamen quõcunqꝫ dicatur manife-
ſtum eſt ꝙ opera illa perfecta fuerunt. Eſt enim in ipſis
duplex perfectio. Una ſm partes mundi que ſunt celuz
⁊ quatuor elementa. Et hec attenditur penes eaꝝ eſſen
tias, ſicut habeẗ in pma parte ſũme. q. vbi ſupra. Et hoc
fuit per opus creationis qđ fuit prima die. Et per opus
diſtinctionis qđ fuit ſecunda ⁊ tertia die. Et in hoc con-
cordat Augu. cum alijs. Alia perfeectio ẽ ſm ſingulas
partes. Et hec perfectio pertinet ad opus ornatus. Et
iſte ornatus quantum ad ſuperiora fuit quarta die. quan
tum ad mediam ſcilicet aerem ⁊ aquam quinta die quã-
tum vero ad terram que ẽ infimum elementuz fuit ſexta
die. Iſta perfectio conuenit numero ſenario qui conſur-
git ex ſuis partibus aliquottis ſimul ſumptis que ſunt
vnum duo ⁊ tria. quia ſexies vnum ſunt ſex. ſimiliter ter
bis. ⁊ bis ter. ⁊ vnum duo tria ſunt ſex. quia ergo ſenari
us ẽ primus numerus perfectus. quia licet ternarius cõ
ueniat aliqualiter his que dicta ſunt quia ter vnum tria
ſunt. ⁊ vnũ ⁊ duo tria ſũt. tñ bis vnũ nõ faciũt tria: ſilr ſe
mel duo nõ faciũt tria ſed tñ duo. Iđ p ipſũ ſenariũ deſi
gnatur perfectio rerum. Poſt perfectionem vero pmit
titur quies que nulli datur niſi operanti. Et ſic in ſeptĩ
ma die qua mutatus ẽ ſtatꝰ mundi ſicut in qualibet alia
erat quedam variatio. Unde in ipa incepit ſtatus propa
gatiõis propter quod ⁊ cõnumeratur alijs. ideo in ſepti
ma mundi eſt ſtatus quieſcentium. Scđm aug. tamen
iſta ſeptĩa dies nihil aliud eſt ꝙ cognitio angelica relata
ad quietem dei ab operibus. Sed contra ſi quieuit die ſe
ptima quis ergo fecit eam ſi non eſt opus dei. Preterea
Iob. 5. Pater meus vſqꝫ modo operatur ⁊ ego operor.
Reſpondeo eſt dicendum ꝙ accipitur ibi quies non ſm
ꝙ opponitur labori: ſed ſm ꝙ opponitur motui. Deus
enim ⁊ ſi producendo non moueatur: tamen quia de ipo
non loquimur niſi per ſenſibilia in quibus non ẽ opera-
tio ſine motu: ideo omnis operatio large loquendo dici-
tur motus: ⁊ ſic diciẗ quieuiſſe quia ceſſauit nouas ſpe-
cies producere: quia illa que poſtea facta ſunt fuerunt in
illis rebus tunc productis. Uel ſm virtutem actiuam ſi
cut in animalibꝰ perfectis vel ſm rõnes ſeminales. Uel
ſm materiam ſicut mineralia. Ideo tunc non fuit mortu
us ſuſcitatus. Sed fuit factum corpus quod poſſet ſuſci-
tari. Quedam autem fuerunt tunc ſm ſimilitudinem vt
anime rationales que tãtuz fiunt a deo. Sic ergo requie
uit deus ab operibus producendis quia omnia aliquo
modo proceſſerunt vt dictum eſt: tamen vſqꝫ modo ope-
ratur conſeruando ⁊ gubernando que condidit. Et ſic
ſeptimã diem deus fecit ſicut quamlibet aliam: quia tũc
fuit aliquid additum: quia tunc incepit ſtatꝰ ppagatio-
nis. Quelibet autẽ additio variabit ſtatũ mundi vt di-
ctum ẽ ⁊ faciebat vnum diem. Uel ſm aug. nõ dicit ſim
pliciter requieuit ſz requieuit ab operibꝰ ſuis. Ab eter-
no enim requieuit in ſeipõ: ſed tunc etiam requieuit non
in operibus ſed ab operibus Aliter enim operatur deus

⁊ quilibet alius artifex. Artifex enim agit propter indigentiam ſuam ſicut domificator facit domum vt in ipſa quieſcat. Similiter faber facit cultellum propter lucruz. Unde deſiderium cuiuſlibet artificis quietatur in opere ſuo. Sed non ſic eſt de deo quia non agit propter indigentiam ſuam ſed propter bonitatem communicandā. Unde non quieſcit in opere ſed ab opere producendo et quieſcit tantum in ſua bonitate. ¶ Conſequenter autem ponit auctoritatem dauid que iam expoſita ẽ. ¶ Cōſequẽter cū dicit. Quō ergo ſupereſt ꝛc. arguit ex premiſſis. Et circa hoc facit duo. Primo enim accipit ſenſum ſecunde auctoritatis illius. Si vocez eius audieritiſ ꝛc. Secundo arguit ex primo ibi. Itaqꝫ relinquitur ꝛc. Circa primum duo facit: quia primo trahit duo a ſecunda auctoritate. Secundo oſtendit ꝙ hec duo intelligūtur in ipā ibi. Naz ſi eis ieſus ꝛc̄. Accipit ergo duo quorum vnum per ſe manifeſtum ẽ ſcilicet ꝙ antiqui patres non introierunt. Aliud ẽ ꝙ tempore dauid adhuc reſtabat alia quies preſtanda. Licet enim ipīs fuiſſet ꝓmiſſa requies preſtanda in terra promiſſionis: tamen per hoc ꝙ poſt longum tempus dicit. Hodie ſi vocem ꝛc. oſtendit ꝙ alia requies reſtat. Aliter eīn nō faceret mentionẽ de requie dicens. hodie ꝛc̄. Eſt ergo quedaz requies ī q̄ nobis intrandū eſt in quam illi nō intrauerunt propꝫ incredulitatem. Et ideo quoniā illi nō intrauerunt: reſtat ergo quoſdam intrare quibus promiſſio facta ẽ: quia his quibus prius nunciatum ẽ nō introierunt ſcꝫ iudei quibus ꝓmiſſio facta ẽ: ⁊ ideo termīat. i. determinat nobis diem ſeptimā id eſt diem gratie dicendo in dauid. Hodie ſi vocem ꝛc. Et repetit auctoritatẽ que repoſita eſt.

¶ Sciendū eſt autem ꝙ deus homini preparauit beatitudinem pro requie nec vult iſtam preparationẽ ẽẽ fruſtra: ſed ſi vnus nō intrabit: alius intrabit ſicut oſtendit in illa parabola de nuptijs. Mat. 22. Unde Apo. 3. Tene qđ habes vt nemo accipiat coronā tuā. Quaſi dicat. Si tu nō accipias alius habebit. Iob. 34. Cōteret multos ⁊ innumerabiles ⁊ ſtare faciet alios pro eis. ¶ Deinde cum dicit. Nam ſi eis ieſus ꝛc. ꝓbat ꝙ ſupſit alios intrare: qꝛ ſi ieſus naue ioſue filijs iſrael finalem requiem ꝑſtitiſſet non īmineret nobis alia requies: nec de aliquo propheta dauid loqueretur poſt illam diem. Un̄ manifeſtum ẽ ꝙ illa requies fuit ſignum requiei ſpiritualis.

## Lectio ſecunda.

Itaqꝫ relinquitꝛ ſabbatiſmꝰ populo dei. Qui eīn ingreſſus ẽ requiẽ eiꝰ etiā ipē requieuit ab operibus ſuis ſicut ⁊ a ſuis deꝰ. Feſtinemꝰ ergo ingredi ī illā requiem vt ne in idipſum quis incidat: incredulitatis exemplū. Uiuus ẽ eīn ſermo dei ⁊ efficax ⁊ penetrabilior oīni gladio ancipiti: ⁊ pertingens vſqꝫ ad diuiſionẽ aīme ac ſpūs: compagū quoqꝫ ac medullaꝝ ⁊ diſcretor cogitationū ⁊ intentionū cordis. Et nō eſt vlla creatura inuiſibilis in cōſpectu eius: oīa autẽ nuda ⁊ aperta ſunt oculis eiꝰ ad quem nobis ſermo.

Supra apl's duas auctoritates aſſumpſit. vnam de ſcđo Geñ. Aliaz vero de p̄s. ⁊ concluſit intentionẽ ſuā ex ſecunda auctoritate ſcꝫ. p̄s. hic concludit idẽ ex prima. Et circa hoc facit duo. Primo eīn ponit cōcluſionẽ. Secundo ponit rōnem ꝯñe ibi. Qui enim ingreſſus ẽ ꝛc. Circa primū ſciendū ẽ ꝙ apoſtolus in ſe omnium iſtoꝝ verborum facit mentionẽ de triplici requie. Prima ẽ requies dei ab operibus ſuis. Secūda ẽ requies temporalis quā habuerunt filij iſrael in terra promiſſionis. Tertia ẽ requies eterna que per iſtas duas deſignatꝛ. Sed apoſtolus hic anteq̄ faciat mentionem de requie eterna dicꝛ ꝙ poſt terrenam adhuc remanet ſabbatiſmus qui in veteri lege ſabbatū rep̄ſentabat ſcꝫ poſt requiem terrenaz. Eſa. 58. Uocaberis ſabbatū delicatum ⁊ ſanctū domini. Eſa. 66. Erit menſis ex menſe ⁊ ſabbatū ex ſabbato idẽ requies ꝑpetua. Et dicit ſabbatiſmus quia ſicut in veteri lege ſabbatū rep̄ſentabat requiem dei ab operibus ſuis: de qua dicitꝛ Geñ. 2. ita illa requies erit ſanctoruz ab operibus ſuis. Apocal'. 14. Amodo iam dicit ſpūs vt requieſcant a laboribus ſuis. Unde ſubdit. Qui enim ingreſſus ẽ ꝛc. quia ſicut deus ſex diebꝰ operatus eſt ⁊ ſeptima requieuit: ita per ſex dies preſens tempus ꝓpter perfectum numerū ſignificatur. Qui ergo perfecte operatur in ſeptima requieſcit ab operibus ſuis ſicut ⁊ a ſuis xp̄s: nō aūt a quibuſcunqꝫ operibus: quia ſunt ibi quedam opera perpetua: videre ſcꝫ amare ⁊ laudare. Apo. 4. Non habebant requiez nocte ac die dicentia ſanctus ſanctus: ſanctus ꝛc. Sed ab operibus laborioſis. Eſa. 40. Qui ſperant in domino mutabūt fortitudinẽ: aſſument pēnas vt aquile current ⁊ nō laborabunt: ambulabunt ⁊ nō deficient. ¶ Deinde cū dicit. Feſtinemꝰ ergo ingredi ꝛc. inducit ad feſtinatiōz. Et circa hoc facit duo Primo eīn ponit monitionẽ. Scđo ſubdit rōnem de introitu illius requiei ibi. Uiuus enim ẽ ſermo dei ꝛc. Itẽ circa primū duo facit. Primo eīn monet ad feſtinanduz Secundo oſtendit tardantis periculum ibi. Ut ne in idipm ꝛc. Dicit ergo. Quia igitur relinquitꝛ ſabbatiſmus ꝛc̄. Feſtinemꝰ ergo ingredi in illam requiem. Et ſignanter dicit ingredi: quia nō ẽ in bonis exterioribus ad que ẽ egreſſus: ſed ẽ in bonis interioribus Exo. 15. Introduces eos ⁊ plantabis ꝛc. Mat. 25 Intra in gaudiū domini tui. Eſt ergo multiplex ratio quare feſtinandum ẽ intrare. Una ẽ quia lōginqua ẽ via Prouer. 7. Abijt via longiſſima. Luc̄. 19. Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquā. Dicitur autem longinquus ꝓpter diſtantiam ſtatus: quia ibidem plenitudo omnis boni ⁊ immunitas ab omni malo. Eſt etiam deſideranti perfecta viſio ⁊ ītentio: hic autem ſunt omnia contraria iſtis. Item feſtinandum ẽ quia tempus ẽ valde breue. Iob. 14. Breues dies hominis ſunt. Item quia iſtud tempꝰ cum hoc ꝙ ẽ breue ⁊ modicum: ẽ etiam incertum. Eccl'. 9. Neſcit homo finem ſuum. Item propter vrgentẽ vocationem. Interior enim vocatio vrget nos per ſtimulū charitatis. Eſa. 59. Cum venerit quaſi fluuius violentus quem ſpiritus domini cogit ꝛc. ſcđi Coꝝ. 5. Charitas chriſti vrget nos. p̄s. Uiam mandatorum tuorum cucurri. Item propter periculum tardantis: ſicut patet de fatuis virginibus. Math. 25. Que tarde veniētes intrare nō potuerunt. Et ideo dicit. Ut ne in idipſum. ꝛc̄. Quaſi dicat. Antiqui non potuerunt ingredi propter incredulitatem. Unde caueamus aliene culpe exemplo: ne ſimus increduli: ⁊ exemplo pene: vt ſcꝫ nō excludamur ſicut ipi. Luce p̄mo. Abijt in montana cum feſtinatione. Ad hoc enim oſtenduntꝛ nobis preterite pene alioꝝ vt caueamꝰ. Prouerb. 19. Peſtilente flagellato ſtultus ſapientior erit. Glo. Peius eſt niſi caueatis. Et

hoc videtur ꝙ ille qui nō corrigit punitione alteriꝰ: gra
uiuſ punietur. Sed contra quia iam peccatum ade qui
non peccauit exemplo alterius eſſet minus graue. Re-
ſpondeo dicendū eſt ꝙ ſemper iſte locutiones intelligen
de ſunt ceteris paribus. Contingit enim duo peccata in
ſe conſiderata nō eſſe vnum genus altero: tamē propter
aliquam circumſtantiā aduenientē aggrauatur vnū ⁊ nō
aliud. ſicut duo adulteria de ſe equalia ſunt: tamē illud
qḋ eſt ex certa malicia grauius ē ꝙ̄ illud qḋ ē ex paſſiōe
vel infirmitate. Et ſimiliter verbum ocioſum grauius ē
quando fit ex certa malicia. ¶ Deinde cum dicit. Viuus
eſt enim ſermo dei ⁊c̄. ponit rōnem predicte monitiōis
⁊ p̄cipue quantū ad periculum. Hec autem ratio ſumit
ex parte chꝛiſti. In ip̄o autem ē duplex natura. Una ſcꝫ
diuina ſm quam ē verbum patris. Alia eſt humana ſm
quā eſt pontifex offerens ſe in cruce. Primo ergo ponit
rōnem ſumptam ex parte diuinitatis. Secundo rōnem
ſumptam ex parte humanitatis ibi. Habentes igit pon-
tificem ⁊c̄. De filio autem dei dicit tria. Primo enīꝫ aſſi
gnat eius virtutem. Secundo eius cognitionem ibi. Et
diſcretoꝛ cogitationū. Tertio eius auctoꝛitatem ibi. Ad
quem nobis ſermo ⁊c̄. Uirtutem eius oſtendit triplicit:
Primo quantū ad naturam. Secundo quantū ad pote-
ſtatem ibi. Et efficax. Tertio quantū ad operationē ibi
Et penetrabilioꝛ ⁊c. Dicit ergo Uiuus eſt ſermo dei ⁊c̄.
Iſta littera de ſe videtur habere difficultatē tamen con-
ſiderando aliam tranſlationem planioꝛ eſt. Ubi eñ nos
habemꝰ ſermo: in greco habetur logos qḋ eſt ideꝫ quod
verbum. Unde ſermo id ē verbum. Et ſic etiam exponit
Augꝰ illud. Ioh. 12. Sermo quē locutus ſum id eſt ego
ip̄e qui ſum verbum. Sap̄. 18. Omnipotens ſermo tuus
domine exiliens de celo a regalibus ſedibuſ venit ⁊c. Et
ſimiliter hic ſermo dei ē viuus id eſt verbū dei viuū. Uer
bum enim dei ab eterno conceptuꝫ: in paterno intellectu
ē verbū pꝛimoꝛdiale. de quo Eccl̄. p̄mo dicit. Fons ſapi-
entie verbum dei in excelſis. Et quia eſt pꝛimoꝛdiale iō
ab ip̄o deriuantur omnia alia verba que nihil aliud ſunt
ꝙ̄ quedam conceptiones expreſſe in mente angeli vl̄ no-
ſtra. Unde illud verbum ē expreſſio omniū verboꝛū qua
ſi fons quidam. Et illa que dicuntur de illo verbo quo-
dāmodo aptantur ad alia verba ſm ſuū modum. De illo
autē dicit ꝙ eſt viuus. Dicitur autem res viua ꝙ̄diu ha
bet motū ⁊ operationem ſuam. Sicut enim fons ſcaturi
ens dicitur viuus: ſic ⁊ verbum illud qḋ habet ꝑpetuuꝫ
vigoꝛem. p̄s. In eternum domine verbum tuū ꝑmanet ī
celo. Ioh. 5. Sicut enim pater habet vitā in ſemetipſo
ſic debit ⁊ filio vitam habere in ſemetip̄o. Uel pōt refer-
ri ad humanā naturam. Eſt enim viuus licet ab alijs re
putetur moꝛtuus. Apoc. p̄mo. Fui moꝛtuꝰ ⁊ ecce ſuꝫ vi
uens in ſecula ſeculoꝛum. Similiter etiam ſermo ſcriptu
re eſt viuus ⁊ indeficiens. Roma. 9. Non autē ꝙ excide
rit verbū dei. ¶ Conſequenter cum dicit. Et efficax. oſtē
dit eius poteſtatē. Dicitur autem verbum efficax ꝓpter
maximā virtutem ⁊ infinitam vim effectiuam quā habet
Per ip̄m enim facta ſunt omnia. Ioh. p̄mo. ⁊ p̄s. Uer-
bo domini celi firmati ſunt. Item ē efficax quia ex ipſo
omnia verba pꝛolata a deo mediante angelo vel homine
efficaciam habent. Ecc. 8. Sermo illius ptāte plenus ē
Eſa. 55. Uerbum qḋ egredietᷣ de oꝛe meo nō reuertetur
ad me vacuū ſed faciet quodcunqꝫ volui ⁊c. ¶ Deinde
cum dicit. Et penetrabilioꝛ ⁊c̄. oſtendit eius oꝑationem
Et circa hoc facit duo. Primo ponit eius operationem.
Secundo exponit ibi. Et pertingens ⁊c. Dicit ergo. Et
penetrabilioꝛ. Illud pꝛopꝛie dicit penetrare qḋ ingredit
ꝓfunda rei. Hoc autem pōt eſſe dupliciter. Uno mō qꝛ
operatur in intimis rei. Eſa. 26. Omnia enim opera no
ſtra operatꝰ es in nobis. Alio mō quia cognoſcit intima
rei. Ioh. 2. Opus ei non erat vt quis teſtimoniū perhi-
beret de homine: ip̄e enim ſciebat quid eſſet in homine:
Eccl̄. 24. Penetrabo inferioꝛes partes terre. Operatō
enim dei ⁊ cognitio pertingit ⁊ penetrat intima rei. Uñ
dicit. Omni gladio ancipiti. Inter omnia enim gladius
eſt penetrabilioꝛ pꝛopter acumen ⁊ maxime gladius an-
ceps: qui ſcꝫ eſt acutus ex duabꝰ eius partibus. Et ideo
quia verbū dei acutum ē ⁊ ad operandū ⁊ ad cognoſcen
dum ideo cōparat gladio ancipiti. Ephe. 6. Et gladium
ſpūs quod ē verbū dei. Eſa. 27. In illa die viſitabit do-
minus in gladio ſuo duro ⁊ grandi ⁊ foꝛti ⁊c. ¶ Uel di-
citur anceps qꝛ habet aciem ad bona ꝓmouenda ⁊ ma-
la deſtruenda. Apoc. p̄mo. Ex oꝛe ip̄ius ꝓcedebat gla-
dius ex vtraqꝫ parte acutus. In oꝛdine enī cauſarum vi-
demus ꝙ ſemꝑ cauſa pꝛioꝛ intimius operat ꝙ̄ cauſa po-
ſterioꝛ. Unde illud qḋ natura pꝛoducit ē intimius ꝙ̄ illḋ
qḋ producitur per artē. Quia ergo deus ē pꝛima cauſa
ſimpliciter: ideo eius operatione ꝓducitur illud qḋ ē in-
timiſſimū ip̄i rei ſcꝫ eē eius. ¶ Conſequenter cum dicit.
Et pertingens ⁊c. manifeſtat qḋ dixerat de operatione.
Et circa hoc facit duo: quia pꝛimo oſtendit hoc quantū
ad ſpūalia. Secundo quantū ad coꝛpoꝛalia ibi. Compa-
gum quoqꝫ ⁊ medullarum: ſm enim aplm̄ tria ſunt ī ho
mine ſcꝫ coꝛpꝰ: aīa ⁊ ſpūs. 1. Theſ. 5. Integer ſpūs ve-
ſter aīa ⁊ coꝛpus ⁊c. Quid enim ſit coꝛpus notuꝫ ē. Aīa
aūt ē que dat coꝛpoꝛi vitam. Spūs vero in rebus coꝛpo-
ralibꝰ dicit quid ſubtile: ⁊ ideo ſignificat ſubſtantias im-
materiales. Eſa. 31. Egyptus homo ⁊ non deus ⁊ equi
eoꝛum caro ⁊ nō ſpūs. Spiritus ergo in nobis dicit illḋ
per qḋ cōicamus cum ſubſtantijs ſpūalibus. Anima ve
ro illud per qḋ cōicamus cum bꝛutis. Et ſic ſpūs ē mens
humana ſcꝫ intellectꝰ ⁊ volūtas. De hoc aūt dicunt aliq̄
ꝙ in nobis ſunt diuerſe aīe. Una ſcꝫ q̄ ꝑficit ⁊ viuificat
coꝛpꝰ: ⁊ iſta dicit aīa ꝓpꝛie. Alia vero ē ſpūs quo intel-
ligimꝰ. Et iō iſta duo magis dicunt ſubſtantie ꝙ̄ anime
Hoc aūt dānatū ē in libro de eccl̄iaſticis dogmatibꝰ. Et
ideo dicendū ē ꝙ vna ⁊ eadem ē eſſentia aīe ꝑ eſſentiam
ſuā ⁊ viuificat coꝛpus: ⁊ per potentiā ſuam que dicit in-
tellectus ē p̄ncipiū intelligendi. Et per iſtam intelligit
eterna: qḋ quō ſit ſic patet. Uidemꝰ eñ ꝙ quāto foꝛma ē
ꝑfectioꝛ tanto oꝑatio eius minꝰ ſubdit materie ſicut pꝫ
ꝙ foꝛme elementoꝝ qꝛ ſūt imꝑfectiſſime nō extenduntur
vltra materiā. Cuꝫ ergo anima inter oīs foꝛmas ſit no
biliſſima opoꝛtet ꝙ habeat aliquā oꝑationem ⁊ p̄cipue
aīa rōnalis que oīno excedit potentiā materie. Et iſtam
oꝑatiōꝫ vocamꝰ intelligere ad quā ſequit ſua inclinatio
ſcꝫ velle. ¶ Eſt aūt triplex dr̄ia inter oꝑatōes aīe: ita ꝙ
aīa dicat ad quā ꝑtinēt potentie quibꝰ aīa oꝑat cum coꝛ
poꝛe. Ad ſpm̄ vero ille qui oꝑat ſine coꝛpoꝛe. Pria aūt
dr̄ia inter iſtas potentias ⁊ oꝑatiōes ab ip̄is proceden-
tes ē ipſius rōnis ad ſenſualitatem q̄ eſt potentia ꝑ quaꝫ
aīa oꝑatur cum coꝛꝑe: qꝛ rō app̄hendit īmaterialia: ſen-
ſualitas vero materialia ⁊ ſenſibilia. Scḋa differentia
eſt partiū ſenſualitatis: qꝛ aliū ſtatum ⁊ oꝛdinem habet
ſenſualitas ſm ꝙ tendit in pꝛopꝛium obiectum ſuum ex
natura ſua: ⁊ alium ſm ꝙ regulatur a ratione. Ip̄a eniꝫ
concupiſcibilis aliter conſideratur vt eſt vis quedam in
oꝛdine ad obiectum ſuum: et aliter vt ꝑticipat ratione.
Tertia differentia ē partium ip̄ius rōnis ſm diuerſa ob
iecta ipſius quia vel tendit in deum: ⁊ hoc ē ſupremum
in ipſa: vel in effectus ſpirituales vel in effectus tempo-
rales. Oīs autem iſtas diuiſiones ⁊ differentias ope-
ratur et diſcernit verbum dei ſcꝫ quomodo ſenſualitas
diſtinguat a rōne. Differentiaꝫ etiā ip̄ius ſenſualitatis
in ſe: dr̄iam etiam partium rationis et quid pꝛoueniat

in anima ex conſideratione ſpiritualium et terrenorum. ¶ Conſequenter cum dicit. Compagum quoq; ⁊ medullarum ⁊c. declarat illud quod dixerat de operatione dei ⁊ quantum ad temporalia. ¶ Sciendũ eſt autẽ ꝙ aliq̃d non poteſt penetrando pertingere ad aliquid ꝓpter duo Unum eſt propter colligationẽ. Aliud autem eſt ꝓpter incluſionem. Neutrũ iſtorum poteſt impedire verbũ dei In nobis quidem ſunt quedam colligationes ſcʒ neruorum ⁊ arteriarum. Quedam etiam ſunt valde incluſa ⁊ occulta ſicut medulle que in oſſibus includuntur. Omnia autem iſta diuino proſpectui manifeſta ſunt et ſubdita. Et ideo nihil eſt ei difficile ad penetrandum. Uel per compages poteſt intelligi coniunctio que ẽ inter partes anime ad inuicem vt inter animam ⁊ ſpirituʒ. Quaſi dicat. Non ſolum pertingit ad cognoſcendũ differentiam ⁊ diuiſionẽ anime ⁊ ſpiritus: ſed etiam ad cognoſcendum quomodo cõiungunt̃. Cognoſcit enĩ quomodo ſenſualitas regit̃ ratione. Medulla autẽ poteſt intelligi illud quod latet in rõne ⁊ ſenſualitate. Mat. 10. Timete eum qui poteſt ⁊ animam et corpus mittere in gehẽnam ¶ Deinde cum dicit. Et diſcretor cogitationum ⁊c. agit de cognitiõe verbi. Et circa hoc facit duo. Primo enim oſtendit ꝙ oĩa ſubdunt̃ cognitioni eius. Secundo oſtẽdit quomodo cognoſcit ibi. Omnia auteʒ nuda ⁊c. Ex duobus autem contingit ꝙ aliquid nõ cognoſcatur. ſcʒ aut quia eſt intra aliquid occultatum. Et ſic maxime ſũt occulta que latent in corde quia ipm̃ ẽ valde ꝓfundum ⁊ inpſcrutabile. Jere. 7. Prauũ ẽ cor hominis ⁊ inſcrutabile. Secũdum xo ſeptuaginta interpretes habet̃ ſic. Profundũ eſt cor hominis ⁊c. In corde vero latent cogitationes. Iſtas aũt cognoſcit verbum dei. Eſa. pmo. Auferte malũ cogitationũ veſtrarum ab oculis meis. Et ideo quantum ad hoc dicit diſcretor cogitationuʒ. Alio modo nõ cognoſcitur aliquid qꝛ ẽ oĩno ignotum ⁊ inuiſibile: ⁊ ſic ea que ſunt in voluntate ſunt ignota. In voluntate autẽ ẽ ipã intentio finis que de natura ſuã ẽ inuiſibilis. Quid eñ homo facit vel cogitat manifeſtatur per opus. Sed qua intentione hoc faciat penitus ẽ incertuʒ Iſta autẽ nõ ſunt occulta deo. p̃s. Scrutans corda ⁊ renes id ẽ cogitationes ⁊ intentiones. ¶ Sciendũ eſt autẽ ꝙ illud qᷦ dicit penetrans referri poteſt ad operationeʒ vt dictũ eſt. Et ſic differũt penetrans ⁊ diſcretor. Si autem referatur ad cogitationem tunc qᷦ hic dicit. Et diſcretor: ẽ expoſitio illius. Quaſi dicat. Tu dicis ꝙ ẽ penetrabilior ⁊c. Uerũ eſt quia eſt etiã diſcretor cõpagum ⁊ medullarum id ẽ cogitationum ⁊ intentionũ. Compages enim dicunt̃ quedam colligationes: ⁊ ſic cogitatio ĩ qua ẽ quaſi quedam colligatio terminorum põt dici cõpago dum de vno tendit in aliud. Eſa. 58. Diſſolue colligationes impietatis. Itẽ Eſa. 5. Ue qui trahitis iniq̃tates in funiculis vanitatis. Item medulla ẽ intima latens in oſſibus. Job. 21. Medullis oſſa illius irrigantur. ¶ Deinde cum dicit. Et nõ ẽ vlla creatura ⁊c. oſtendit ꝙ illud qᷦ ſm̃ naturã ẽ inuiſibile nõ ẽ occultum deo Qꝫ eñ aliquid nõ videatur a nobis hoc eſt qꝛ ſimplici⁹ ⁊ ſubtilius eſt oculo noſtro ſiue corporali ſiue ĩtellectuali: ſicut ſunt ſubſtantie ſeparate quas in vita iſta videre nõ poſſum⁹. Diuino autẽ intellectu nihil ẽ ſimplici⁹ vel ſubtilius: ergo nulla creatura eſt inuiſibilis in cõſpectu eius. Sed nunquid cognoſcit in vniuerſali tm̃ ſicut q̃dã voluerunt? Nõ: ſed omnia nuda ⁊ aperta ſunt oculis ei⁹ Per oculũ autẽ intelligit̃ vis cognitiua. Intelliguntur eñ ſpũalia per ſenſibilia. Signanter aũt dicit in plurali oculos propter diuerſitatẽ intellectorum quia nõ cognoſcit vnum tm̃ ſed etiam multitudinem rerũ. Dicit etiam nuda ⁊ aperta. Dupliciter eñ cognoſcitur aliq̃d. Uno modo in ſuperficie. Alio modo ĩ ꝓfundo ſicut homo nudus videt̃ in ſupficie: nõ autem veſtitus ſed oĩa deo manifeſta ſunt que videntur in ſupficie. Nihil eñ eſt extra qᷦ impediat cognitionem dei: ſicut veſtis impedit ne videatur homo. Et iõ dicit nuda. Job. 26. Nudus ẽ infernus corã illo. Dicit etiã aperta quia nihil ẽ ita occultum in re ꝙ dei cognitionẽ effugiat. ¶ Conſequenter oſtendit perfectionem auctoritatis ipius cum dicit. Ad quem nobis ſermo ⁊c. Iſta vero auctoritas ẽ auctoritas iudicandi. Act. 10. Ipe eſt qui cõſtitut⁹ eſt a deo iudex viuorum ac mortuorum. Ad iſtũ ergo nobis ſermo vt ſcʒ reddamus rõnem de opibus noſtris. 2. Cor. 5. Oĩs nos manifeſtari oportet ante tribunal xp̃i vt referat vnuſq̃ſq; ꝓpria corpis ꝓut geſſit ſiue bonũ ſiue malũ ſit. Et iõ qꝛ ſic ẽ potẽs ſic ſciẽs ⁊ ſic magn⁹: feſtinem⁹ ergo ĩgredi ⁊c.

## Lectio tertia.

Habentes ergo pontificem magnuʒ qui penetrauit celos ieſum filiũ dei teneamus ſpei noſtre cõfeſſionem. Nõ enim habemus pontificem qui nõ poſſit cõpati infirmitatib⁹ noſtris: tẽptatũ aũt per omnia pro ſimilitudine abſq; peccato. Adeam⁹ ergo cum fiducia ad thronum gr̃e eius: vt miſericordiã cõſequamur: et gr̃am inueniam⁹ in auxilio oportuno.

Supra apoſtolus monuit ad feſtinandũ ingredi in requiem dei: ⁊ ad hoc inducendum poſuit magnitudinem xp̃i quantũ ad diuinam naturam: hic oſtendit idẽ quantũ ad humanã naturam. et circa hoc facit tria. Primo eñ ponit eius dignitatem. Scdo oñdit ei⁹ pietatẽ ibi. Nõ eñ non habemus pontificem ⁊c. Tertio inducit ad habendam de eo fiduciam ibi. Adeamus ergo ⁊c. Dicit ergo. Ita dictũ ẽ ꝙ nobis eſt ſermo ad eum q̃ eſt viu⁹ ſermo: verus iudex ⁊ pontifex. Ergo habentes pontificem ⁊c. p̃s. Tu es ſacerdos in eternum. ⁊c. Nec et tantum pontifex ſed etiam magnus Zacharie. 3. Et oſtendit mihi dominus ieſum ſacerdotem magnũ ſtantem coram angelo ⁊c. Hic autẽ dicitur magnus qꝛ nõ eſt pontifex tm̃ bonorum tp̃alium ſed ⁊ futurorum. Infra. 9. Xp̃s aſſiſtens pontifex futuroꝝ bonorum ⁊c. Duo autem pertinebant ad magnum pontificem. Unum quo ad officiũ ſcʒ ſemel in anno cum ſanguine intrare in ſancta ſanctoꝝ: ſic habetur infra. 9. ⁊ Leuit̃. 16. Hoc aũt precipue conuenit xp̃o. Ille eñ intrat cum ſanguine in ſancta figuralia: ſʒ xp̃s per ꝓprium ſanguinẽ intrauit in ſancta id ẽ ſacra celeſtia. et ideo dicit. Qui penetrauit celos. Scdm̃ eſt ꝙ debebat eſſe ex certa tribu ſcʒ de ſtirpe aaron: ſicut dicit̃ Exo. 29. ⁊ numeri. 16. ⁊. 17. Hoc autem cõpetit xp̃o qui eſt nobilioris originis. Unde dicitur filius dei. Mat. 3. Hic eſt fili⁹ meus dilect⁹. p̃s. Fili⁹ meus es tu ⁊c. Quia ergo habemus hunc pontificem teneamus confeſſionem id eſt inhereamus corde: quia vt dicitur Ro. 10. Corde creditur ad iuſticiam: ore autem confeſſio fit ad ſalutem Hanc autẽ cõfeſſionem requirit a nobis xp̃s pontifex maximus. Mat. 8. Qui me confeſſus fuerit corã hominibus ⁊c. Sed dicit ſpei noſtre: qᷦ dupliciter põt intelligi Uno modo ꝙ confeſſio prout hic ſumitur ſit confeſſio fidei. Fides autem ẽ principium ſpei: ſicut habet̃ ex glo. Mat. pmo. Abraam autẽ genuit yſaac id ẽ fides genuit ſpem nõ quideʒ q̃tũ ad habitũ ſʒ q̃tũ ad ordineʒ actus. Nullus eñ põt ſperare nec dʒ niſi qᷦ põt ꝯſequi. Qꝫ aũt poſſumus conſequi eterna habem⁹ ꝑ fideʒ. Ul ꝯfeſſiõeʒ ſpei. i. ei⁹ de quo ſperamus ſcʒ videre ꝓmam veritatem.

¶ Deinde cum dicit. Non eñ habemus ⁊c. ne forte credatur ꝙ non poſſit aliquid agere preter id qđ exigit eiꝰ iuſticia. oſtendit in ipſo etiam eſſe miſericordiam et pietatem. Et iſta reſpiciunt miſeriã. ⁊ hoc precipue conuenit chriſto. Vñ dicit. Qui nõ poſſit compati ⁊c. ¶ Sciendum eſt autẽ ꝙ ly poſſe aliquãdo importat non nudã potentiã: ſed ꝓmptitudinẽ ⁊ aptitudinẽ chriſti ad ſubueniendũ. ⁊ hoc quia ſcit ꝑ experientiã miſeriã noſtrã: quã vt deus ab eterno ſciuit ꝑ ſimplicem noticiaꝫ. pſ. Miſericors eſt deus timentibꝰ ſe: quoniã ipſe cognouit figmẽtum noſtrum. Unde ſubdit. Pro ſimilitudine ſcꝫ noſtri temptatum. Eſt autẽ triplex temptatio. Una q̃ eſt a carne quando ſcꝫ caro concupiſcit aduerſus ſpũm vt dicitur Gal. 5. Et iſta non eſt ſine peccato. qꝛ vt dicit auguſtinꝰ Non nullum peccatum eſt cum caro concupiſcit aduerſus ſpũm. qꝛ hoc eſt carnem concupiſcere. Sed hoc non fuit in chriſto. ⁊ ideo dicit. Abſq; peccato id eſt abſq; minimo motu peccati. 1. Pe. 2. Qui peccatũ non fecit nec inuentus eſt dolus in ore eius. Et ideo dicit agnus dei. Jo. 1. Alia eſt temptatio ab hoſte ⁊ a mundo. ⁊ hoc dupliciter. Uel alliciendo ꝑ ꝓſpera. vel terrendo ꝑ aduerſa Et his duobꝰ modis fuit temptatus xp̃s. Fuit eñ allectus proſperis. Quicquid eñ ꝑtinet ad proſperitatem huius vite vel pertinet ad concupiſcentiam carnis. vel ad concupiſcentiã oculoꝝ. vel ad ſuperbiã vite. De primo eñ temptauit eum diabolus quando temptauit eum de gula que eſt mater luxurie. Matth. 4. Si filius dei es dic vt lapides iſti panes fiãt. Item de inani gloria cũ dixit. Mitte te deorſum. Item de cõcupiſcentia oculoꝝ dicens. Hec om̃ia tibi dabo ⁊c. Luc. 4. Cõſumata om̃i temptatione diabolus receſſit ab illo vſq; ad tempꝰ. Itẽ fuit temptatus ꝑ aduerſa ⁊ inſidias a phariſeis: quia volebant eum capere in ſermone. Matth. 22. Item ꝑ contumelias. Matth. 27. Uah qui deſtruis templũ dei ⁊c. Item ꝑ flagella ⁊ tormenta. Excepta ergo temptatione que eſt cum peccato ꝑ om̃ia ſimilis nobis temptatus eſt. Dicit autẽ ſm ſimilitudinẽ quod poteſt dupliciter exponi. Uno modo ꝙ ly ſm denotet cauſam finalem. Quaſi dicat. Ideo temptatus eſt vt daret nobis exemplũ vt ſm ſimilitudinem eius temptationẽ ſuſtineremus ⁊ om̃ia conaremur vincere. 1. Pe. 2. Chriſtus paſſus eſt ꝓ nobis vobis relinquens exemplũ ⁊c. Uel poteſt denotare ꝯſequentiã. Quaſi dicat. Ideo temptatus eſt vt ꝑ om̃ia tã in temporalibus q̃ in omnibꝰ aliis niſi in ſolo peccato ſimilis eſſet nobis. Si eñ fuiſſet ſine temptationibꝰ nõ fuiſſet eas expertus: ⁊ ſic non compateret. Si vero habuiſſet peccatuꝫ non potuiſſet nos iuuare: ſed magis indigeret adiutorio. ¶ Deinde cum dicit. Adeamus cũ fiducia ⁊c. inducit ad habendã fiduciam de ipſo. q̃ſi dicat Ex quo ſic poteſt cõpati adeamus cũ fiducia. Eſa. 12. Ecce deus ſaluator meus fiducialiter agam ⁊c. Adeamus dico ad thronum. Thronus dicit ſedes regis. xp̃s autẽ rex ẽ Iere. 23. Regnabit rex ⁊ ſapiens erit ⁊c. Hic autẽ thronus duplicem habet ſtatum. Unũ iuſticie in futuro pſ. Sediſti ſuꝑ thronũ qui iudicas iuſticiaꝫ. Hoc erit in futuro. pſ. Cum accepero tempus ego iuſticias iudicabo. Eſt alius thronus gratie ſcꝫ in preſenti quãdo eſt tẽpus miſerendi. Zach. 4. Exequabit gratiã gratie. Per gratiam aũt chriſti liberamur ab omni miſeria: quia liberamur a peccato quod facit miſeros populos ꝓuer. 14. Et ideo dicit. Ut miſericordiaꝫ conſequamur. Item per gratiam chriſti iuuamur ad bona operanda. Et ideo dicit. Et gratiam inueniamus. Luc. 1. Inueniſti gratiam apud dominũ. Et hoc in auxilio oportuno quo adiuuemur ad bene operandũ. pſ. Auxilium meum a dño ⁊c. Iſtud aũt auxiliũ ẽ ꝑ grãꝫ. 1. Corin. 15. Abũdantiꝰ illis laboraui. non autẽ ego: ſed gratia dei mecum. Hoc autẽ oportet eſſe cõgruo tẽpore. Ideo dicit. Auxilio oportuno. Omni eñ negocio tempus ⁊ oportunitas. Ecc. 8. Hoc eſt tempus preſens qđ eſt tempus miſerẽdi.

## Capitulum quintũ

Omnis nãq; pontifex ex hominibus aſſumptus ꝓ hominibus cõſtituit in his que ſunt ad deum: vt offerat dona ⁊ ſacrificia ꝓ peccatis. Qui cõdolere poſſit his qui ignorãt ⁊ errant: quoniaꝫ ⁊ ipſe circumdatus eſt infirmitate: ⁊ ꝓpterea debet quemadmoduꝫ pro populo: ita etiam pro ſemetipſo offerre pro peccatis. Nec quiſq̃ ſumit ſibi honorem: ſed qui vocatur a deo tanq̃ aaron. Sic ⁊ chriſtꝰ nõ ſemetipſum clarificauit vt pontifex fieret. ſed qui locutꝰ eſt ad eũ. Filius meꝰ es tu: ego hodie genui te. Quẽadmodum ⁊ in alio loco dicit. Tu es ſacerdos in eternũ ſcđm ordinem Melchiſedech. Qui in diebus carnis ſue preces ſupplicationeſq; ad eum qui poſſit illum ſaluũ facere a morte: cum clamore valido ⁊ lachrymis offerẽs exauditus eſt ꝓ ſua reuerentia.

Sicut a principio huius ep̃le dictum fuit intentio ap̃li ẽ oſtendere xp̃m excellentiorem eſſe omnibus his ex quibus lex habet auctoritatẽ ſcꝫ angelis quoruꝫ miniſterio data fuit. Gal. 3. Ordinata ꝑ angelos ⁊c. Ex moyſe qui fuit legiſlator. Jo. 1. Lex ꝑ moyſen data eſt. Et ſacerdotio ⁊ pontificatu aaron ꝑ quẽ lex adminiſtrat. Expeditꝰ ergo de duobꝰ ꝓmis: hic ꝓſequit de tertio ſcꝫ de eminẽtia ſacerdotij xp̃i ad ſacerdotiu ꝫ aaron. Et circa hoc duo facit. Primo eñ oſtendit chriſtũ eſſe pontificẽ. Secundo oſtendit ipſum eſſe excellentiorẽ pontifice veteris legis ĩ ſeptimo capitulo ibi. Hic eñ melchiſedech ⁊c. Itẽ in ꝓma ꝑte duo facit. Primo oſtendit chriſtum eſſe pontificem. Scđo preparat aures audito ꝝ ad ꝯſeq̃ntia. ibi. De quo nobis grandis eſt ſermo ⁊c. Adhuc circa ꝓmuꝫ duo facit. Primo oſtendit que requirant ad pontificem. Secũdo oſtendit illa conuenire xp̃o. ⁊ ſic concludit ip̃m ibi eſſe pontificẽ. Sic et xp̃s nõ ſemetipſuꝫ ⁊c. Itẽ in prima ꝑte tria facit. Primo deſcribit pontificale officium. Secũdo oſtendit pietatẽ que pontifici neceſſaria eſt ibi. Qui condolere poſſit ⁊c. Tertio oſtendit modum ꝑueniendi ad pontificatũ ibi. Nec quiſq̃ ſumit ⁊c. ¶ Circa officium quattuor ponit. Primo cui conuenit. Secũdo vtilitatẽ ibi. Pro hominibꝰ ⁊c. Tertio materiã ibi. In his que ad deum ⁊c. Quarto actum ibi. Ut offerat dona ⁊c. Iſtud autẽ officium conuenit homini non angelo Et ideo dicit ꝙ ita dictuꝫ ẽ ꝙ habemꝰ pontificẽ magnũ ⁊ talis eſt chriſtus. Nãq; ꝓ quia omnis pontifex ex hoĩbus aſſumptus debet etiaꝫ eſſe de numero hominũ. Uoluit aũt deus vt homo habeat ſimilẽ ſui ad queꝫ currat. Unde ⁊ eccleſia ordinauit ꝙ quando vtilis inueniẗ aliquis de collegio non eligatur extraneus. Oſee. 2. Dabo eis vinitores ex eodem loco. Deuẗ. 17. Eum cõſtitues quem dñs deus tuus elegerit de numero fratrũ tuoꝝ. Non poteris alterius gentis hoĩem regem facere qui nõ ſit frater tuus. Dicit aũt aſſumptus. quia debet alios excellere ſicut patet de ſaule. 1. Reg. 10. Et ideo xp̃s. Jo.

T

vltimo. interrogat petrum quem volebat preficere ſi diligeret ipſum plus alijs. ¶ Finis ⁊ vtilitas eſt: qꝛ ꝓ hominibus conſtituit᷑ id eſt ꝓ ipſoꝝ vtilitate. Non eñ cõſtituit᷑ ꝓpter gloriaꝫ. non ꝓpter cumulandas diuitias. nec ꝓpter conſanguineos ditandos. 2. Corin. 4. Nos autẽ ſeruos veſtros ꝑ ieſum. et vltimo. Scđm poteſtatẽ quam deus dedit mihi in edificationẽ et non in deſtructionem. Si vero aliquis querit quod ſuuꝫ eſt nõ eſt paſtor ſed mercenarius. ¶ Materia dignitatis eſt quia põtifex ꝑncipat᷑. Nã ſicͭ dux vel rector in ciuitate: ita iſte in his que ad deum ſupple ordinãt᷑. Exo. 4. Tu eris ei in his que ad deum pertinent ⁊c. 2. Corin. 10. Arma militie noſtre non ſunt carnalia ⁊c. Sicut ergo illa que pertinent ad dei cultum excedunt temporalia: ita dignitas pontificalis excedit omnes alias dignitates. Non ergo pontifices debent ſe implicare negocijs ſecularibus pretermiſſis his que ſunt ad deum. 2. Ti. 2. Nemo militãs deo ⁊c. ¶ Actus pontificis eſt offerre dona id eſt volũtarie oblata non extorta. Exo. 25. Ab om̃i homine qui offert vltroneus accipietis ⁊ ſacrificia que ſibi offerunt᷑ pro ſatiſfactiõe peccatoꝝ ⁊c̃. Leuit᷑. 4. Pro eis rogabat ſacerdos ⁊ ꝓ peccatis eiꝰ ⁊ dimittent᷑ ei. In quo deſignat᷑ ꝙ omne quod offert᷑ ſiue voluntarium ⁊ votiuũ ſiue pro ſatiſfactione debet offerre ſm̃ diſpoſitionẽ prelati. ¶ Cõſequenter cum dicit. Qui condolere poſſit ⁊c. oſtendit quid requirat᷑ ad vſum: ſcꝫ pietas. Et circa hoc tria facit. Primo eñ oſtendit ꝙ ad vſum pontificis requirit᷑ miſericordia ⁊ pietas. Scđo oñdit ꝙ requirit᷑ miſericordie motiuũ ibi. Quoniã ⁊ ipſe ⁊c. Tertio oñdit miſericordie ſignum ibi. Et ꝓpterea debet ⁊c. Dicit ergo dico ꝙ debet eſſe in his ꝗ ad deum. tamẽ debet eſſe medius inter hominem ⁊ deum Deut᷑. 5. Ego medius ⁊ ſequeſter fui inter dñm ⁊ vos. Sicut ergo ꝑ deuotionem orationis debet tangere deum tanꝗ vnum extremũ. ſic ꝑ miſericordiam ⁊ compaſſionẽ debet tangere alteꝛꝫ extremum ſcꝫ hominẽ. Et ideo dicit. Qui condolere poſſit. 2 Corin. 11. Quis infirmat᷑ ⁊ ego non infirmor. E contrario Amos. 6. Nihil patiebant᷑ ſuper contritione ioſeph: Duplex eſt autẽ defectus. Quidam eñ deficiũt ex ignorantia. Et ideo dicit. Eorũ qui ignorant. Eſt autẽ ꝓprie ignorare carere ſciã eoꝝ que ꝗs debet ſcire. Quidã ꝟo ex certa ſciã. Et ꝗtuꝫ ad hoc dicit. Et errãt. ¶ Motiuũ pietatis ponit cum dicit. Quoniã ⁊ ipſe ⁊c. Iſtud motiuuꝫ eſt infirmitas. Et illi qui preſunt aliquãdo infirmãt᷑ 2. Corin. 4. Habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus ⁊c. Et ratio huius eſt vt ex ſe aliorum infirmitatibꝰ cõpatiant᷑. ⁊ ideo dominus ꝑmiſit cadere Petrũ. Ecc̃. 31. Intellige que ſunt proximi tui ex teipſo. Et ideo dicit. Quoniã ⁊ ipſe circumdatꝰ ẽ infirmitate ſcꝫ ꝗtũ ad penalitates ⁊ culpam. pſ̃. Miſerere mei deus quoniam infirmus ſum. Sap̃. 9. Homo infirmus ⁊ exigui temporis ⁊c. Et nota ꝙ dicit. Circumdatus. Carnales eñ habent infirmitatẽ peccati in interioribus. Ratio eñ ⁊ volũtas in ipſis ſubdite ſunt peccato. Sancti vero habẽt in exterioribus. quia nõ ſunt ſubiecti peccato. tamẽ ſunt circumdati fragilitate carnis Ro. 7. Mente ſeruio legi dei. carne aũt legi peccati. Signũ autẽ huiꝰ ẽ qꝛ ⁊ in veteri lege ſicut patet Leuit᷑. 9. et. 16. et etiam modo ſicut patet in canone miſſe cum dicit᷑. Nobis quoqꝫ peccatoribus ſtatutum eſt ꝙ ſacerdos offerat etiam ꝓ ſe: quod nõ fieret niſi eſſet infirmitas peccatorum quibus eſt circũdatus nõ oppreſſus. Si eñ ſit in mortali peccato non debet celebrare. Et ideo dicit ꝙ ꝓpterea debet quẽadmodum ꝓ populo etiam ꝓ ſe offerre ꝓ peccatis. ¶ Conſequenter ponit modum ꝑueniendi ad pontificatũ cum dicit. Nec quiſꝗ ⁊c. Hoc eſt eñ contra naturam ꝙ aliquid ꝑducat ſe ad ſtatum altiorẽ ſua natura ſicut aer nõ facit ſeipſum ignem: ſed fit a ſuperiore. Unde diſciplina dei non habet ꝙ quiſꝗ ſibi ſumat honorẽ fauore: pecunia: potentia: Amos. 6. In fortitudine eñ noſtra aſſumpſimus nobis cornua. Oſee. 8. Ipſi regnauerunt ⁊ non ex me. Sed debet vocari a deo ſicut aaron. Exo. 28. Applica ad te aaron. Et ideo dominus confirmauit ſacerdotium eius. ſicut patet Numeri. 17. per virgam que floruit. Tales ergo debent aſſumi ꝗ non ſe ingerunt. Unde antiquitus ſigno viſibili oſtẽdebant᷑ ſicut patet de beato nicolao ⁊ multis alijs. ¶ Deinde cũ dicit. Sic ⁊ xp̃s ⁊c. oſtendit quomodo chriſtus ſit pontifex. Et circa hoc duo facit. Primo eñ oſtendit quõ dicta conueniũt xp̃o Secundo ex hoc concludit intentum ibi. Appellatus ẽ a deo. ⁊c. Circa ꝑmuꝫ tria facit. Primo eñ oſtendit ꝙ xp̃s factus eſt pontifex non a ſe ſed a deo. Secũdo agit de ipſiꝰ officio ibi. Qui in diebꝰ carnis ſue ⁊c. Tertio de ipſius miſericordia ibi. Et quidẽ cum eſſet ⁊c. Circa ꝑmum duo facit. qꝛ ꝑmo oſtendit ꝙ xp̃s non ꝓmouit ſe ipſum. Secundo oſtendit a quo ſit ꝓmotus. ibi. Sed qui locutus eſt ⁊c. Dicit ergo. xp̃s non ſemetipſum clarificauit. ⁊c. Circa quod ſciendũ eſt ꝙ non dicit non fecit ſeipſum pontificem: ſed dicit non clarificauit ⁊c. Sunt eñ quidã ꝗ ſe clarificãt vt fiant ſicut ypocrite: qui demõſtrant in ſe aliqua vt eligant᷑ vel prebendas conſequant᷑ nullus tamen facit ſe pontificem. chriſtus vero non ſolũ non fecit ſe pontificeꝫ: ſed nec ſe clarificauit vt fieret Io. 8. Ego gloriam meã nõ quero. Et paulopoſt ſequit᷑. Eſt pater meus qui glorificat me. Et hoc eſt verum inquantum homo. quia inꝗtum deus habet eandem gloriã cũ patre. ¶ Deinde cum dicit. Sed qui locutus eſt ⁊c. oſtẽdit a quo eſt ꝓmotus. Et ꝑmo oſtendit a quo eſt clarificatus. Secũddo quomõ eſt pontifex deſignatus ibi. Et in alio loco ⁊c̃. Clarificatus autẽ eſt diuino iudicio. qꝛ ſcꝫ dominus locutus eſt ad ipſuꝫ in pſ̃. Filius meus es tu ⁊c̃. Et hoc eſt expoſitum ſupra. Item Matth. 3. Hic eſt filius meus dilectus ⁊c. Cum ergo oſtẽdit eũ ab eterno genitum oſtendit gloriam eius. ſupra. 1. Qui cum ſit ſplendor glorie ⁊c̃. Pontificatus etiam accipit᷑ a deo inꝗtuꝫ homo quẽadmodũ in alio loco dicit. ſcꝫ in pſ̃. Tu es ſacerdos ineternũ ⁊c. Utit᷑ aũt apl'us auctoritate pſ̃. tanꝗ magis famoſa ⁊ maioris auctoritatis vtpote magꝭ frequentata. Dicit autẽ ſacerdos quia ſe obtulit deo patri. Eph. 5. Dilexit nos ⁊ tradidit ſemetipſum ꝓ nobis oblationem ⁊ hoſtiaꝫ deo ⁊c. Et ne credat᷑ tale eſſe ſacerdotiũ xp̃i ſicut fuit in veteri lege. diſtinguit ipſum ꝗtuꝫ ad duo. Primo quantũ ad dignitatẽ: qꝛ ineternum. Illud enim fuit temporale. erat eñ figurale: ⁊ ideo non eſt perpetuũ: ſed tranſit veniente figurato. Sed ſacerdotiuꝫ xp̃i eſt eternum. qꝛ eſt de veritate que eſt eterna. Itẽ hoſtia eius habet virtutem introducendi in vitam eternã. Item durat ineternum. Secundo ꝗtum ad ritum: quia offerebant᷑ animalia. hic aũt panis ⁊ vinũ. Et ideo dicit. Scđm ordinem melchiſedech. Iſtud autẽ infra exponetur. ¶ Deinde cum dicit. Qui in diebus ⁊c. oſtendit ꝙ illud quod ꝑtinet ad officium pontificale conuenit xp̃o. Et ꝑmo oſtendit eius conditionem. Secundo actũ eius ibi. Preces ſupplicationeſqꝫ ⁊c. Tertio efficatiam ibi. Cum clamore valido ⁊c. Conditio eius eſt ꝙ fuit vnꝰ ex hominibus. quia vt dictum eſt pontifex ex hominibꝰ aſſumit᷑: Et ideo dicit. Qui in diebus carnis ſue ⁊c. Ponitur autem hic caro ꝓ tota natura humana. ſicut illud Io. 1. Uerbum caro factum eſt. Sed nunquid modo nõ ſunt dies carnis eiꝰ? Et videt᷑ ꝙ ſic ꝑ illđ Luc. vl. Spiritus carnem ⁊ oſſa non habet ſicut me videtis habere. Quare ergo magis dicit᷑ tempus ante paſſionẽ ⁊ reſur-

rectionem ſuam tempus vel dies carnis ꝙ nunc. Dicen
dum eſt ꝙ caro qñqꝫ ſumit ꝓ fragilitate carnis. ſicut .1.
Corin.15. Caro ꝛ ſanguis regnum dei poſſidere nõ poſ
ſunt. Chriſtus autẽ tunc habuit carnem fragilem ꝛ cor-
ruptibilem. Et ideo dicit. In diebus carnis ſcꝫ in quib⁹
gerebat carnem ſimilẽ peccatrici nõ peccatricẽ. ¶ Act⁹
autem eius fuit. qꝛ obtulit preces ꝛ ſupplicationes. hoc
eſt ſpirituale ſacrificium qđ xp̃s obtulit. Dicunt aũt pre
ces id eſt petitiones Iac. vltimo. Multũ eñ valet dep̃-
catio iuſti aſſidua. Supplicationes vero dicunt quantũ
ad humilitatẽ orantis ſicut genuflexiones. Matth.26.
Procidit in faciem ſuam orans. Ad quẽ: Ad deum pa
trem qui ſaluũ illum facere poſſet a morte. Hoc autẽ po-
terat facere dupliciter. Uno modo ne moreret. Unde di
citur Matth.26. Pater ſi fieri poteſt ꝛc. Item vt mor-
tuum reſuſcitaret. pſ. Non derelinques in inferno aĩam
meã. Itẽ Tu autẽ domine miſerere mei ꝛ reſuſcita me.
Ad iſtud ſacrificium ſpũale ordinat ſacerdotiũ xp̃i. Uñ
reſpondet ei quod dictuꝫ eſt ſupra. Ut offerat dona ꝛc.
pſ. Sacrificiũ laudis honorificabit me. Oſee.14. Red
demus vitulos labioꝝ noſtrorum. ¶ Efficatia oſtendit
ex mõ orandi. Duo aũt ſunt neceſſaria oranti. ſcꝫ feruẽs
affectio. Item dolor ꝛ gemit⁹. De his duobus. pſ. Do-
mine ante te omne deſiderium meũ. ꝙtum ad primũ. Et
gemitus meus a te non eſt abſconditus. ꝙtum ad ſecun
dum. Chriſtus aũt iſta duo habuit. ideo ꝓpter primũ di
cit. Cum clamore valido id eſt cum intentione efficaciſſi
ma Luc.22. Factus in agonia ꝛc. Et .23. clamans ait
Pater ꝛc. Secundũ cum dicit. Et lachrymis. Hoc autẽ
nõ legit de euangelio: ſed ꝓbabile eſt ꝙ ſicut ipſe lachry
matus eſt in reſuſcitatione lazari: ita ꝛ in paſſione ſua.
Nam ipſe multa fecit que non ſunt ſcripta. Non tamen
fleuit ꝓ ſe: ſed ꝓ nobis quibus paſſio ſua profuit. Sibi
autẽ profuit inꝙtum ꝑ ipſam meruit exaltari. Phil.2.
Propter quod ꝛ deus exaltauit illum ꝛc. Et ideo exau-
ditus eſt ꝓ ſua reuerentia quam ſcꝫ ſuꝑ omnes habebat
ad deum. Eſa.11. Et replebit eum ſpũs timoris domini.
Sed contra videt ꝙ non fuit exauditus: quia non ꝓ ſe
quia non tranſiuit calix ab ipſo qđ tñ petebat. Item nec
ꝓ alijs: quia non fuit indultum iudeis quibus petebat
indulgeri. Luc.23. Pater dimitte illis ꝛc. Dicendum
eſt ꝙ xp̃s in omnibus q̃ voluit fieri fuit exauditus. Ipſe
autẽ ſm appetitum ſenſualitatis ꝛ ſm voluntatẽ inꝙtũ
eſt quidam appetitus naturalis refugiebat mortem. Et
ꝙtum ad hoc orabat vt oſtenderet ſe veruꝫ hominẽ. Sꝫ
voluntate conſequente rationẽ deliberatam volebat mo
ri. Unde dicit. Uerumtamẽ non ſicut ego volo: ſed ſicut
tu. Itẽ nolebat ꝙ ignoſceret omnib⁹: ſꝫ illis tñ q̃ credi-
derunt. Et multi poſtea conuerſi ſunt.

## Lectio ſecunda

T quidem cum eſſet filius dei. di
e dicit ex his que paſſus eſt obedi-
entiã ꝛ conſumatus factus eſt om-
nibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis
eterne: appellatus a deo pontifex: iuxta or
dinem Melchiſedech. De quo nobis gran
dis ſermo ꝛ interpretabilis ad dicẽdũ quo-
niam imbecilles facti eſtis ad audiendum.
Etenim cum deberetis magiſtri eſſe propt
tempus: rurſum indigetis: vt vos doceami
ni que ſint elementa exordij ſermonũ dei:
ꝛ facti eſtis quibus lacte opus ſit: non ſoli-
do cibo. Omnis eñ qui lactis eſt particeps
expers eſt ſermonis iuſticie. Paruulus eñ
eſt. Perfectorum autem eſt ſolidus cibus:
eorum qui ꝓ ipſa conſuetudine exercitatos
habent ſenſus ad diſcretionẽ boni ac mali.

Supra poſuit tria que ꝑtinent ad pontificem. ꝛ oſtendit
duo illorum conuenire chriſto. ſcꝫ officium et modũ ꝑue
niendi ad ipſum: hic ꝓſequit tertium ſcꝫ pietatem ꝛ mi-
ſericordiaꝫ quã pontifex debet habere. Et circa hoc duo
facit. Primo oſtendit illud qđ paſſus eſt. Secũdo que
vtilitas conſecuta eſt etiam alijs ibi. Et conſumatus fa-
ctus eſt ꝛc. Dicit ergo. Ita dixi ꝙ pontifex debet eſſe ta
lis ꝙ poſſit compati. Talis autẽ eſt xp̃s. Cũ eñ ſit fili⁹
dei ab et̃no ꝛ ſcđm hoc nec pati poſſet nec cõpati: aſſum-
pſit naturã in qua poſſet pati. ꝛ ſic etiã poſſet compati.
Et hoc eſt quod dicit. Quia cũ eſſet filius dei ſcꝫ ab eter
no didicit obediẽtiã ex tẽpore. Cõtra addiſcere eſt igno
rantis. xp̃s autẽ ab eterno vt deus: ꝛ ab inſtanti cõcepti-
onis ſue habuit plenitudinem ſcientie inquantũ homo.
ergo nihil ignorauit nec ꝑ cõſequens didicit. Reſpon-
deo dicendũ eſt ꝙ duplex eſt ſcientia. ſ. ſimplicis noticie
Et ꝙtum ad iſtam ꝓcedit argumentũ: qꝛ ſcꝫ nihil igno-
rauit. Eſt etiam ſcientia experientie. ꝛ ſm iſtam didicit
obedientiam. Unde dicit didicit. id eſt expertus eſt. Et
loq[illegible] aplus ſic. quia qui didicit aliquid voluntarie ac-
ced[illegible] iſtud ſciendum. chriſtus autẽ voluntarie acce-
pit infirmitatem noſtram. Et ideo dicit ꝙ didicit obedi-
entiam id eſt ꝙ graue ſit obedire. quia ipſe obediuit in
ꝑuiſſimis ꝛ difficilimis. qꝛ vſqꝫ ad mortẽ cruc[illegible]. Phil.2
et Ro.5. Per obedientiam vnius iuſti conſtituti ſunt
multi. ¶ Deinde cum dicit. Et conſumatus ꝛc. oſtendit
fructum paſſionis qui fuit duplex. Unus in chriſto. ali⁹
in membris eius. In chriſto fructus fuit glorificatio. Et
ideo dicit. Et conſumatus ꝛc. Nam ab inſtanti conce-
ptionis ſue fuit conſumatus perfectus quantum ad bea-
titudinem aĩe inquantũ ferebat in deũ. ſed tamẽ habuit
paſſibilitatem nature. Sed poſt paſſionem habuit im-
paſſibilitatem. Et ideo quia ſm hoc ex toto perfectus ẽ
conuenit ſibi alios perficere. Hec eſt eñ natura ꝑfecti ꝙ
poſſit ſibi ſimile generare. ꝛ ideo dicit ꝙ perfectus eſt.
Quia eñ ꝑ meritũ obedientie ꝑuenit ad iſtam conſuma
tionẽ. ꝓuer.21. Uir obediens loquet victorias. Factus
eſt cauſa ſalutis nõ tẽporalis ſꝫ eterne Eſa.45. Salua-
tus eſt iſrl' in dño ſalute eterna. Et iđ dicit ꝙ appellat⁹
eſt ꝛc. ꝛ hoc eſt ſupra expoſitũ. ¶ Deinde cum dicit. De
quo nobis grandis eſt ſermo ꝛc. preparat animos audi-
torum ad ſequentia que dicenda ſunt de pontificatu xp̃i
Et circa hoc duo facit. Primo eñ oſtendit eorũ tardita-
tem. Secũdo ſuam intentionem cum dicit. 6. ca. Qua-
ꝓpter intermittentes ꝛc. Iterum ꝑma in duas. qꝛ ꝑmo
oſtendit tarditatem. Secũdo oſtendit ipſam eſſe culpa-
bilem ibi. Etenim cum deberetis ꝛc. Item circa primaꝫ
partem duo facit. Primo oſtendit dicendoꝝ magnitudi
nem. Secundo ipſorum tarditatem ad ea capienda ibi.
Quoniam imbecilles ꝛc. Dicit ergo. Ita dixi ꝙ appel-
latus eſt pontifex de quo ſcꝫ pontificatu grandis nobis
ſmo ẽ qꝛ de magnis. ꝓuer.8. De reb⁹ magnis locutura
ſum. Item grandis qꝛ de vtili. ſcꝫ de ſalute animaꝝ. 1.
Ti.1. Fidelis ſermo ꝛ omni acceptione dignus. qꝛ xp̃s
ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere.
ꝛc. Iſte ſermo eſt interpretabilis. quod poteſt dupliciter
exponi. Uel ꝙ fiat ibi vis negationis interpretabilis id
eſt non exponibilis. qꝛ non poteſt ad perfectum exprimi

Que eñ ad xp̄m pertinent nullus ſermo exprimere pōt Eccl.43. Glorificātes dñm q̄tumcūq; potueritis ſuper ualebit adhuc ⁊ admirabilis magnificentia eius benedi centes dominū .exaltate illum q̄tum poteſtis maior eſt omni laude. Alio modo affirmatiue interpretabilis id ē indigens interpretatione ꝓpter altitudinē ⁊ magnitudi nem ⁊ ꝓfunditatē eius. puer.1. Animaduertet parabo lam ⁊ interptationē ⁊c. Interpretatio eñ ſcpture nume ratur inter dona ſpūſſancti.1.Corin.12. Indiget etiā vt dicat̄ interpretatio eius ꝓpter tarditatem noſtram. Et ideo ſubdit ipſoꝝ tarditatem cum dicit. Quoniam im becilles ⁊c. Illi qui ſunt debilis intellectus non poſſunt alta intelligere niſi eis exponant̄ ꝑ ſingula. Jo.16. Ad huc multa habeo vobis dicere: ſed non poteſtis porta re modo.1.Corin.3. Non potui vobis loqui quaſi ſpūa libus ⁊c. ¶ Deinde cum dicit. Etenī cum deberetis ⁊c. oſtendit iſtam tarditatem eſſe culpabilem. Et circa hoc tria facit. Primo eñ oſtendit culpam tarditatis. Secū do adhibet ſimilitudinē ibi. Et facti eſtis ⁊c. Tertio ex ponit ibi. Omnis eñ qui lactis eſt particeps ⁊c. culpa enim alicuius eſt qñ diu audiuit ſi adhuc ſit tardus. ſec⁹ autē eſt ſi ſit nou⁹. Negligentia eñ non ē ſine culpa. Jo dicit. Cum deberetis eſſe magiſtri ſcȝ alioꝝ ꝓpter tem pus quo ſcȝ audierant legem ⁊ ꝓphetas Jo.5. Scruta mini ſcripturas ⁊c. Item ipſum chriſtum. Itē aplos et multos ab ipſis conuerſos. Jo.14. Tanto tempore vo biſcum ſum ⁊ non cognouiſtis me. ¶ Rurſum indigetis Quaſi dicat. Magis deberetis docere q̄ doceri tamen indigetis doceri que ſunt elementa. Elementa eñ dicū tur illa que p̄mo tradunt̄ in grāmatica qñ ponunt̄ ad lit teras. Iſta vero ſunt ipſe lr̄e. Exordia ergo ſermonū dei et p̄ma p̄ncipia ⁊ elementa ſunt articuli fidei ⁊ precepta decalogi. Qui ergo diu ſtuduiſſet ī theologia ⁊ illa ne ſciret: tempus curreret contra ipſum. Ideo dicit. Indi getis vt doceamini que ſunt elementa exordii ſermonuȝ dei id eſt p̄ma p̄ncipia.2.Ti.3. Semꝑ diſcentes ⁊ nū q̄ ad ſcientiam veritatis ꝑuenientes. Eſa.65. Puer cen tum annoꝝ morieẗ. peccator centum annoꝝ maledictus erit. ¶ Deinde cuȝ dicit. Et facti eſtis ⁊c. ponit ad hoc ſimilitudinē. Sciendum eſt ergo q̄ doctrina ſacra eſt ſi cut cibus anime Ecc.15. Cibauit illū pane vite ⁊ intel lectus. Et.24. Qui edunt me adhuc eſurient. et qui bi bunt me adhuc ſitient. Sacra ergo doctrina eſt cibus ⁊ potus quia animā potat ⁊ ſatiat. Alie eñ ſcientie tantū illumināt intellectuȝ: hec autē illuminat. pſ. Preceptū domini lucidum illuminās oculos Et etiaȝ nutrit et ro borat animā. In cibo autē coporali eſt differentia. Alio eñ cibo vtunt̄ pueri. ⁊ alio perfecti. Pueri eñ vtunt̄ la cte quaſi magis tenui ⁊ cōnaturali ⁊ defacili conuertibi li. ſed adulti vtunt̄ cibo ſolidiori. Sic in ſacra ſcriptura illi qui de nouo incipiūt debēt audire leuia que ſunt q̄ſi lac: ſed eruditi debent audire fortiora. Et ideo dicit. Fa cti eſtis quibus lacte ⁊c. ſcȝ ſicut pueris.1.Pe.2. Sicut modo geniti infantes rationabiles ſine dolo lac concu piſcite ⁊c.1.Corin.3. Tanq̄ paruulis in xp̄o lac vobis potum dedi non eſcaȝ. ¶ Deinde cum dicit: Omnis eñ qui lactis ⁊c. exponit ſimilitudinē. Et p̄mo exponit illō quod dixit de lacte. Secundo illud quod dixit de ſolido cibo. ibi. Perfectorum autē ⁊c. Circa primū duo facit. Primo enim ponit expoſitionem. Secunddo expoſitio nis rationem ibi. Paruulus eñ eſt ⁊c. Dicit ergo. Ita dico q̄ indigetis lacte ſicut pueri. Omnis eñ qui lactis eſt particeps expers eſt ſermonis iuſticie: id eſt omnis q̄ indiget nutriri lacte expers eſt id ē nō poteſt habere par tem in ſermonib⁹ iuſticie ꝑfecte intelligendis. Matth. 5. Niſi abūdauerit iuſticia veſtra pluſq̄ ſcribaꝝ. puer. 15. In abundanti iuſticia virtus maxima eſt. Muliermo di autē non ſunt ꝑticipes pueri. Eſa.28. Queȝ docebit ſcienciam: aut quē intelligere faciet audituȝ: ablactatos a lacte auulſos ab vberibus. Sed contra q: aplus ſupe rius multa valde difficilia tradidit eis ſcȝ de myſterio trinitatis ⁊ de ſacramento incarnationis ⁊ multa alia ar dua. Ergo vel nō erāt ꝑuuli: vel talia tradēda ſunt puu lis. Rñdeo dicendū eſt ſm aug. q̄ nō ē ītelligēdū q̄ in doctrina fidei alia ſūt tradēda maiorib⁹ ⁊ ꝑfectis. ⁊ alia imperfectis. Non eñ eſt inter eos iſta differentia. Eadē eñ vtriſq; ſunt tradenda. ſed paruulis ꝓponenda ſunt ſed non exponenda nec ꝑtractanda. q: intellectus eoruȝ magis deficeret q̄ eleuaret̄. Lac ſm glo. eſt ſicut verbū caro factum eſt. Contra nō minoris difficultatis eſt hoc intelligere q̄ quō verbū erat apō deū. Unde auguſtin⁹ dicit q̄ iſtud inuenit̄ in libris platonis. non tamen illud Ipſe aūt auguſtinus non poterat ſuſpicari quid ſacramē ti haberet verbum caro factum eſt. Reſpondeo dicendū eſt q̄ cognoſcere verbum caro factum eſt: ꝑ ſimplicē fidē eſt ſatis facile. q: poteſt cadere in imaginatione ⁊ aliq̄li ter in ſenſu. ſed verbum apud deum oīno excedit omneȝ ſenſum. ⁊ non niſi ꝑ rationē poteſt ⁊ cum multa ⁊ maxi ma difficultate comprehendi. ¶ Conſequenter aſſignat rationem cum dicit Paruulus eñ eſt: non quideȝ etate ſed ſenſu. Tripliciter autē aliq̄s dicit̄ paruulus. Eſt eñ aliquis paruulus ꝑ humilitatem. Matth.11. Reuelaſti ea paruulis. Etate. Gal.4. Quāto tempore heres par uulus eſt ⁊c. Senſu.1.Corin.14. Nolite pueri effici ſen ſibus. ſed malicia paruuli eſtote: ſenſibus autē ꝑfecti ſi tis. Et iſto modo accipit̄ hic paruulus. ¶ Deinde cum dicit. Perfectoꝝ autē ⁊c. exponit illud qō dixerat de ci bo ſolido. Hoc eñ patet in corporalib⁹ q̄ qñ hō ꝑuenit ad etatem ꝑfectam: vtitur fortiori ⁊ nobiliori ⁊ ſolidiori cibo. Sic ſpūalis qñ ꝑuenit ad ꝑfectionem ſpūalem de bet ei ꝓponi doctrina ſolidior. Iſta autē perfectio du plex eſt. Una eſt perfectio ſm intellectum qñ aliq̄s habȝ iudicium intellectus ad recte diſcernendum et iudican dum de his que ſibi ꝓponunt̄. Alia eſt perfectio ſm affe ctuȝ quā facit charitas que eſt cum aliquis totaliter deo inheret. Unde Matth.5. poſt precepta charitatis di citur Eſtote ergo perfecti ⁊c. Eſt autē perfectio charita tis vt dicit auguſtinus vbi nulla eſt cupiditas. Quanto eñ quis magis aſcendit in deū: tāto plus contemnit tē poralia. pſ. Quid eñ mihi eſt in celo ⁊c. Hoc eñ habȝ ſacre ſcpture doctrina q̄ in ipſa non tm̄ tradunt̄ ſpecu landa ſicut in geometria: ſed etiaȝ approbāda ꝑ affectū. Unde Matth.5. Qui autē fecerit et docuerit ⁊c. In ali is ergo ſcientijs ſufficit q̄ homo ſit ꝑfectus ſm intelle lectuȝ. In iſtis vero requirit̄ q̄ ſit ꝑfectus ſm intellectū ⁊ affectum. Loquendū eſt igit̄ alta myſteria ꝑfectis.1. Corin.2. Sapientiā loq̄mur inter ꝑfectos. Unuſquiſq; eñ ſm q̄ eſt diſpoſitus ſic iudicat: ſicut iratus aliter iu dicat durante paſſione. ⁊ aliter ipſa ceſſante. Et ſimilit̄ incontinens aliter iudicat aliquid eſſe bonum tempore paſſionis. aliter poſt. Et iō dicit ph̄us q̄ vnuſquiſq; q̄ lis eſt talis ſibi finis videt̄. ⁊ q: ea q̄ ī ſacra ſcriptura tra dūt̄ ꝑtinent ad affectū non tm̄ ad intellectū. ideo opotet eſſe perfectū in vtroq;. Et ideo aplus volēs oſtendere q̄ ſint ꝑfecti quib⁹ ſit tradēdus iſte ſolidus cibus. dicit q̄ ſunt iſti q̄ ꝓ ſua cōſuetudine hn̄t ſenſus exercitatos. Un̄ in iſta ꝑfectione quattuor ſunt attendenda: ſcȝ ipſa ꝑfe ctio in ſe in quo conſiſtat. ⁊ q̄tum ad hoc dicit. Qui ha bent ſenſus exercitatos. Et cōuenienter loquit̄. In hoc eñ exprimit vtrāq; perfectionē. q: vt dicit ph̄us intelle ctus ꝓut iudicat de appetendis ⁊ agendis dicit̄ ſenſus: q: eſt relatus ad aliquid ꝑticulare. Un̄ non accipit̄ hic

ſenſus ꝓ ſenſu exteriori. Qui ergo ſentit que dei ſunt ꝑfectus eſt. Phil. 3. Quicũq; perfecti ſumus hoc ſentiamus. 1. Corin. 2. Nos autẽ ſenſum xp̃i habemus. Qui vero non ſentiunt niſi carnalia deo placere non poſſunt vt patet Ro. 8. ❡ Secũdo attendẽda eſt diſpoſitio eius in quo eſt quia debet eſſe exercitatꝰ. 1. Ti. 4. Exerce teipſum ad pietatem. Qui eñ nõ eſt exercitatus non põt hr̃e rectũ iudiciũ qđ ad hoc requirit. Ecc. 34. Uir ĩ multis expertus cogitabit multa. Itẽ q̃ non eſt expertus pauca recognoſcit. ❡ Tertio cauſa huius exercitationis: et hec eſt conſuetudo nõ ſcꝫ ocium ſed frequẽtia actus. Et ideo dicit. Pro conſuetudine ſcꝫ recte agendi. ꝓuer. 22 Adoleſcens iuxta viam ſuam etiaꝫ cum ſenuerit non recedet ab ea. Si ergo vis eſſe perfectus non des te ocio: ſed aſſueſce te bonis a iuuentute. ❡ Quarto finis huius exercitij: quia ſcꝫ ad diſcretionẽ boni ⁊ mali. Tunc eñ perfectus eſt quando diſcernit inter bonum ⁊ malũ Eſa. 7. Sciat eligere bonũ ⁊ reprobare malũ. Hec autẽ ſunt tria ſcꝫ diſcretio inter bonum ⁊ maluꝫ. inter bonũ ⁊ melius. inter malum et peius. In his eñ requiritur rectitudo iudicij.

## Capitulum ſextum.

q

Uapropter intermittẽtes inchoationis chriſti ſermonem ad perfectionem feramur: non rurſum iacientes fundamentum penitẽtie ab operibus mortuis ⁊ fidei ad deũ. baptiſmatũ doctrine: impoſitionis quoq; manuum: ac reſurrectionis mortuoꝝ ⁊ iudicij eterni. Et hoc faciemus: ſiquidem ꝑmiſerit deus. Impoſſibile enim eſt eos qui ſemel ſunt illuminati: guſtauerunt etiam donum celeſte. ⁊ participes facti ſunt ſpiritusſancti Guſtauerunt nihilominus bonum dei verbum virtuteſq; ſeculi venturi ⁊ ꝓlapſi ſunt rurſus renouari ad penitentiã: rurſum crucifigentes ſibimetipſis filium dei: ⁊ oſtentui habentes

Supra aplus fecit mentionem de pontificatu xp̃i ſm ordinem melchiſedech: ⁊ oſtendit tarditatẽ eorum quibꝰ ſcribebat: hic redit ad ſuum ꝓpoſituꝫ. Et circa hoc tria facit. qꝛ p̃mo apperit intentionẽ ſuam. Secũdo oſtendit eius difficultatem ibi. Et hoc quidem faciemus ⁊c. Tertio declarat ſuam intentionẽ ibi. Confidimus auteꝫ ⁊c. Circa primũ duo facit. qꝛ p̃mo manifeſtat ſuum ꝓpoſitũ Secũdo exponit quod dicit ibi. Nõ rurſus iacientes ⁊c̃ Propoſitum ſuũ eſt ꝙ pretermiſſis his que pertinẽt ad inchoatiõꝫ doctrine chriſtiane vult ꝓſequi alia altiora. Unde dicit. Iam dictuꝫ eſt ꝙ ꝑfectis opus eſt ſolido cibo. quaꝓpter intermittentes inchoationẽ doctrine xp̃i ꝑ quã xp̃s inchoat eſſe in nobis quod eſt ꝑ doctrinam fidei Eph. 3. Habitare xp̃m ꝑ fidem in cordibus noſtris. Feramur ad perfectionẽ id eſt ad ea que ſpectant ad perfectioneꝫ doctrine xp̃i. 1. Corin. 13. Quando factus ſum vir euacuaui que erant ꝑuuli. Hoc autẽ ſm glo. ad duo referri poteſt ſcꝫ vel ad ĩtellectũ vt ſcꝫ exquo hõ ꝓuectꝰ eſt debet intermittere puerilia ⁊ vacare perfectis. 1. cor. 2. Sapientiã loq̃mur inter perfectos. Uel ad affectum Et eſt ſenſus ꝙ nõ ſemꝑ eſt ſtandũ in ſenſu incipientiũ. ſed oportet tendere ad ſtatum perfectorũ Geñ. 17. Ambula coram me ⁊ eſto perfectus. Hic eſt duplex obiectio. ⁊ p̃mo de hoc ꝙ dicit intermittentes inchoationẽ. quia nunq̃ debet intermitti inchoatio. pſ̃. Et dixi: nunc cepi Iob. 27. Iuſtificationem quã cepi tenere non deſeram. Reſpondeo dicendũ eſt ꝙ cõtingit dupliciter intermittere inchoationẽ: Uel q̃tum ad eſtimationẽ ⁊ ſic ſemper debet hõ eſſe ſicut incipiẽs ⁊ tendens ad maiora Phil. 3. Non ꝙ iam ceperim aut ꝙ iam perfectꝰ ſim. Uel q̃tũ ap perfectionem. ⁊ ſic ſemꝑ debet niti homo tranſire ad ſtatum perfectum Phil. 3. Que retro ſunt obliuiſcens ad ea que priora ſunt me extendens. In via eñ dei non progredi eſt regredi. ❡ Alia obiectio ẽ de hoc ꝙ dicit. Feramur ad perfectionẽ. Perfectio eñ conſiſtit in cõſilijs. Matth. 19. Si vis perfectus eſſe vade ⁊ vende oĩa ⁊c̃. Non oẽs aũt tenent ad conſilia. Reſpõdeo dicendũ eſt ꝙ duplex eſt perfectio. Una ſcꝫ exterior que conſiſtit in actibus exterioribus qui ſunt ſigna interioꝝ: ſicut virginitas. voluntaria paupertas. Et ad hanc non omnes tenent. Alia eſt interior que conſiſtit in dilectione dei et proximi. Col. 3. Charitatẽm habentes qđ eſt vinculũ ꝑfectionis. Et ad ꝑfectiõꝫ huiuſmõi nõ oẽs tenẽt. ſꝫ oẽs tenent ad eam tendere. qꝛ ſi q̃s nollet plus diligere deuꝫ non faceret qđ exigit charitas. Dicit aũt feramur. ⁊ hoc ſm impulſionẽ a ſpſ̃ũancto. Ro. 8. Qui ſpũ dei agũtur hi filij dei ſunt. Uel ſicut qui portati a deo q̃ portat infirmitatem nr̃am Eſa. 46. Audite me domus iacob ⁊ omne reſiduũ domus iſrael q̃ portamini a meo vtero. Uel ſicut portati ad inuicem. Gal. 6. Alter alterius onera portate. ❡ Deinde cum dicit. Non rurſus iacientes ⁊c̃. exponit quod dixit ⁊ intendit oſtendere que ſunt illa que faciũt ad inchoationẽ doctrine xp̃i. Et vtitur ſimilitudine. Per fideꝫ eñ aĩa edificat in ſpũali edificio. Sicut ẽ in corporali edificio p̃mo ponit fundamentũ: ita hic prima rudimenta doctrine chriſti ſunt quaſi fundamentuꝫ. Sed contra qꝛ infra. 11. ponit fides eſſe fundamentuꝫ. fides autẽ vna eſt. Eph. 4. Unus dñs: vna fides: vnum baptiſma. hic aũt ponit ſex fundamẽta. ẽ videt ꝙ male. Reſpõdeo dicendũ eſt ꝙ fides fundamentũ eſt virtutũ. Ita aũt que ponit hic ſunt fundamentum doctrine chriſti. Dicit non rurſus quaſi ita firmiter ponamus ꝙ non oporteat iterato ponere. Uel qꝛ iam dudũ poſuiſtis ⁊ nõ oportet iterare. Multũ autẽ ſignanter ordinat iſta apl's. Sicut eñ in via generationis ⁊ cuiuſcũq; motꝰ p̃us eſt receſſus a termino a quo. ⁊ poſt acceſſus ad terminũ ad quem. ita dicit hic qꝛ penitentia eſt receſſus a peccato. ⁊ ſic eſt quaſi quoddã fundamẽtũ in iſta vita. Nemo eñ ſm aug. ſue voluntatis arbiter põt nouã vitã inchoare: niſi peniteat eum preterite. Uñ dñs in p̃ncipio p̃dicationis dicit. Penitentiam agite. Matth. 4. Et ideo dicit. Penitentie ab operibus mortuis. Opera eñ mortua dicunt vel q̃ ſm ſe ſunt mortua vel ſunt mortificata. Res dicit viuã qñ habet officiũ ꝓprie virtutis a quo cũ deficit dicit mortua. Opera nr̃a ſunt ordinata ad beatitudinem q̃ eſt finis hoĩs. Et iđ qñ nõ ducunt ad beatitudinẽ nec ordinari poſſunt dicunt mortua. ⁊ hec ſunt opera facta in peccato mortali. infra. 11. Sanguis xp̃i q̃ ꝑ ſpũm ſanctũ obtulit ſeipſuꝫ ĩmaculatũ deo emundabit cõſcias nr̃as ab oꝑibus mortuis. Opera vero facta in charitate ꝑ pctm̃ mortificãt. qꝛ nõ hñt virtutẽ vt mereãt vitã eternam. Ezech. 18. Oẽs iuſticie eius q̃s fecerat non recordabunt. Penitẽtia vero facit ꝙ iſta reuiuiſcunt. ⁊ reputant ei ad vitã eternã. In acceſſu vero ad terminũ primo eſt fides. Et iđ dicit. Fundamentũ fidei ad deũ. Proprium aũt fidei eſt ꝙ credat hõ ⁊ aſſentiat nõ viſis a ſe ſꝫ teſtimonio alterꝰ. Hoc autẽ teſtimoniũ vel eſt hoĩs tm̃ ⁊ iſtud nõ facit virtutẽ fidei. qꝛ homo ⁊ fallere ⁊ falli po

teſt. Uel iſtud teſtimoniū eſt ex iudicio diuino. ⁊ iſtud ve
riſſimū ⁊ firmiſſimū eſt: qꝛ eſt ab ipſa veritate que nec fal
lere nec falli poteſt. Et ideo dicit. Ad deum vt ſcꝫ aſſen
tiat his que deus dicit. Jo. 14. Creditis in deū ⁊ in me
credite. Secundo in iſto proceſſu ſunt ſacramenta fidei.
Hec autē ſunt duo ſacramenta intrantium. de his enim
tantum agit hic apl'us. Et iſta ſunt baptiſmus p̄muꝫ. ⁊
ſecundū eſt cōfirmatio. Quantū ad primū dicit. Baptiſ
matum. Sed contra Eph. 4. Una fides: vnū baptiſma
Non ergo plura ſunt baptiſmata. Reſpondeo dicenduꝫ
eſt triplex eſt baptiſmus: ſcꝫ fluminis: flaminis: ⁊ ſangui
nis. ſed duo vltima. qꝛ non habent vim niſi referant ad
primum. qꝛ illud oportet habere in ꝓpoſito ſi nō adſit fa
cultas in habentib9 vſum liberi arbitrij. Et ideo nō ſunt
tria ſacramenta: ſed vnum ſacramentū p quod regenera
mur ad ſaluteꝫ Jo. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua et
ſpūſancto ⁊c. Inter iſta vero baptiſmus ſanguinis plus
habet de effectu baptiſmi ſi tamē primū fuerit in ꝓpoſi
to vel contrarium non teneat in mente ſicut patet de in
nocentibus qui non erant in oppoſita diſpoſitione. Ba
ptiſmus enī virtutē habet ex merito paſſionis xpi. Ro.
6. Quicūqꝫ baptizati ſumus in xpo ieſu in morte ipſius
baptizati ſumus ⁊c. Sicut ergo qui baptizat conformat
morti xpi ſacramētaliter: ita martyr realiter. Et iō iſtud
baptiſma habet totum effectum baptiſmi q̄tum ad hoc
ꝙ purgat omnē culpam ⁊ penam peccati non tamē imp
mit caracterem aliquē. Et ideo ſi recipiens martyriū ſi
ne baptiſmo aque reſurgeret eſſet baptizandus. Penitē
tia vero nō tm̄ habet de effectu baptiſmi: qꝛ nō tollit oēꝫ
penā licet tollat culpā. Sicut tm̄ martyr ꝯformat ſe mor
ti chriſti p exteriorem paſſionē. ita penitens p interioreꝫ
Gal. 5. Qui xpi ſunt carnē ſuam crucifixerūt cum vitijs
⁊ concupiſcentijs. Ideo poteſt eſſe tanta ꝙ tolleret oēꝫ
culpam ⁊ penā. ſicut patet in latrone ⁊ magdalena. Un
de penitentia dicit baptiſmus inquantū ſupplet baptiſ
mi vicem. Et quia non licet illud iterari. ideo inſtituta
eſt penitentia. Iſta ergo dicuntur baptiſmata. quia ha
bent effectum baptiſmi. Sed tamen ſunt vnū baptiſma:
quia non agunt niſi illud habeat in ꝓpoſito. ¶ Secun
dum ſacramentum intrantium eſt in ipſa mannum impo
ſitione. Hec autē eſt duplex. Una eſt miracl'a faciens ſi
cut quādo chriſtus p manus impoſitionē curabat infir
mos. Luc. 4. Singulis man9 imponens curabat eos.
Alia eſt ſacramentalis. et hec eſt duplex. Una in ſacra
mento ordinis. 1. Ti. 5. Man9 nemini cito impoſueris.
Alia eſt in ſacramento confirmationis ad renouationem
Tit. 3. Per lauacrum regenerationis ⁊ renouationis
ſpirituſſancti ⁊c. In confirmatione enim datur ſpirituſ
ſanctus ad robur. Sicut enim in eſſe nature prius gene
ratur homo ⁊ poſtea augetur ⁊ roboratur: ita in eſſe gra
tie. Tertio ſequit terminus motus: ad quem motus ter
minatur. ⁊ ille eſt duplex. Duo enim expectamus. Pri
mum eſt reſurrectio corporuꝫ: ⁊ iſta eſt fidei fundamen
tum: qꝛ ſine hac inanis eſt fides noſtra. 1. Corin. 15. Iteꝫ
expectamus remuneratioꝫ que fiet per iudicem. Ecc.
12. Cuncta que fiunt adducet deus in iudicium. Et ideo
dicit. Iudicij eterni. non ꝙ illud iudiciū duret per mil
le ānos ſicut voluit lactantius: ſed tantū erit in momēto
ſed dicitur eternū quia ſentētia que ibi dabitur ineternū
durabit. Matth. 25. Ibunt hi in ſupplicium eternum:
iuſti autē in vitam eternam. ¶ Et ſciendum eſt ꝙ omnia
iſta que dicit ſe velle hic tractare ſunt quaſi quedam ru
dimenta fidei. Unde predicat ea nouitijs Act. 17. et in
multis alijs locis. ¶ Deinde cum dicit. Et hoc quidem
faciemus ⁊c. oſtendit difficultatem propoſiti ſui exeque
di. Difficile enim eſt ⁊ in ſe ⁊ reſpectu auditorum. Un
de tria facit. Primo innuit ꝙ in hoc potiſſime indigeat
diuino auxilio. Secundo ſubdit quorundam imbecillita
tem ibi. Impoſſibile eſt enim ⁊c. Tertio adducit quan
dam ſimilitudinē ibi. Terram enim que ſepe ⁊c. Dicit ꝫ
Feramur ad perfectum: ⁊ hoc faciemus ſi permiſerit de9
Dñus autem dicit ⁊ plus ſignificat. non eſt tantum ne
ceſſarium ꝙ dominus permittat: ſed oportet ꝙ oīa fa
ciat. Sap. 7. In manu dei nos ⁊ ſermones noſtri. Et iō
debet omnia ponere ſub cōfidentia diuini auxilij. ¶ De
inde cuꝫ dicit. Impoſſibile eſt enī ⁊c. oſtendit imbecilli
tatem eorum. Erant enī imbecilles ad audiendum. Si
cut enim in corporalibus nullus ſtatus eſt ita periculo
ſus ſicut recidiuantiū. ita in ſpūalibus qui poſt gratiam
cadit in peccatum difficilius ſurgit ad bonum. Et circa
hoc facit tria. Primo proponit bona que perceperant.
Secundo difficultatem cauſatam in eis ex recidiuo ibi.
Et prolapſi ſunt ⁊c. Tertio aſſignat rationem ibi. Rur
ſus crucifigentes ⁊c. Bona autem quedam ſunt preſen
tia: quedam vero futura. Ipſi vero in preſenti habuerūt
ſpiritualem regenerationem ⁊ quantū ad hoc dicit. Il
luminati. Eph. 5. Eratis aliquando tenebre nunc auteꝫ
lux in domino. Iſta autē illuminatio fit per fidem. Act.
15. Fide purificans corda eorum. Habent etiam bonoꝝ
dei participationeꝫ. ⁊ q̄tum ad hoc dicit. Et guſtauerūt
donum celeſte. Donum iſtud eſt gratia ⁊ dicitur celeſtis
quia a celis deus eam dat. pſ. Dedit dona hominibus
Et Jac. 1. Omne datum optimum: ⁊ omne donum per
fectum deſurſum eſt deſcendens a patre luminū ⁊c. Eſt
etiam in eis participatio diuine bonitatꝭ. 2. Pe. 1. Per
quem ſcilicet chriſtum maxima nobis et precioſa promiſ
ſa donauit. Ideo dicit. Participes facti ſpirituſſancti:
Omnia enim dona dantur ex amore. ⁊ ideo iſtam parti
cipationem attribuit ſpirituiſancto. Eſt autem partici
pare partem capere. Solus autem chriſtus ſpiritumſan
ctum habuit ad plenitudinem. Jo. 3. Non enim ad mē
ſuram dat deus ſpiritum. Alii enim ſancti de eius pleni
tudine receperunt ⁊ participes facti ſunt: nō quidē ſub
ſtantie: ſed diſtributionū eius. Supra. 2. Et varijs ſpiri
tuſſancti diſtributionib9. 1. Corinth. 12. Diuiſiones gra
tiarum ſunt idem aūt ſpiritus ⁊c. Item in preſenti ha
buerūt doctrine eruditionē. Et quantū ad hoc dicit. Gu
ſtauerunt nihilominus bonuꝫ dei verbum. Verbū iſtud
dicitur bonum quia eſt verbum vite eterne Jo. 6. Domi
ne ad quem ibimus. verba vite eterne habes. pſ. Quaꝫ
dulcia faucibus meis eloquia tua. Dicit autem guſtaue
runt: quia non ſolum intellectuꝫ ſed etiam reficit affectū
in quo eſt quedam ſaporatio. pſ. Guſtate ⁊ videte quo
niā ſuauis eſt dominus. ¶ Bona aūt futura habuerūt in
ſpe. Ro. 8. Spe ſalui facti ſumus. Et ideo dicit. Uirtu
teſqꝫ ſeculi venturi. Horum aūt quedā habent non ſolū
in ſpe: ſed etiam in quadaꝫ inchoatione ⁊ illa ſunt dotes
anime ſcilicet viſio: tentio: ⁊ fruitio. ⁊ illa habentur in
quadam inchoatione inquantum fides ſpes et charitas
que iſtis reſpondent habentur in preſenti. Alia autem
ſunt bona ſcilicet dotes corporis: ſcilicet ſubtilitas: agi
litas: impaſſibilitas: claritas: que ſolum habentur in ſpe
¶ Conſequenter cum dicit. Et prolapſi ſunt ⁊c. oſtendit
difficultatem ad reſurgendum cauſatā ex caſu. Ubi no
tandum eſt ꝙ non dicit lapſi ſimpliciter. ſed prolapſi id
eſt totaliter lapſi. quia ſi lapſi tantum eſſent non ita diffi
cile foret reſurgere. Prouer. 24. Septies in die cadit
iuſtus ⁊ reſurgit. Q. ſi diceret apoſtolus illos qui prola

pſi ſunt impoſſibile eſſe reſurgere. tunc poſſet dici ꝙ in
hoc notat maximam difficultatem reſurgendi: ſcilicet ⁊
propter peccatum. et propter ſuperbiam ſicut patet in
demonib9. Sed quia dicit illos qui ſemel prolapſi ſunt
nō poſſe renouari ꝛc. nec eſt aliquod peccatū in hoc mū=
do a quo poſſet homo penitere. ideo alr̄ eſt intelligendū
¶ Unde ſciendū eſt ꝙ ex hoc loco ſumpſit nouatus qui=
dam qui fuit preſbyter eccleſie romane occaſionē erran=
di. Uoluit em̄ ꝙ nullus poſt baptiſmū poterit ad peni=
tentiā reſurgere Sed iſta poſitio falſa eſt ſicut dicit atha
naſius in epiſtola ad ſerapionē quia ip̄e paulus recepit
inceſtuoſum corinthū. Sicut patet. 2c. corinth. 2°. ⁊ ſi=
militer Gal̄. 4. quia dicit. Filioli mei quos iterū partu
rio ꝛc. Eſt ergo intelligendū ſicut dicit aug̃. ꝙ nō dicit
ꝙ impoſſibile eſt penitere: ſed ꝙ impoſſibile eſt rurſus
renouari. id eſt baptizari. Tyt. 3°. Per lauacrū regene
ratiōis ⁊ renouatōis ꝛc. Nunꝙ enim poſſet homo ſic pe
nitere ꝙ poſſet iterū baptizari. Et hoc dicit apoſtolus:
qꝛ ſcd̄m legem iudei multotiēs baptizabanť. ſicut patet.
Marci. 7°. Et ideo ad iſtū errorē remouendū dicit hoc
apoſtolus. ¶ Deinde cū dicit. Rurſus crucifigētes ꝛc.
aſſignat rationē quare baptiſmus non iterať. quia bapti
ſmus eſt quedā cōfiguratio mortis xp̄i ſicut patet Ro. 6
Quicūꝗ in xp̄o baptizati ſumus in morte ip̄ius baptiza
ti ſumus ꝛc. Hec autē non iterať: quia xp̄s reſurgens ex
mortuis iam nō moriť Rom̄. 6. Qui ergo iterato bapti
zanť rurſum xp̄m crucifigūt. Uel aliter ꝙ denoteť repu=
gnantia gratie xp̄i. vt ſcꝫ velint frequēter peccare ⁊ poſt
iterū baptizari. vt ſcꝫ non referať ad iterationē baptiſmi
ſed ad lapſum eoꝝ qui peccant. Qui ſcꝫ quantū in ipſis
eſt rurſus crucifigūt xp̄m. quia xp̄s pro peccatis noſtris
mortuus eſt ſemel. 1c. petri. 3°. Cum ergo peccas bapti=
zatus quantū in te eſt das occaſionē vt iterū xp̄us cruci
figať ⁊ fit cōtumelia xp̄o. in cuius ſanguine te lotū macu
las. Apoc. 1. Dilexit nos ⁊ lauit nos a peccatis noſtris
in ſanguine ſuo.

## Lectio ſecunda.

**t** Erra enim ſepe venientem ſuper ſe
bibens imbrem et germinans her=
bam oportunam illis a quibus coli
tur accipit benedictionem a deo. proferens
autem ſpinas ac tribulos reproba eſt ⁊ ma=
ledicto proxima. cuius conſumatio in com=
buſtionem.

Supra oſtendit apoſtolus difficultatē ad ſuū propoſitū
exequendū ꝓuenientē ex eoꝝ culpa: hic adducit ad hoc
quandā ſimilitudinē. Et primo quantū ad bonā terram
Secūdo quantū ad malā ibi. Proferens autē ꝛc. Sciē
dum eſt autē ꝙ ſcd̄m vnā expoſitionē ſupra voluit apo=
ſtolus illos qui ſemel baptizati ſunt nō poſſe iterū bapti
zari vel renouari ad penitentiā. Alia autē eſt expoſitio
que ibi dimiſſa fuit ꝙ impoſſibile eſt eos qui in hac vita
ſemel illuminati ſunt rurſum in alia vita renouari ad pe
nitentiam. Eccleſ. 9°. Quicquid poteſt manus tua fa=
cere inſtanter operare: quia nec opus: nec ratio: nec ſa=
pientia: nec ſcientia eſt apud inferos ꝛc. Johā. 9°. Ue=
nit nox quando nemo poteſt operari. Rurſus ergo expo
natur. id eſt poſt hanc vitam. Et huius ratio eſt. Duo
enim cauſant penitentiam. Unum eſt quod dat effica=
ciam. ſcilicet meritum paſſionis chriſti. 1c. Johañ. 2°.
Ipſe eſt propiciatio pro peccatis noſtris. Aliud autem
eſt exemplum penitendi quod habemus in xp̄o per con=
ſiderationem. ſcilicet cōſiderando auſteritatem. pauper
tatem ⁊ tandem paſſionem. 1c. Petri. 2°. Xp̄us paſſus
eſt pro nobis vobis relinquens exemplum ꝛc. Sic ergo
intelligitur qd̄ dicit. Rurſus crucifigentes. id eſt crucis
chriſti fructum percipientes. ⁊ hoc quātum ad id quod
dat efficaciam penitentie. Et oſtentui habentes quan=
tum ad exemplum penitendi. Et ſic accipitur oſtentum
in bonū. Iſta vero ſimilitudo que ponitur hic de terra.
poteſt referri vel ad id quod ſupra dictum eſt. Feramur
ad perfectionem. ⁊ tunc erit ſenſus ꝙ ſi feramur habebi
mus benedictionem ſicut terra bona. Uel poteſt conti=
nuari ad dictum immediate ſcd̄m expoſitionem vtranꝗ
ſiue de baptiſmo ſiue de alia vita. Illa tamen de bapti=
ſmo magis eſt litteralis. Et ſic eſt ſenſus. Sicut terra
culta ſi iterato profert ſpinas non colitur: ſed comburi=
tur: ſic homo peccans poſt baptiſmum vlterius non ab=
luitur. Et tangitur circa bonam terram Primo benefi=
cium impenſum. Secundo fructum quem profert. ibi.
Et generans herbam ꝛc. Tertio premium. ibi. Acci=
pit benedictionem ꝛc. Terra iſta eſt cor humanum Lu
ce. 8°. Quod autem ceciderit in terram bonam hi ſunt
qui in corde bono ⁊ optimo ꝛc. Q̃ dicitur terra quia ſi=
cut terra indiget pluuia: ita homo indiget gratia dei.
p̄s. Uiſitaſti terram ⁊ inebriaſti eam. Eſaie. 55°. Quo=
modo deſcendit ymber ⁊ nix de celo ⁊ illuc vltra non re
uertitur: ſed inebriat terram ⁊ infundit eam ⁊ germina=
re eam facit ꝛc. Sed beneficium quod percipit eſt doctri
na fidei quaſi ymber ſuperueniēs quam dominus pluit
in cordibus auditorum mediantibus predicatoribus et
doctoribus. Eſaie. 5°. Mandabo nubibus ne pluant ſu
per eam ymbrem. Job. 36°. Effundit ymbres ad inſtar
gurgitum qui de nubibus fluunt ꝛc. Hunc ymbrem bi=
bit quando quod audit intelligit: et ad illud afficitur.
Eſaie. 55°. Omnes ſitientes venite ad aquas ꝛc. Iſta
doctrina eſt deſuper veniens: quia eſt ſuper ſe ⁊ quan=
tum ad principium hui9 doctrine. Quedam em̄ doctri=
na eſt de terra qua ſcilicet homo inheret terrenis. Alia
eſt de celis que ſcilicet docet celeſtia. Jaco. 3°. Non eſt
iſta ſapientia de ſurſum deſcendens: ſed terrena anima=
lis ⁊ diabolica. Et poſt ſequitur ibidem. Que autem de
ſurſum eſt ſapientia: primū quidem pudica eſt ꝛc. Uel
ſuper ſe. id eſt ſuper facultatem humane rationis. Eccl̄.
3°. Plurima ſuper ſenſum hominū monſtrata tibi ſunt.
Dicit autem non ſemper nec raro ſed ſepe: quia vt dicit
Auguſtin9. ⁊ habetur hic in gloſa. Si ſemper vileſcit.
ſi raro nō ſufficit ⁊ negligitur. Job. 16. Audiui frequen=
ter talia. ¶ Fructus eſt. quia generat herbam optimam
cultoribus. Iſta ſunt bona opera que facit homo per do
ctrinam ſuſceptam. Geneſ. 1°. Germinet terra herbam
virentem ꝛc. Iſta terra colitur primo a deo. Johañ. 15.
Pater meus agricola eſt ꝛc. Colitur etiam a p̄lato. 1c.
corinthioꝝ. 3°. Ego plantaui apollo rigauit ꝛc. Colitur
etiam ab homine ip̄o. Prouerb̄. 24. Diligenter exerce
agrum tuum. Eſt ergo oportuna deo ad gloriam. 1c. co=
rinth. 10. Omnia in gloriā dei facite. Alijs ad meritū
⁊ ad gloriam. 1c. Theſſal̄. 2°. Uos eſtis gloria noſtra et
gaudium. Ipſi vero operanti ad vitam eternam. Rom̄.
6. Habetis fructum veſtrum in ſanctificationem: finem
vero vitam eternam. ¶ Deinde cum dicit. Accipit be=
nedictionem a deo. oſtendit premium. ſcilicet benedi=
ctionem diuinam. Iſta autem benedictio nihil aliud eſt
ꝙ factio bonitatis in nobis. Que quidē in preſenti vita
fit imperfecta: ſed in futuro erit perfecta. 1c. petri. 3. In

hoc vocati eſtis vt benedictionē hereditate poſſideatis.
¶ Deinde cū dicit. Proferens autē ⁊c. agit de mala ter
ra de qua primo ſupponit beneficiū quod dictū eſt. Se=
cundo ponit malū fructum dicens: Proferens autē ⁊c.
Tertio oſtendit penā. ibi. Reproba eſt ⁊c. Fructus er=
go ſunt ſpine. id eſt minora peccata. ⁊ tribuli. id eſt ma=
iora que pungūt conſcientiā propriā. ⁊ quandoꝫ etiam
alienā: illa ſcꝫ que ſunt cōtra proximos Gen̄. 3. Spinas
⁊ tribulos germinabit tibi. In pena vero ponit tria. ſcꝫ
diuinā reprobationē. iudiciariā cōdemnationē ibi. Ma
ledicto proxima. Et finalē punitionē ibi. Cuius cōſuma
tio ⁊c. Quantū ad primū dicit. Reproba eſt. Sicut em̄
predeſtinatio eſt principiū remuneratōis: ita reprobatio
ſignū eſt condemnatiōis. Qꝫ ergo aliquis frequēter rige
tur preceptis ſalutaribus ſignū eſt reprobatiōis ſi perſi=
ſtat in peccatis. Jere. 6°. Argentū reprobū vocate eos:
quia domin⁹ proiecit eos ⁊c. Condemnatio eſt quia pro
xima maledicto. Math. 25°. Ite maledicti in ignē eter=
num ⁊c. Punitio eſt cuius cōſumatio in combuſtione.
Eſaie. 9°. Veſtimentū mixtū ſanguine erit in combuſtio
nem ⁊ cibus ignis.

## Lectio tertia.

Onfidimus autez de vobis dilectiſ
c ſimi meliora ⁊ viciniora ſaluti: tam
⁊ ſi ita loquimur. Non em̄ iniuſtus
eſt deus vt obliuiſcatur operis veſtri ⁊ di=
lectionis quam oſtendiſtis in nomine ipſi=
us: qui miniſtraſtis ſanctis et miniſtratis.
Cupimus autem vnūquenꝫ veſtrum ean
dem oſtentare ſollicitudinem ad expletio=
nem ſpei vſqꝫ in finem vt non ſegnes efficia
mini. verum imitatores eorū qui fide ⁊ pa=
tientia hereditabūt promiſſiones.

Quia apoſtolus multa que dura videbant̄ de ſtatu iſto
rū dixerat: modo ne ex illis deſperarēt oſtendit qua intē
tione hoc dixerit. ſcꝫ vt ipos a periculis retraheret. Vn
de circa hoc duo facit. Primo em̄ oſtendit fiduciā quaꝫ
de ipis habebat. Secūdo ſubdit rationē confidentie ibi
Non em̄ iniuſtus deus ⁊c. Dicit ergo. Ita dixi ꝙ terra
que ꝓfert ſpinas ⁊ tribulos ⁊c. Et ne credatis ꝙ ego ta
les vos reputem cōfidimus de vobis dilectiſſimi et hoc
ꝓpter fidem ⁊ charitatē meliora ⁊ viciniora ſaluti. Vbi
cōmendat ſtatum ipſorū ex duobus. ſcꝫ ex eo quod iam
erant: quia exquo dicit meliora ſupponit ꝙ erant in bo=
no ſtatu. ⁊ ex eo qd̓ expectabant in futurū. Unde dicit.
Viciniora ſaluti. Ro. 13. Nunc autē propior eſt noſtra
ſalus ꝙ̄ cum credidimus. Quāto eniꝫ quis ꝓficit in bo
nis tanto magis appropinquat ſaluti. ¶ Sequit̄. Tam
⁊ ſi ita loq̄mur. id eſt quia ⁊ ſi ſic loq̄mur. hoc eſt vt red=
dam⁹ vos cautos ⁊ hoc procedit ex charitate. ps̄. Corri
piet me iuſtus in miſericordia ⁊ increpabit me. ¶ Dein=
de cū dicit. Non eſt em̄ iniuſtus deus ⁊c. oſtendit ratio=
nem cōfidentie que duplex eſt. Vna ex bonis ipoꝝ pre=
teritis. Alia ex ꝓmiſſiōe dei ibi. Abrae nāqꝫ ⁊c. Quia
vero apoſtol⁹ duo dixerat. Vnū ſcꝫ ꝙ de ipis cōfidebat.
Aliud ꝙ aſpere ipſis loquebat̄. ideo duo facit. Primo
em̄ aſſignat rationē primi. Secūdo rationē ſecūdi. ibi.
Cupimus autē ⁊c. Ratio autē quare ipſe de his cōfidat
hec eſt. qꝛ recordat̄ multoꝝ bonoꝝ que ipſi fecerūt. Vn=
de dicit. Confidimus autē ⁊c. Et quare? quia nō eſt in=
iuſtus deus vt obliuiſcat̄ ⁊c. Cōtra Ezech. 18. Si auer
terit ſe iuſtus a iuſticia ſua ⁊c. Et paulo poſt ibidē ſequi
tur. Omnes iuſticie eius nō recordabunt̄. Et ibi ſubdit̄
Quia via dn̄i equa eſt. Reſpondeo. Dicendū eſt ꝙ ho=
mo q̄ cadit poſt gratiā dupliciter poteſt ſe habere. Vno
modo ꝙ in malo perſeueret et tūc deus oēs iuſticias ei⁹
obliuiſcit̄. Alio modo ꝙ peniteat ⁊ tūc bonoꝝ preceden
tiū recordat̄ qꝛ reputant̄ ſibi ad meritū. Unde dicit glo.
ꝙ mortificata reuiuiſcūt. Sed tūc videt̄ dubiū quia con
ſtat ꝙ iuſticia reſpicit meritū ſi ergo iuſticia dn̄i exigit ꝙ
deus nō obliuiſcat̄ ſi peniteat ſicut dicit glo. Ergo cadit
ſub merito ꝙ reſurgat a peccato. ⁊ ſic meret̄ primā gr̄aꝫ
quod eſt impoſſibile. Reſpōdeo. Dicendū eſt ꝙ duplex
eſt meritū. Vnū qd̓ innitit̄ iuſticie ⁊ iſtud eſt meritū con
digni. Aliud quod ſoli miſericordie innitit̄ quod dicit̄
meritū congrui. Et de iſto dicit ꝙ iuſtū eſt. id eſt cōgruū
ꝙ homo qui multa bona fecit mereat̄ Iſta em̄ miſericor
dia eſt adiuncta quoddāmodo iuſticie pluſꝙ̄ in illo qui
nunꝙ̄ aliquid fecit. Et iſto modo nō obliuiſcit̄ deus ope
ris noſtri ⁊ dilectiōis. Soli em̄ charitati debet̄ vita eter
na. Job. 14. Si quis diligit me ſermonē meū ſeruabit.
Quicquid em̄ non eſt ex charitate nō eſt meritoriū. 1ᵉ.
corinth. 13. Charitatē non habeā nihil mihi prodeſt. Et
ideo hic nō dicit tantū operis veſtri ſed addit dilectiōis.
quia etiā ſicut dicit gregorius non eſt amor dei ocioſus.
Operat̄ em̄ magna ſi eſt: ſi operari rēnuit amor nō eſt. 1°
Joh. 3°. Non diligamus verbo neqꝫ lingua ſed opere ⁊
veritate. Ideo ſubdit. Quā oſtendiſtis in nomie ipius.
Col. 3°. Omne quodcūqꝫ facitis in verbo aut in opere:
oīa in nomine dn̄i noſtri ieſu xp̄i ⁊c. ¶ Quid autē oſten
derint ⁊ in quo oſtēdit quia miniſtraſtis ſanctis. ſcꝫ ſub
ueniendo neceſſitatibus ſanctoꝝ. Math. 20. Quicūqꝫ
voluerit inter vos fieri maior ſit veſter miniſter. Ro. 12.
Neceſſitatibus ſanctoꝝ cōmunicantes. Et quia in omi
bus eſt neceſſaria ꝯtinuatio. ideo ſubdit. Et miniſtratis
⁊ ideo ſi peccaſtis ex diuina miſericordia adiūcta iuſtitie
dabit veniā. ¶ Conſequēter cū dicit. Cupimus aūt ⁊c.
aſſignat rationē quare ita dure locutus fuerat. ſcꝫ ex de=
ſiderio ſalutis ipoꝝum. Unde circa hoc tria facit. Quia
primo oſtendit ſuū deſideriū. Secūdo ſubdit imminens
periculū ibi. Vt nō ſegnes efficiamini ⁊c. Tertio decla
rat per exemplū ibi. Verū imitatores ⁊c. Dicit ergo nō
diximus iſta quaſi deſperātes de vobis: ſed magis quia
cupimus vnūquenqꝫ. id eſt de vnoquoqꝫ veſtrū. Phil.
1°. Teſtis eſt mihi deus quomō cupiā vos omnes in vi
ſceribus ieſu xp̄i. Sed quid cupimus? Oſtendere eandē
ſollicitudinē. id eſt vt ſitis ſolliciti oñdere per exhibitio
nē operis hanc ſollicitudinē ad bona quā ſemper habui
ſtis. Unde patet ꝙ ad opera pietatis requirit̄ ſollicitu=
do. Luce. 10. Martha martha ſollicita es ⁊c. Item ad
propriā ſalutē. 2ᵉ. tymoth. 2. Sollicite cura teipm pro=
babilē exhibere deo. Et quare? Ad expletionē ſpei. ſcꝫ
vt implendo quod cepiſtis cōſequamini quod ſperatis.
Rom̄. 5. Spes nō confundit. Et hoc totū vſqꝫ in finem
Qui enim perſeuerauerit vſqꝫ in finem hic ſaluus erit.
¶ Deinde cū dicit. Vt non ſegnes efficiamini ⁊c. oſten=
dit periculū quod eſt pigricia. ⁊ eſt ſegnities timor futu=
re bone operatōis propter timorē. ſcꝫ vel ne deficiat vel
ne peniteat. Prouer. 22. Piger dicit leo eſt in via. Vn
de pigri ſemper allegāt impedimēta. ¶ Deinde cū dicit
Verū imitatores ⁊c. ponit exemplū. Quaſi dicat. Non
ſitis pigri ſed magis imitamini accipiēdo exemplū in ꝓ
phetis. Jac. 5. Accipite exemplū patiētie ⁊c. Et ſequit̄
Prophetas. Et in alijs ſanctis. ſcꝫ apl'is. 1ᵉ. corint. 11.
Imitatores mei eſtote ſic̄ ⁊ ego xp̄i. Sitis ergo imitato
res eoꝝ q̇ fide ſine q̄ ipoſſibile eſt placere deo. Infra. 11.
Et patiētia ꝯtra aduerſa: hereditabūt ꝓmiſſiōes. Per
fidē em̄ formatā ⁊ patientiā acquirit̄ hereditas ꝓmiſſa.

Infra. 11º. Sancti per fidem vicerūt regna ⁊c.

## Lectio quarta.

Bꝛae nanqꝫ pꝛomittens deus: quo
a niam neminē habuit per quem iu-
raret maioꝛem: iurauit per ſemet-
ipſum dicens: niſi benedicēs benedicam te
multiplicans multiplicabo te. ⁊ ſic longani
miter ferens adeptus eſt repꝛomiſſionem.
Homines enim per maioꝛē ſui iurant: ⁊ om
nis cōtrouerſie eoꝛum finis ad confirmatio
nem eſt iuramentuꝫ. In quo abundantius
volens deus oſtendere pollicitationes he-
redibus immobilitatē conſilij ſui interpo-
ſuit iuſiurandū vt per duas res immobiles
quibus impoſſibile eſt mentiri deum foꝛtiſ
ſimū ſolatium habeamus qui confugimus
ad tenendam pꝛopoſitā ſpem: quam ſicut
anchoꝛā habemus anime tutam ac firmam
⁊ incedentem vſqꝫ ad interioꝛa velaminis:
vbi pꝛecurſoꝛ pꝛo nobis introiuit ieſus ſm
oꝛdinem melchiſedech; pontifex factus in-
eternum.

Supꝛa apoſtolus oſtendit cauſaꝫ quare de iſtis cōfide-
bat: ⁊ hoc ꝓpter bona que fecerūt: hic oſtendit idem ex
ꝓmiſſiōe facta patribꝰ. Unde circa hoc facit duo. Pꝛi-
mo eīm pꝛemittit pꝛomiſſionē. Secūdo aſſignat rationē
dictoꝝ ibi. Homīes eīm per maioꝛes ſui ⁊c. Circa pꝛimū
tria facit. Pꝛimo eīm oſtendit cui facta ſit ꝓmiſſio. Se-
cūdo oſtendit pꝛomiſſionis modū eſſe conuenientē. ibi.
Quoniā neminē habuit ⁊c. Tertio pꝛomiſſiōis effectū
ibi. Et ſic longanimiter ⁊c. Pꝛomiſſio facta eſt abꝛae.
Gal. 3. Abꝛae dicte ſunt ꝓmiſſiones ⁊c. Et huius eſt ra
tio. quia per fidē inheremus deo. ⁊ ideo per fidem cōſe-
quimur ꝓmiſſiones. Pꝛimū enim exemplū fidei fuit in
abꝛaam. ⁊ hoc quia pꝛimus receſſit a cōſoꝛtio infideliū.
Geñ. 12º. Egredere de terra tua ⁊c. Secūdo quia pꝛimꝰ
aliquid credidit qꝺ erat ſupꝛa naturā. Ro. 4. Qui cō-
tra ſpeꝫ in ſpe credidit ⁊c. Unde Geñ. 15. Credidit abꝛa
am deo ⁊ reputatū eſt ei ad iuſticiā. Pꝛimus enim acce-
pit ſignaculū fidei. ſcꝫ circūciſionē. Ro. 4º. ¶ Modus
ꝓmiſſionis eſt quantū ad duo. Pꝛimo quantū ad iura-
mentū interpoſitū. Secūdo quantū ad verba ꝓmiſſiōis
ibi. Niſi benedicens benedicā tibi. Dicit ergo deus vo
lens oſtendere ꝓmiſſionē ſuam firmā ⁊ ſtabilē. quia nō
habuit maioꝛē ſe per quē iuraret. ps. Excelſus ſuper om
nes gentes dñs ⁊c. Iurauit per ſemetipm̄. Geneſ. 22º.
Per memetipm̄ iuraui dicit dñs ⁊c. In quo habes exē
plum ꝙ iuramentū de ſe non eſt illicitū. quia ſcriptura
nihil deo attribuit quod de ſe ſit peccatū. Intendit eniꝫ
ſcriptura nos ad deum oꝛdinare ⁊ ducere. Epheſ. 5º.
Eſtote imitatoꝛes dei ſicut filij chariſſimi ⁊c. Tamē in
terdicit frequētia iuramenti. Eccl. 23º. Iuratiōi non aſ-
ſueſcat os tuū ⁊c. Item iuramentū inuanū. Exod. 20.
Non aſſumes nomen dei tui inuanū ⁊c. ¶ Conſequēter
cū dicit. Niſi benedicēs ⁊c. oſtendit modū pꝛomiſſiōis.
Quaſi dicat. Non credat mihi niſi benedicā tibi: vt ſit
modus iurādi quaſi per execrationē. Dicit autē benedi-
cens quod pertinet ad bonoꝝ collationeꝫ. Benedictio
enim dñi diuites facit. ſicut dicit Pꝛouer. 10. Et multi
plicabo te. qꝺ etiam pertinet ad ꝓlis numeroſitatē. Et
vtrūqꝫ fuit abꝛae ꝓmiſſū ſicut patet Geñ. 14. ⁊ 25. Inge
minat autē benedicēs vt deſignet bona tꝑalia ⁊ ſpūalia
⁊ continuitatē benedictiōis. Uel benedicens benedicā
in multitudine ꝓlis ſancte que Geñ. 22º. deſignat per
ſtellas celi. vbi dicit. Suſpice celum ⁊ numera ſtellas ſi
potes ⁊c. Et multiplicās multiplicabo in numeroſitate
ꝓlis male ⁊ peruerſe que ibidē. ſcꝫ. 22º. capi. deſignat
per arenā maris. Ingeminat etiaꝫ multitudo qꝺ eſt vel
pꝛopter numeroſitatem pꝛolis bone vel male. Uel pꝛo-
pter cōtinuitatem multitudinis. Uel benedicā in bonis
gratie ⁊ multiplicabo in bonis gloꝛie. ps. Quā magna
multitudo dulcedinis tue dñe ⁊c. ¶ Effectus ꝓmiſſiōis
fuit quia longanimiter ferens ⁊c. Longanimitas eſt nō
ſolū in faciendo magnuꝫ aliqꝺ: ſed etiā in expectando in
longū. Abꝛaā autē pꝛomiſſionē habuit nec vnq̄ paſſuꝫ
pedis terre poſſedit. vt dicit Act. 7. Et vſqꝫ in ſenectu
tem pꝛolē non ſuſcepit ⁊ tamen a ſpe nō decidit. Iaco. 5
Accipite exemplū fratres mei mali exitus ⁊ longanimi-
tatis ⁊ laboꝛis ⁊ patientie ꝓphetas ⁊c. Eſa. 51º. Atten
dite ad abꝛaā patrem veſtrū ⁊c. ¶ Deinde cū dicit. Ho-
mines eīm per maioꝛes ⁊c. ponit rationē pꝛedictoꝝ ⁊ cir
ca hoc facit tria. Pꝛimo eīm ponit humanā conſuetudi-
nē. Secūdo aſſignat rationē conſuetudinis ibi. In quo
abaundātius ⁊c. Tertio ſubdit fructū rōnis ibi. Ut per
duas res īmobiles ⁊c. Conſuetudo eīm humana duplex
ponit. Una quantū ad id per quod iurat. Alia quantuꝫ
ad effectū iuramenti ibi. Et om̄is cōtrouerſie ⁊c. Illud
autē per quod iurat eſt maius. ⁊ hoc rationabiliter. Ni
hil eīm aliud eſt iurare niſi dubiū cōfirmare. Sicut ergo
in ſcientijs nihil ꝯfirmat niſi per id qꝺ eſt magis notuꝫ.
Ita quia nihil certius eſt apud homīes q̄ deus ideo per
ipm̄ tanq̄ per maius ⁊ certius iurat. Sed contra. Quā
doqꝫ eīm iurat per filiū qui minoꝛ eſt vt cū dicit per xp̄m
Aliquādo vero per creaturā ſicut ioſeph iurauit per ſa-
lutē pharaonis. Geñ. 42º. Reſpondeo. Dicendū eſt ꝙ
duplex eſt modus iurādi per deū. Uno modo per ſimpli
cem atteſtationē. vt cum abſolute dicit per deuꝫ ita eſt.
Quaſi dicat. Teſtis eſt mihi deus ꝙ ita eſt ſicut dico.
Rom. 1º. Teſtis eſt mihi deus cui ſeruio in ſpiritu meo
⁊c. Aliquādo vero per execrationē quod fit quando ali-
quid obligat ad vindictā deo ſi nō ſit ita. puta caput vel
anima vel aliquid huiuſmōi ſicut iurauit apoſtolus. 2ª.
coꝛinth. 1º. Teſtem deū inuoco in animā meā Quaſi di
cat. Obligo animā meaꝫ pꝛo teſtimonio ꝓ quo ipm̄ no-
men dei aſſumo. Et iſtud eſt grauiſſimū. Per creaturaꝫ
aūt iurat non inquantū eſt talis: ſed inquantū in ipa re-
lucet aliqꝺ indiciū diuine poteſtatis. Quia eīm oīs po-
teſtas a deo eſt Ro. 13. inquantū aliqs exercet poteſtatē
ſuper aliquā multitudinē ſi iurat per ipm̄ iurat per deuꝫ
cuius poteſtas in ipo relucet. Et ſic iurauit ioſeph per ſa
lutē pharaonis. Hoc eſt ergo ꝙ dicit ꝙ homīes per ma
ioꝛes ſui iurāt. ¶ Deinde cū dicit. Et omnis cōtrouerſie
⁊c. ponit effectū iuramenti qui in hoc cōſiſtit ꝙ per iura
mentū finit omnis ꝯtrouerſia. Sicut eīm in ſcientijs quā
do reſoluit vſqꝫ ad pꝛima pꝛīcipia indemōſtrabilia quie
ſcit: ita diuina lege introductū eſt ꝙ cuꝫ peruenit ad pꝛi
mā veritatē eſt ſtatus. quod fit quādo ipa in teſtimoniū
inuocat. Exod. 22º. Applicabit ad deos ⁊ iurabit ⁊ ſic
ſopit oīs queſtio ⁊ ꝯtrouerſia. ¶ Deinde cuꝫ dicit. In q̄
abundantius ⁊c. ponit rationē quare deus voluit iura-
re. ſcꝫ ad oſtendendā firmitatē ꝓmiſſionis ſue. Unde di
cit. In quo. i. eoipo deus interpoſuit iuramentū volens
abundantiꝰ ⁊c. Abundans eīm fuit qꝺ ꝓmiſit: ſed abun
dantiꝰ fuit qꝺ iurauit. Uolens inq̄ oñdere heredibꝰ pol
licitationē. i. rei pollicite. Ro. 9. Qui filij ſūt ꝓmiſſio-

nis eſtimant̄ in ſemine. Oſtendere inq̄ immobilitatē.
¶ Sciendū eſt ꝙ in his que a deo procedūt duo ſunt cō
ſideranda. ſcʒ ipſe proceſſus rerū ⁊ conſiliū dei a quo ta=
lis proceſſus cauſat̄. Conſiliū dei eſt omnino immobile.
Eſaie. 46. Conſiliū meū ſtabit ⁊ om̄is volūtas mea fiet
Sed diſpoſitio eſt bene mutabilis. Nam dn̄s aliquādo
pronūciat aliquid ſcd̄m ꝙ exigit ordo ⁊ ꝓceſſus rerū ſi=
cut patet Eſa. 38. Diſpone domui tue: quia morieris tu
⁊ nō viues. Habebat enim curſus infirmitatis ꝙ ex illa
moreret̄. Et ſimiliter Jone. 3. Adhuc quadraginta dies
⁊ niniue ſubuertet̄. quia ip̄a meruerat ſubmerſionē ſui=
ip̄ius. Jere. 18°. Repente loquar aduerſus gentē ⁊ ad=
uerſus regnū. vt eradicē. ⁊ deſtruā. ⁊ diſperdā illud. Si
penitentiā egerit gens illa a malo ſuo quod locutus ſuʒ
aduerſus eā agam ⁊ ego penitentiā ſuper malo qd̄ cogi
taui vt facerē ei ꝛc. Et tūc prophetia eſt comminatiōis.
Quādoqʒ vero ꝓnunciat̄ aliquid ſcd̄m ꝙ reſpicit conſi
liū dei eternū. ⁊ ſuper hoc deus nunq̄ penitet nec illud
retrahit. 1. Regū. 15. Triūphator in iſrael nō parcet et
penitudine nō flecteт̄. Tamen ſciendū eſt ꝙ quādocūqʒ
dn̄s ꝓmittit aliquid ſub iuramēto eſt ꝓphetia predeſti=
natiōis que eſt oſtenſiua diuini cōſilij. Et iſta promiſſio
penitus imutabilis eſt. ¶ Deinde cū dicit. Ut per duas
res ꝛc. oſtēdit fructū ꝓmiſſionis. ⁊ primo oſtendit quis
ſit ille fructus. Secūdo quis cōſequat̄ hunc fructū ibi.
Quā ſicut anchorā ꝛc. Fructus autē eſt vt ſpes noſtra
ſit certa. Unde dicit. Ut habeamus fortiſſimū. id eſt fir=
miſſimū ſolatiū ſpei per duas res immobiles quibus im
poſſibile eſt deū mentiri. ſcʒ per deū qui ꝓmittit qui nō
mentit̄. Numeri. 23. Non eſt deus vt filius hominis vt
mentiat̄ ꝛc. Et per iuramentū in quo eſt maior cōfirma=
tio veritatis. Sciendū eſt autē ꝙ ſicut delectatio ſenſibi
lis eſt experientia ſenſibilis ⁊ memoria de preterito. ita
ſpes de futuro. 1. mach. 2. Om̄es qui ſperant in ip̄o nō
infirmant̄ Eſa. 40. Qui ſperant in domiō mutabūt for
titudinē: aſſument pennas vt aquile currēt ⁊ non labo=
rabūt ꝛc. Habeamus inq̄ nos qui ꝯfugimus a malis ſcʒ
mūdi ab impugnatiōe hoſtis ad tenendā propoſitaʒ no=
bis ſpem. p̄s. Dn̄e refugiū factus es nobis. Prouer. 18
Turris fortiſſima nomen dn̄i. Ad ip̄am currit iuſtus et
exaltabit̄. ¶ Deinde cū dicit. Quā ſic̄ anchorā ꝛc. oſtē=
dit ꝙ fideles promiſſionē iſtam conſequant̄. ⁊ vtit̄ qua=
dam ſimilitudiē. Comparat em̄ ſpem ip̄i anchore que ſi=
cut in mari nauē immobilitat. ita ſpes animā firmat in
deo in hoc mūdo qui eſt quaſi quoddam mare. p̄s. Hoc
mare magnū ⁊ ſpacioſuʒ manibus. Iſta tamē anchora
debet eſſe ſecura vt ſcʒ nō deficiat. Unde fit de ferro. 2ᵉ.
tymoth. 1. Scio cui credidi ⁊ certus ſum ꝛc. Item debet
eſſe firma vt ſcʒ nō cito a naui remoueat̄. ita homo debet
alligari iſti ſpei ſicut anchora naui alligat̄. Eſt autē diſ=
ferentia inter anchorā ⁊ ſpem quia anchora in ymo figit̄
ſed ſpes in ſūmo. ſcʒ in deo. Nihil enim in preſenti vita
eſt firmū vbi aīa poſſet firmari ⁊ quieſcere. Unde Geñ
8. dicit̄ ꝙ columba nō inuenit vbi requieſceret pes eius
Et ideo dicit ꝙ debet incedere vſqʒ ad interiora velami
nis. Apoſtolꝰ em̄ per ſancta que erāt in tabernaculo in
telligit ſtatū preſentē eccleſie: ſed per ſancta ſanctoꝝ que
per velū diſtinguebant̄ a ſanctis intelligit ſtatuʒ future
glorie. In illo ergo vult ꝙ figat̄ anchora ſpei noſtre qui
eſt modo velatus ab oculis noſtris. Eſaie. 64. Oculus
non vidit deus abſqʒ te que preparaſti expectātibus te.
p̄s. Quā magna multitudo dulcedinis tue dn̄e quā ab
ſcondiſti timētibus te. Hāc ibi fixit precurſor noſter qui
ibi ingreſſus eſt. Unde Joh. 14. Uado parare vobis lo
cum. Mich. 2. Aſcendit pandēs iter ante eos. Et ideo
dicit ꝙ ip̄e tanq̄ precurſor ꝓ nobis ingreſſus eſt in inte
riora velaminis: ⁊ ibi fixit ſpem noſtrā ſicut dicit̄ in col=
lecta in vigilia ⁊ in die aſcenſiōis. Tamen quia intra ve
lum nō licebat intrare niſi ſummo ſacerdoti. Leuit. 16.
ideo dicit ꝙ ieſus qui pro nobis ingreſſus eſt: factus eſt
pontifex ineternū ſm̄ ordinē melchiſedech. Ecce q̄ ele=
ganter redit apoſtolus ad propoſitū ſuū. Ipſe em̄ cepe=
rat loqui de ſacerdotio: ⁊ tamen fuerat multū digreſſus
ſed nūc ad iſtud redit ſicut patet.

## Capitulum ſeptimū.

Hic enim melchiſedech rex ſalem
b ſacerdoſ dei ſummi qui obuiauit
abrae regreſſo a cede regū: ⁊ be=
nedixit ei: cui ⁊ decimas omniuʒ
diuiſit abraaʒ: primū quidem qui interpre=
tatur rex iuſticie. deinde autem ⁊ rex ſalem
quod eſt rex pacis ſine patre. ſine matre. ſi=
ne genealogia. neqʒ initium dierum. neqʒ fi
nem vite habens. aſſimilatus autē filio dei
manet ſacerdos imperpetuū.

Supra apl'us. 5. cap°. probauit xp̄m eſſe ſacerdotē. In
6. autē capi. interpoſuit quedā ad preparandos animos
auditoꝝ: hic redit ad ſuū propoſitū. Intendit em̄ proba
re excellentiā ſacerdotij xp̄i ad ſacerdotiū leuiticū Et cir
ca hoc facit duo. Priō. n. oſtendit excellentiā ſacerdotij
xp̄i ad ſacerdotiū veteris teſtamēti. Secūdo oſtendit ꝙ
fideles debent ſacerdoti xp̄o reuerēter ſubdi. Et hoc in
medio decimi capituli ibi. Habētes itaqʒ fratres fiduciā
ꝛc. Circa primū duo facit. Primo em̄ oſtendit preroga
tiuā ſacerdotij xp̄i ſuper leuiticos ex parte perſone ipſiꝰ
ſacerdotis. Secūdo ex parte miniſterij. 8. cap. ibi. Capi
tulū autē ſuper ea ꝛc. Circa primū duo facit. Quia priō
oſtendit exiſtentiā ſacerdotij xp̄i ex promiſſione diuina.
Secūdo oſtendit neceſſitatē ſacerdotij eius ibi. Talis
em̄ decebat ꝛc. Promiſſionē vero oſtendit per illud. p̄s
Jurauit dn̄s ⁊ non penitebit eū ꝛc. Unde tria oſtendit
ad propoſitū ſuū probandū. Primo illud quod dicit̄ ſm̄
ordinē melchiſedech. Secūdo illud quod dicit̄ iurauit.
ibi. Et quantū ē nō ſine iureiurādo ꝛc. Tertio illud qd̄
dicit̄. Tu es ſacerdos ibi. Et alij quidē plures ꝛc. Cir=
ca primū duo facit. Quia primo oſtendit ſimilitudineʒ
ad melchiſedech. Secūdo ex hac ſimilitudiē p̄fert ſacer
dotiū xp̄i leuitico ibi. Intuemiī aūt ꝛc. Circa primū duo
facit. quia primo deſcribit conditōes melchiſedech. Se
cundo oſtēdit quomō conueniūt xp̄o ibi. Primū quidē
ꝛc. Deſcribit autē melchiſedech. primo ex noīe cū dicit
Hic autē melchiſedech. Sic em̄ nominat eū ſcriptura.
Geñ. 14. Ubi habet̄ hiſtoria quā apoſtolus hic ſuppo=
nit. Et ſcd̄m glo. hebrei dicūt ip̄m fuiſſe Sem primoge=
nitū noe. ⁊ tūc quādo abraā habuit victoriā erat annorū
ccclxxx. al's. cccix. ⁊ occurrit abrae nepoti ſuo. Secūdo
deſcribit eū a dignitate. Erat em̄ rex ⁊ ſacerdos. Quan
tū ad primū dicit. Rex ſalē ꝛc. Et ſcd̄m aliquos ſalem
dicit̄ hieruſalē. Sed cōtra eſt hieronymus in quadā epi
ſtola qr vt ip̄e dicit nō poterat eſſe ꝙ ei occurreret a hie=
ruſalē quod probat ex ſitu. Alij autem dicūt ꝙ ſalem di=
cit̄ ille locus de quo dicit̄ Joh. 3°. ꝙ iuxta illū iohānes
baptiʒabat ⁊ menia illius loci erant adhuc tempore hie
ronymi. Quantū ad ſecundū dicit. Sacerdos dei ſum=
mi. Antiquitus enim ille qui inter filios erat antiquior
erat ſacerdos. Sed verū eſt ꝙ tempore abrae multuʒ in
ualuerat cultus ydolorū. Et ideo ne credat̄ ꝙ eſſet ſacer
dos ydoloꝝ addit̄ dei ſummi ſcʒ per eſſentiā nō per par=
ticipationē vel nuncupationē. Deus em̄ eſt creator om=

niũ coꝝ qui dicunt dij: ſiue per participationẽ: ſiue per
erroꝛẽ. p̃s. Rex magnus ſuper om̃es deos. Eſaie. 61°.
Vos ſacerdotes dñi vocabimini ⁊c. Tertio deſcribit eũ
ab officio. Sacerdos em̃ medius eſt inter deũ ⁊ populũ.
Debet ergo aliquid populo cõferre. ſcʒ ſpiritualia ⁊ ali
quid ab ip̃o accipere ſcʒ tempoꝛalia. 1ᵉ. coꝝ. 9°. Si nos
vobis ſpiritualia ſeminauimꝰ non magnũ eſt ſi carnalia
ve ſtra metamus. Pꝛimo ergo debet exhibere ↄfoꝛtatio
nẽ per bona monita. Unde dicit Geñ. 14°. ꝙ quattuoꝛ
reges vicerũt quinqꝫ reges ⁊ captiuũ duxerunt loth ne
potẽ abꝛae. Iſti quattuoꝛ reges ſunt quattuoꝛ vitia prin
cipalia oppoſita quattuoꝛ cardinalibꝰ virtutibus que ca
ptiuũ detinent affectũ nepotẽ ratiõis victis quinqꝫ ſenſi
bus coꝛpis Qui em̃ ſuperat ⁊ liberat affectũ debet ↄfoꝛ
tari a ſacerdote. Eſa. 21°. Occurrẽtes ſitiẽti ferte aquã.
Et Eſa. 35. Confoꝛtate manus diſſolutas ⁊c. Scd̃o per
ſacramentoꝝ adminiſtrationẽ benedicẽdo. Unde bene=
dixit ei. p̃s. Benediximus vobis in nomĩe dñi. Hoc au
tem fit impendẽdo ſacramenta per que confoꝛtat homo
in gratia. Numeri. 6. Inuocabũt nomen meũ ſuper fili=
os iſrael ⁊ ego benedicã eis. Nam deus benedicit aucto
ritate ſed ſacerdos miniſterio. Et decimas ſcʒ ad ſuſten
tationẽ diuiſit. ſcʒ abꝛaã. id eſt recte diſtribuit. Sed con
tra, quia vt patet Numeri. 18. Ex lege eſt datio decima
rũ. Non ergo ſunt ante legẽ. Reſpõdeo. Dicendũ eſt ꝙ
cerimonialia veteris teſtamẽti ſunt quedã determinatio
nes preceptoꝝ iuris naturalis ⁊ preceptoꝝ moꝛaliũ. Et
ideo quantũ ad hoc ꝙ habebant de iure naturali ſerua=
bant ante legẽ tantũ pꝛo voto obſeruantiũ ⁊ ſine aliquo
p̃cepto. Q em̃ aliquid offerat deo in recognitionẽ crea=
tionis ⁊ dominij hoc eſt naturale: ſed ꝙ offerat vitulus
vel edus hoc eſt cerimoniale. Similiter de iure natura=
li eſt ꝙ miniſtri ſeruiẽtes deo ſuſtentent a populo. ſicut
patet Geñ. 47. ꝙ hoc ſeruabat etiã apud gentiles. Un
de ſacerdotes: quia paſcebant de hoꝛreis publicis non
ſunt cõpulſi vendere poſſeſſiones ſuas. ⁊ ideo fuerũt an
te legem. Sed determinatio huiꝰ partis eſt per legem.
Leuiti. 27. Omnes decime dñi ſunt. ⁊ in huius ſignũ
iacob ante legẽ in loco in quo poſtea fuit edificatũ tem=
plum vouit ſe daturũ decimas. ⁊ hoc ſpecialiter. quia ad
hoc dei cultus pꝛopꝛie exhibet vt ſignificet ꝙ homo q̃c
quid habet a deo accepit ⁊ totã perfectionẽ ſuam ab ip̃o
expectat. Numerus em̃ denarius eſt perfectus: quia cõ=
ſurgit ex partibꝰ ſuis aliquotis: quia vnũ duo tria quat
tuoꝛ faciũt decem. Uſqꝫ etiaʒ ad ip̃m aſcendit numerus
⁊ om̃es alij nõ ſunt niſi quedã repetitio ⁊ additio ſuper
denariũ. Omnes ergo ſunt imperfecti vſqꝫ dum perue=
nit ad ip̃m. Et ſimiliter a deo eſt om̃is perfectio. Ut er=
go ſignificaret ꝙ a deo eſt complementũ om̃is perfectio
nis, ideo dedit decimas. ¶ Deinde cũ dicit. Pꝛimũ qui
dem ⁊c. oſtẽdit ſimilitudinẽ xp̃i ⁊ melchiſedech. ⁊ circa
hoc facit duo. Pꝛimo em̃ inducit ſimilitudinẽ quantuʒ
ad conditionẽ perſone. Secũdo quantũ ad ſacerdotiũ.
ibi. Aſſimilatus autẽ filio dei ⁊c. Pꝛima in duas. quia
pꝛimo ponit ſimilitudinẽ quantũ ad ea que in ſcriptura
cõmemoꝛant. Secũdo quantũ ad ea que in ip̃a tacentur
ibi. Sine patre ⁊c. In ſcriptura autẽ duo dicunt de ipſo
Pꝛimũ quidẽ nomen. ſcʒ melchiſedech qd̃ interpꝛetat
rex iuſticie ⁊ ſigni ficat xp̃m qui fuit rex. Iere. 23. Et re=
gnabit rex ⁊ ſapiẽs erit ⁊ faciet iudiciũ ⁊ iuſticiã in terra
Nec ſolũ dicit iuſtus ſed etiã rex iuſticie: quia factus eſt
nobis ſapiẽtia ⁊ iuſticia. 1ᵉ. coꝝ. 1°. Aliud quod dicit de
ipſo eſt ↄditio. Unde dicit rex ſalem. id eſt pacis hoc au
tem cõuenit xp̃o. Ipſe em̃ eſt pax noſtra. Ephe. 2. Et in
hoc docet ap̃lus vti interpꝛetatiõe nominũ in predicatio
nibus. p̃s. Oꝛiet in diebus eius iuſticia ⁊ abũdantia pa

cis. Et bene cõiungit iuſticiam ⁊ pacem: quia nullus fa=
cit pacem qui non ſeruat iuſticiam. Eſaie. 32. Erit opus
iuſticie pax. In mundo iſto gubernamur in iuſticia: ſed
in futuro in pace. Eſaie. 32°. Sedebit populus meus
in pulchꝛitudine pacis. ¶ Deinde cuʒ dicit. Sine patre
⁊c. ponit ſimilitudinẽ quantũ ad ea que tacent de ipſo:
qꝛ in ſcriptura nõ fit mentio de patre vel matre eius nec
de genealogia ip̃ius. Unde ex hoc aliqui antiqui aſſum
pſerũt materiã erroꝛis vt quia ſolus deus eſt ſine pꝛinci=
pio et ſine fine dicerẽt iſtũ melchiſedech fuiſſe filiũ dei.
Iſtud autẽ damnatũ eſt ſicut hereticũ. ¶ Unde ſciendũ
eſt ꝙ in veteri teſtamẽto quãdocũqꝫ fit mentio de aliqua
ſolenni perſona narrant pater ⁊ mater ⁊ tempꝰ natiuita
tis ⁊ moꝛtis. ſicut de yſaac ⁊ multis alijs: hic autẽ ſubi
to introducit melchiſedech. nulla penitus facta mentio
ne de generatiõe ſua ⁊ pertinẽtibus ad ip̃aʒ. Et hoc vti
qꝫ ratiõabiliter. Inquantũ enim dicit ſine patre ſignifi=
cat natiuitas xp̃i de virgine que fuit ſine patre. Mat. 1.
Quod em̃ in ea natũ eſt de ſpiritu ſancto eſt. Illud aũt
quod eſt pꝛopꝛiũ dei nõ debet attribui creature. Solius
vero dei patris eſt eſſe patrẽ xp̃i. Ergo in natiuitate illiꝰ
qui ip̃m pꝛefigurabat nõ debuit fieri mẽtio de patre car=
nali. Item quantũ ad naturã eternã dicit. Sine matre.
⁊ hoc ne intelligas iſtã generationẽ eſſe materialẽ ſicut
mater dat materiã genitoꝛ: ſed eſt ſpiritualis ſicut ſplen=
doꝛ a ſole. Supꝛa. 1. Qui cũ ſit ſplendoꝛ gloꝛie ⁊c. Item
quãdo fit generatio a patre ⁊ matre non totũ eſt a patre:
ſed materia admĩſtrat a matre. Ad excludendũ ergo im
perfectionẽ a xp̃o ⁊ ad deſignandũ ꝙ totuʒ quod habet
eſt a patre nõ fit aliqua mentio de matre. Unde verſus.
Eſt ſine matre deus. eſt ſine patre caro. p̃s. Ex vtero an=
te luciferũ genui te. ſcʒ ego ſolus. ¶ Sine genealogia.
Ex duplici rõe non ponit genealogia eius in ſcriptura.
Una ad deſignandũ ꝙ generatio xp̃i eſt ineffabilis Eſa.
53. Generationẽ eius quis enarrabit? Alia ad deſignan
dũ ꝙ xp̃us qui introducit vt ſacerdos nõ pertinet ad ge
nus leuiticũ nec ad genealogiã veteris legis. Et hec eſt
intentio apoſtoli. Unde ſubdit. Neqꝫ initiũ dieꝝ habẽs
neqꝫ finem vite. Hoc autẽ dicit nõ quia xp̃us non ſit na
tus in tempe neqꝫ moꝛtuus ſed ꝓpter eternã eius gene=
rationẽ in qua natus eſt ſine initio cuiuſcũqꝫ tempoꝛis.
Unde. Io. 1. In pꝛincipio erat verbũ. id eſt tempe quo=
cũqꝫ dato ante erat verbũ vt exponit baſilius. Eſt em̃ an
te om̃es dies quia per ip̃m factus eſt mũdus cum quo in
ceperũt dies. Item nec finẽ vite: verũ eſt quantũ ad eter
nitatẽ. Quantũ etiã ad humanitatẽ non habet finẽ vite
quia xp̃us reſurgens ex moꝛtuis iam nõ moꝛit. Rom̃. 6.
⁊ infra. 13. Xp̃s ieſus heri ⁊ hodie ip̃e ⁊ in ſecula. ¶ De
inde cum dicit. Aſſimilatus autẽ filio dei ⁊c. oſtendit ſi=
militudinẽ quantũ ad ſacerdotiũ. ¶ Sciendũ eſt tamen
ꝙ ſolet dici ꝙ poſterioꝛa ſimilant pꝛioꝛibus ⁊ nõ ecõuer
ſo. Et ideo ne credat ꝙ ſacerdotiũ xp̃i ſit poſterius ſacer
dotio melchiſedech. hoc remouet apoſtolus: qꝛ ⁊ ſi xp̃s
inquantũ homo natus ſit poſt eũ ⁊ ex tempoꝛe. tamen in
quantũ deus ⁊ filius dei: eſt ab eterno. Et ideo melchiſe
dech ſcd̃m om̃ia iſta aſſimilatus eſt illi qui eſt filius dei
⁊ hoc inquantũ manet ſacerdos imperpetuũ. quod po=
teſt dupliciter exponi. Uno modo. quia nõ fit mentio de
fine ſacerdotij eius: nec ſucceſſoꝛe ip̃ius. Oſee. 12°. In
manibus pꝛophetarũ aſſimilatus ſuʒ. Item eſt ſacerdos
imperpetuũ: quia figuratũ eius ſcʒ ſacerdotiũ xp̃i imper
petuũ eſt. Unde ⁊ in ſcriptura pluries repetit ritu perpẽ
tuo. Exod̃. 27. Cultus perpetuus erit. Leuitici. 24°.
Cultu rituqꝫ perpetuo quia illud qd̃ figurabat per iſtud
perpetuũ erat. Per hoc em̃ apoſtolus cõtinuat ſequen=
tia ad pꝛecedentia.

## Lectio ſecunda.

i Ntuemini autem quantus ſit hic: cui ⁊ decimas dedit de precipuis abraam patriarche. Et quidem de filijs leui ſacerdotiū accipientes mandatum habent decimas ſumere a populo ſcđm legem. id eſt a fratribus ſuis quanꝗ̄ ⁊ ipſi exierint de lumbis abrae. Cuius autem generatio nō annumeratur in eis: decimas ſumpſit ab abraā: ⁊ hunc qui habebat repromiſſiones benedixit. Sine vlla autem contradictione quod minus eſt a meliore benedicitur. Et hic quidem decimas morietes homines accipiunt. ibi autem cōteſtatur quia viuit. Et vt ita dictum ſit: per abraam ⁊ leui qui decimas accepit: decimatus eſt. Adhuc enim in lumbis patris erat: quando obuiauit ei melchiſedech.

Supra oſtendit apoſtolus quomodo melchiſedech aſſimilatus eſt filio dei: hic oſtendit preeminentiā ſacerdotij melchiſedech ad ſacerdotiū leuiticū. Et circa hoc facit duo. Primo eñ excitat attentionē. Secūdo oſtendit propoſitū. ibi. Et quidē de filijs leui ꝛc. Excitat autem ipſos quia grandia ⁊ maxima dicturus erat. Prouer. 8. Audite me: quia de reb⁹ magnis locutura ſum. Et ideo dicit. Intuemini. id eſt diligenter cōſiderate quātus. id eſt ꝙ magne dignitatis ſit ille cui abraā patriarcha decimas ſoluit. ⁊ hoc de precipuis. Malach. 1°. Maledictus doloſus qui habet in grege ſuo maſculū et votū faciens immolat dn̄o debile. Dicit autē abraam patriarcha. id eſt princeps patrū: nō quia non habuerit patrem ſed qꝛ ſibi facta eſt ꝓmiſſio de paternitate gentiū. Gen̄. 17. Eris pater multarū gentiū ꝛc. Eccl'. 44°. Abraam magn⁹ pater multitudinis gentiū ꝛc. Rom̄. 4°. Patrē multarū gentiū poſui te ante deū cui credidiſti ꝛc. ¶ Deinde cū dicit. Et quidem de filijs ꝛc. oſtendit preeminētiā ſacerdotij melchiſedech ad leuiticū. Et circa hoc facit duo. Primo eñ oſtendit propoſitū. Secūdo ex hoc cōcludit intentū. ſcꝫ ꝙ ſacerdotiū xp̄i prefert ſacerdotio leuitico ibi. Si ergo cōſumatio ꝛc. Iterū prima in duas quia primo oſtendit ꝓpoſitū. Secūdo remouet quandā reſponſionē ibi. Et vt ita dictū ſit ꝛc. Prima iterū in duas. Primo oſtendit preeminentiā quantū ad id in quo ip̄e viſus eſt ſacerdotio ſuo. Secūdo quantū ad conditionē ſacerdotij ibi. Et hi quidē decimas ꝛc. Ad ſacerdotē vero duo pertinēt vt dictū eſt ſupra. ſcꝫ accipe ⁊ benedicere. Duo ergo facit. Quia primo oſtendit excellentiam quantū ad acceptionē decimarū. Secūdo quantū ad benedictionē ibi. Et hūc qui habebat ꝛc. Circa primuꝫ adhuc duo facit. quia primo oſtendit quibus cōpetit accipere decimas. Secūdo quomō hoc excellentius faciebat melchiſedech ibi. Cuius autē generatio ꝛc. Dicit ergo. Et quidē accipientes ſacerdotiū de filijs leui ꝛc. In hoc oſtēdit quibus cōpetit accipere decimas quia ſacerdotib⁹. Sciendū eſt autē ꝙ illi de tribu leui erāt deputati diuino cultui. Inter ip̄os autē ſoli illi de ſtirpe aaron erant ſacerdotes. Exod. 28°. Applica aaron ꝛc. Et iſti quia per aaron erāt de tribu leui ſumebāt decimas. Sꝫ contra. Ergo ſcđm hoc ſoli ſacerdotes accipiebant decimas. qđ eſt contra illud Numeri. 18°. Filijs leui dedi om̄es decimas iſraelis. Reſpondeo. Dicendū eſt ꝙ leuite nō accipiebāt eas niſi quia miniſtrabāt ſacerdotib⁹. Et ita nō ꝓpter ſe ſed ꝓpter ſacerdotes dabant eis. Itē leuite accipiebāt decimas decimatas. ſicut Nume. 18. ⁊ ita ſoli ſacerdotes accipiebāt ⁊ non ſoluebāt. Secūdo oſtendit quo iure accipiebāt quia ex mandato legis. Unde dicit. Mandatū habent decimas ſumere. ¶ Contra. Si hoc eſt mandatū legis cū ſeruare mandata legis modo ſit peccatū. videt illicitū modo dare vel accipere decimas. Reſpondeo. Dicendū eſt ꝙ in lege fuerunt quedā pure cerimonialia ſicut circūciſio īmolare agnū ⁊ hmōi. Et iſta quia erāt figuratiua tantū: non licet modo ſeruare. Erant eñ figura futuri. Unde qui modo ſeruaret ſignificaret xp̄m adhuc futurū. Quedam vero erāt pure moralia ⁊ iſta modo ſeruāda ſunt. Et de talibus fuit datio decimarū ſicut ſupra dictū eſt. Tamen decimatio et in lege data eſt ⁊ in nouo teſtamento Math. 10. Dign⁹ eſt operarius cibo ſuo. Luce. 10. Dignus eſt operarius mercede ſua. Sed determinatio talis portiōis eſt ab eccleſia ſicut ⁊ in veteri teſtamento fuit ex lege. Alia vero fuerūt partim cerimonialia ⁊ partim moralia ſicut iudicialia. ⁊ iſta quantū ad id ꝙ cerimonialia ſunt non licet ea ſeruare: ſed quantū ad morale debēt. tamē non eſt neceſſe in ꝓpria forma ſeruari. ¶ Alia obiectio: quia ſi eſſet mandatū ⁊ adhuc eſt. Ergo peccat qui nō accipit. et peccāt vbi nō accipiunt. Reſpondeo. Dicendū eſt ꝙ aliqui dicūt ꝙ nulli licet abrenūciare iuri accipiendarū decimarū: ſed bene licet dimittere vſum accipiēdi propter ſcandalū. ⁊ hoc exemplo apoſtoli qui ſumptus nō accipiebat ab aliquibus. Et ſic dicūt mandatū eſſe ꝙ iuri non renūcient. Melius tamē dici poteſt ꝙ nō eſt intelligendū ꝙ eis preceptū ſit ſumere ſed pro ſe habēt introductū hoc mandatū ꝙ accipere poſſint ⁊ alij teneant reddere. ¶ Tertio oſtendit a quibus accipiebant: quia a populo ſcꝫ a fratribus ſuis ſcđm legeꝫ. quanꝗ̄ ip̄i leuite exierint de lumbis abrae. Quia eñ aliquis poſſꝫ dicere ꝙ ſicut melchiſedech accepit decimas ab abraā: ita leuite a filijs eius. Ergo non prefert illud ſacerdotiū iſti. ideo hoc excludit ⁊ dicit ꝙ ip̄imet leuite erant de ſemine abrae ⁊ ſic erāt inferiores eo cui deciās ſoluerūt ſcꝫ abraā. ¶ Deinde cū dicit. Cuius autē generatio ꝛc. oſtendit quomō excellentius ꝯueniebat melchiſedech accipere decimas quia nec ip̄e erat de genere abraā. vnde generatio eius nō anumerat cum eis ſcꝫ leuitis. Item ex mādato legis licebat eis ſumere decimas. ⁊ ſic eoꝝ ſacerdotiū erat ſubiectū obſeruātijs legis: ſed ille nō ex mandato cuiuſcūqꝫ legis: ſed per ſe ſumpſit decimas. Ideo ſacerdotiū eius erat figura ſacerdotij xp̄i. qđ non eſt ſubditū legi. Item ip̄i accipiebāt a populo infimo. ſcꝫ a fratribus. ille aūt a ſūmo. ſcꝫ ab abraā. ¶ Deinde cū dicit. Et hūc qui habebat ꝛc. oſtēdit excellentiā ei⁹ ex parte benedictōis. ⁊ eſt ſua ratio talis Gen̄. 14. dicit ꝙ melchiſedech benedixit abrae Et maior eſt qui benedicit illo cui benedicit. ergo ꝛc. Et ideo dicit ꝙ melchiſedech ip̄e benedixit abraam qui habebat repromiſſionē. Contra. infra. 11. Non acceperūt repromiſſionē ꝛc. Reſpondeo. Dicendū eſt ꝙ nō accepit abraā repromiſſionē. id eſt rem ꝓmiſſam qꝛ non fuit eam cōſecutus. habuit tamen ip̄aꝫ in fide ⁊ ſpe ⁊ ad ip̄m ſpecialiter facta eſt repromiſſio. ¶ Deinde cū dicit. Sine vlla autē contradictiōe ꝛc. ponit minorē ſue rationis. Sed hic ſunt tres obiectiōes. Prima eſt de hoc ꝙ dicit ꝙ minor a maiore benedicit. Et ex iſto loco pauperes lugudunēſes dicūt ꝙ quicūqꝫ iuſtus maior eſt peccatore. ⁊ ſic iuſtus laycus nō benedicit a malo ſacerdote: ſed ecōuerſo. Unde volūt ꝙ omnis iuſtus eſt ſacerdos. ⁊ nullus peccator eſt ſacerdos. Reſpōdeo. Dicendū eſt ꝙ iſte error nimis pernicioſus eſt: qꝛ ſi bonitas miniſtri

requirat ad collationẽ ſacramẽti in quo eſt ip̃a ſalus. ſequit̃ ꝙ nullus ſit certus ſue ſalutis: nec ſciret ſe recte baptizatũ: quia non poteſt ſcire ſi ſacerdos ſit iuſtus. Nullus etiã poterit eſſe miniſter: quia nemo ſcit vtrũ odio vł amore dignus ſit Eccł. 9. Et ideo dicendũ eſt ꝙ aliquis poteſt aliquid facere dupliciter. Aut auctoritate ꝓpria. aut auctoritate alterius. Quãdo aũt auctoritate ꝓpria tunc requirit̃ ꝙ ſit iuſtus. Sacerdos autẽ tantũ eſt miniſter. Unde nõ agit niſi in virtute xp̃i. 1. cor. 4. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros xp̃i ⁊ diſpẽſatores miniſteriorum dei. Et ideo nõ nocet ſiue bonus ſiue malus fuerit. quia xp̃us eſt qui in ip̃o benedicit. ⁊ ſine vlla contradictiõe qui benedicit maior eſt. Secũda obiectio eſt. quia cum xp̃s ſit maior omni ſacerdote quomõ poteſt corpus xp̃i a ſacerdote cõſecrari? Reſpondeo. Dicendũ eſt ꝙ ſacerdos benedicit materiã non autẽ corpus xp̃i. Item nõ agit auctoritate ꝓpria: ſed auctoritate xp̃i qui inquantũ deus maior eſt corpore ſuo. Item tertia obiectio eſt quia non videt̃ verũ ꝙ maior benedicat ſemper minorẽ: quia papa conſecrat̃ ab epiſcopo. ⁊ archiep̃us a ſuffraganeo qui tamẽ ſunt minores. Reſpondeo. Dicendũ eſt ꝙ nec epiſcopus cõſecrat papã. nec ſuffraganei archiepiſcopũ ſed hũc hominem vt ſit papa vel archiep̃us. Item facit hoc vt miniſter dei qui maior eſt q̃ papa. ¶ Deinde cuꝫ dicit. Et hoc quidẽ ⁊c. oſtendit preeminentiã ſacerdotij ex parte ſacerdotis ex cõditione ip̃ius: ⁊ facit talẽ rationẽ. Illud eſt excellentius qđ nõ corrumpit̃: ſed in ſacramento leuitico homĩes morientes. id eſt per mortẽ ſuccedentes accipiunt decimas. ſed ibi. id eſt in ſacerdotio melchiſedech ꝯteſtat̃ ſcriptura quia viuit. id eſt nõ facit mentionẽ de morte eius. nõ quia nõ mortuus ſit: ſed q᷑ ſignificat ſacerdotiũ quod manet in eternũ. Xp̃us eñ reſurgens ex mortuis iam nõ morit̃. Rom̃. 6. ⁊ Apoc. 1°. Fui mortuus ⁊ ecce ſum viuus ⁊c. ¶ Conſequẽter cũ dicit. Et vt ita dictum ſit ⁊c. reſpondet cuidam obiectiõi. Poſſet enim dici verũ eſt ꝙ melchiſedech maior eſt q̃ abraã qui ei dedit decimas: ſed leui eſt maior q̃ melchiſedech. Et ideo dicit apoſtolꝰ ꝙ hoc non valet. quia vt ita dictũ ſit per abraã. id eſt mediante abraã ⁊ leui decimatus eſt ab eo ſupple qui decimas accepit. id eſt a melchiſedech. Et ſic adhuc eſt ip̃e maior q̃ leui. ¶ Sed cõtra ſi alicuiꝰ epiſcopi pater dat decimas non tamen propter hoc oportet ꝙ epiſcopꝰ ſit minor illo qui decimas recipit. Ergo nec ſimiliter in ꝓpoſito. Reſpondeo. Dicendũ eſt ꝙ nõ eſt ſimile: quia tota dignitas illius generis etiam ſacerdotũ erat ex abraã. non autẽ ſic eſt de ipſo q᷑ tota dignitas eius ex xp̃o eſt non ex patre ſuo. ¶ Deinde cũ dicit. Adhuc eñ in lumbis ⁊c. manifeſtat quod dixerat ⁊ dicit ꝙ leui adhuc erat in lumbis abraã quando dedit decimas melchiſedech q̃ occurrit ſibi. ⁊ ſic abraam decimato: decimatus eſt etiã leui. ¶ Sed contra. q᷑ ſic etiã erat xp̃us in lumbis eius ſicut ⁊ leui. Math. 1°. Filij dauid: filij abraam. Et ideo ſi ꝓpter hoc maior eſt melchiſedech q̃ leui: quia leui fuit decimatus non videtur ratio quare xp̃us non fuerit decimatus. et ſic adhuc melchiſedech maior xp̃o erit. Et eadẽ difficultas eſt de peccato originali: quia vt dicit̃ Rom̃. 5°. In quo om̃es peccauerũt. id eſt in adam. Et ideo videt̃ ꝙ xp̃us qui eodem modo fuit in ip̃o ſicut nos ip̃m peccatũ originale cõtraxerit. Reſpondeo dicendũ eſt ꝙ totũ hoc intelligitur in his qui in abraã ſiue in adam fuerunt ſcđm rationẽ ſeminalẽ ⁊ corpulentã ſubſtantiã quomodo xp̃us non fuit ibi: ſed tantũ ſcđm corpulentã ſubſtantiã: xp̃us eniꝫ fuit cõceptus quo ad corpus de materia puriſſima ⁊ ſanctiſſima beate virginis. vt habet declarari. tertio ſententiarum. tertia diſtinctiõe.

Lectio tertia.

Si ergo conſumatio per ſacerdotiũ leuiticum erat. populus enim ſub ipſo legem accepit: quid adhuc neceſſarium fuit ſcđm ordinem melchiſedech alium ſurgere ſacerdotem ⁊ non ſcđm ordinem aaron dici? Tranſlato enim ſacerdotio neceſſe eſt ⁊ vt legis tranſlatio fiat. In quo enim hec dicuntur de alia tribu eſt: de qua nullus altario preſto fuit. Manifeſtum eſt enim ꝙ ex iuda ortus ſit dñs noſter: in qua tribu nihil de ſacerdotibus moyſes locutꝰ eſt. Et amplius adhuc manifeſtum eſt ſi ſcđm ſimilitudinem melchiſedech exurgat alius ſacerdos qui non ſcđm legem mãdati carnalis factꝰ eſt: ſed ſcđm virtutẽ vite inſolubilis. Conteſtatur enim: quoniaꝫ tu es ſacerdos in eternũ ſcđm ordinem melchiſedech. Reprobatio quidem fit precedentis mandati: propter infirmitatẽ eius ⁊ inutilitatem. Nihil enim ad perfectũ adduxit lex Introductio vero melioris ſpei per quam proximamus ad deum.

Supra probauit ap̃lus preeminentiã ſacerdotij melchiſedech ad leuiticũ: hic ex eodem cõcludit excellentiã ſacerdotij xp̃i reſpectu ſacerdotij leuitici. Sicut etiã ſupra dictũ eſt a principio huius ſeptimi capituli apoſtolꝰ per tria in auctoritate pſalmiſte ꝓbat propoſitũ ſuũ. Et primo per illud ſcđm ordinẽ melchiſedech. Probauit ergo preeminentiã melchiſedech ad leui. Et ideo ſcđm ordineꝫ ſacerdotij melchiſedech probat preeminentiã xp̃i ad ſacerdotiũ leuiticũ Unde facit hic magnã vim de iſto verbo ſcđm ordinẽ. Et facit duas ratiões quarũ vna cõcludit ꝙ ſacerdotiũ xp̃i prefert̃ ſacerdotio leuitico. Secũda ꝙ etiã euacuat illud ⁊ illam ponit ibi. Et amplius adhuc manifeſtũ eſt ⁊c. In prima ratiõe que eſt cõditionalis ponit duo antecedẽtia ⁊ per ꝯſequens duo ꝯſequẽtia ibi. Quid adhuc ⁊c. ⁊ ratio ſua talis eſt. Si ſacerdotiũ leuiticũ fuiſſet perfectũ per cuius miniſteriũ erat adminiſtratio legis nõ fuit neceſſariũ ꝙ ſurgeret alius ſacerdos ſcđm aliũ ordinẽ per quẽ etiam alia lex miniſtraretur ſicut per leuiticũ lex vetus. Sed ſurgit alius ſacerdos ſcđm aliũ ordinẽ. ſcꝫ ſcđm ordinẽ melchiſedech. Ergo illud imperfectũ erat. Sicut ergo ſurgit ſacerdotiuꝫ ita neceſſe eſt ſurgere aliã legem. ¶ In iſta ratiõe manifeſtũ eſt ꝙ ſunt duo antecedẽtia. Unũ pertinet ad ſacerdotiũ. aliud ad legem. Dicit ergo quantũ ad primũ antecedẽs ꝙ ſi eſſet cõſumatio per ſacerdotiũ leuiticũ. Quantum vero ad ſecundũ dicit: ꝙ ſi per ſacerdotiũ lex adminiſtraret̃. quod ꝓbat quia ſub ip̃o. id eſt per eius adminiſtrationẽ populus legẽ accepit nõ ꝙ ſacerdotiũ precederet legẽ: ſed magis ecõuerſo. Unde iſtud ſecundũ antecedẽs ponit ibi cũ dicit. Sub ipſo eñ ⁊c. Malachie. 2. Labia ſacerdotis cuſtodiũt ſcientiã ⁊ legem de ore eius requirẽt. Facit autẽ mentionẽ ſpecialiter de ſacerdotio: vt trãſferat ſe ad legẽ que per officiũ ſacerdotale adminiſtrabat̃. Non eñ vt dicit glo. poteſt eſſe ſacerdos ſine teſtamẽto ⁊ lege ⁊ preceptis. Sacerdotiũ vero nõ cõſumabat. i. perficiebat. Tota eñ perfectio ſua erat per legem quã adminiſtrabat. Sed vt iam dicet̃ nullũ ad perfectũ

adduxit lex. quia nec ad perfectionē iuſticie. Math. 5°. Niſi abūdauerit iuſticia veſtra pluſꝙ ſcribarū ⁊c. Item non dabat cōſumationē patrie: quia nō introducebat in vitā. Et in huius ſignū ipſe legiſlator nō potuit intrare terrā promiſſiōis. Deutro. vlti. Has aūt duas perfectiones habemꝰ per xp̄m. Eſa. 10. Conſumatio abbreuiata inundabit iuſticiā. Rom̄. 6. Verbū conſumās ⁊ abbreuians in equitate. Hec ſūt ergo antecedētia. ¶ Conſequētia vero ponit cū dicit. Quid adhuc ⁊c. Et hoc quantū ad primū. Quaſi dicat. Si illud fuiſſet conſumatū ⁊ perfectū quid adhuc fuit neceſſariū ſurgere aliū ⁊c. id eſt nō dixiſſet ſcd̄m ordinē melchiſedech: ſed ſm̄ ordinē aaron qđ quia non fecit ergo erat imperfectū. Hec eſt tota prima ratio. per quā patet ꝙ ſacerdotiū xp̄i prefert̄ leuitico Secūda ratio probat ꝙ etiā ip̄m euacuat: quia perfectū euacuat imperfectū. 1ᵉ. cor. 13. Cum venerit quod perfectū eſt euacuabit̄ quod ex parte eſt. Ergo ſacerdotiū xp̄i euacuat ſacerdotiū leuiticū. Eſt ergo primū conſequēs ꝙ ſacerdotiū xp̄i euacuat ſacerdotiū leuiticū. Secundū cōſequens eſt ꝙ etiā euacuat̄ lex que per illud adminiſtrabat̄. ⁊ iſtud ponit cū dicit ꝙ tranſlato ſacerdotio neceſſe eſt vt legis trāſlatio fiat. Erat em̄ lex ſub adminiſtratione ſacerdotij. ḡ mutato ſacerdotio neceſſe eſt ꝙ lex mutetur. Et huiꝰ ratio eſt: quia mutato fine neceſſe ꝙ mutentur ea que ſunt ad finem. ſicut qui mutat propoſitum eundi per aquam mutat propoſitum querendi nauem. Omnis autem lex ordinatur ad conuerſationez humanam ſcd̄m aliquod regimen. Unde ſcd̄m philoſophū in politic̄. mutata cōuerſatiōe neceſſe eſt mutari legē. Sicut autē lex humana ordinat̄ ad regimē humanū: ita ſpiritualis ⁊ diuina ad regimen diuinū. Hoc autē regimen deſignat̄ ꝑ ſacerdotiū. Trāſlato ḡ ſacerdotio neceſſe eſt transferri legē. Signanter autē loquit̄ quia nō dicit ſacerdote tranſlato. Lex enim non reſpicit perſonā ſacerdotis. Unde mortuo ſacerdote nō mutatur lex niſi forte ſit illa introducta per perſonam eius: ſed mutato ſacerdotio mutatur totus modꝰ ⁊ ordo regiminis. Et de iſta mutatiōe habetur Ierem̄. 3°. Feriam domui iſrael ⁊ domui iuda fedus nouū non ſcd̄m pactū quod pepigi cū patribus veſtris ⁊c. Rom̄. 8. Lex ſpiritus vite in xp̄o ieſu liberauit me a lege peccati ⁊ mortis. Lex em̄ vetus dicitur lex peccati ⁊ mortis per occaſionē acceptā: quia ſcȝ gratiam non cōferebat ex opere operato ſicut ſacramēta noue legis. Sed obijcit h̄ manicheꝰ. ſi lex vetus fuit data per diuinā prouidentiā cū illa ſit immutabilis: etiam ip̄a lex eſſet immutabilis ⁊ per cōſequens nō debuit mutari. Cū ergo mutata ſit nō eſt data per diuinā prouidentiā. Reſpondeo. Dicendū eſt ſcd̄m ꝙ dicit auguſt̄. contra fauſtū. Sicut ſapiēs diſpenſator vna ⁊ eadē diſpoſitiōe ⁊ prouidentia ſcd̄m diuerſitatē tempoꝝ ⁊ perſonarū dat alia ⁊ alia precepta. ſicut alia hyeme. alia eſtate. alia pueris. alia ſenibus. alia perfectis. alia imperfectis ⁊ tamē eſt eadem ꝓuidentia: ita diuina ꝓuidentia īmobili permanēte mutata eſt lex ꝓpter mutationē temporū: quia ante aduentū debuerūt dari precepta que figurarent venturū: ſed poſt aduentum que ſignificēt veniſſe. Item data ſunt illis precepta ſicut pueris. in nouo vero ſicut perfectis. Unde lex dicit̄ pedagogus quod eſt proprie pueroꝝ. Unde ſi in lege dicit̄ aliquid quod ſonet in perpetuitatē: hoc eſt ratiōe figurati. Item glo. dicit hic ꝙ iſta tranſlatio ſacerdotij fuit figurata. 1. Regū. 2. quādo ſacerdotiū fuit tranſlatū ad ſamuelē qui nō fuit de tribu leui. Contra: quia ſamuel nō fuit ſacerdos. imo magis hoc fuit figuratū in tranſlatione ſacerdotij ab abyathar ad ſadoch qui etiā erat leuita. Et dicendū eſt ꝙ licet ſamuel nō eſſet ſacerdos: tamen aliquid ſacerdotale egit: quia ⁊ ſacrificiū obtulit ⁊ reges vnxit. ſcȝ ſaul ⁊ dauid. Et quantū ad hoc tranſlatuȝ eſt ad ip̄m ſacerdotiū. Et ſic dicit̄ in p̄s. Moyſes ⁊ aaron in ſacerdotibus eius ⁊ ſamuel inter eos qui inuocāt nomen eius. Item cōtra illud qđ dicit glo. ꝙ non erat de tribu leuitico. quia. 1. Paral̄. 6. Helcana qui fuit pater eius ⁊ ip̄e numerat̄ inter filios leui. Reſpondeo. Dicendū eſt ꝙ ſamuel quantū ad aliquid fuit de tribu iuda ⁊ hoc quantū ad matrē. ſed quantū ad patrem de tribu leui. nō tamen de aaron ſed quantū ad locū fuit de monte effraim. Licet em̄ vndecim tribus habuerint certas ꝓuincias. non tamē tribus leui: ſed inter ip̄as accepit poſſeſſionē et ſic habitabat in monte effraim. ¶ Deinde cū dicit. In quo em̄ ⁊c. manifeſtat qđ dixit. Et primo ꝙ ſacerdotiū ſit tranſlatū Secūdo hoc exponit ibi. Manifeſtū eſt em̄ ⁊c. Dicit ergo dictū eſt ꝙ tranſlatū eſt ſacerdotiū: quia ille cui dixit ꝓpheta. Tu es ſacerdos: eſt de alia tribu. ſcȝ iuda non de leui. ſicut patet Math. 1°. De qua tribu nullus preſto fuit altario. id eſt altaris miniſterio. ſcȝ de iuda. Sȝ contra. Rex ozias ingreſſus eſt templū vt poneret incēſum. 2°. Paral̄. 26°. Reſpondeo. Dicendū eſt ꝙ licite nullus preſto fuit altari. vel etiam nullus impune. Ipſe em̄ ozias grauiter fuit punitus: quia vſq; ad mortē fuit leproſus. Et ſi dicas ꝯtra illud quod dicit̄ nullus ꝙ beata virgo fuit de tribu ⁊ ſtirpe aaron: quia erat cognata elizabeth que fuit de filiabus aaron. Luce. 1°. Reſpondeo. Dicendum eſt ꝙ inter ſtirpes ſacerdotalis ⁊ regia erāt preclariores. vnde ⁊ frequēter coniūcte fuerunt per matrimoniū ſicut patet de primo ſūmo ſacerdote qui accepit vxorē filiā aminadab ſororē naaſon qui fuit dux in tribu iuda. Exo. 6. ⁊ etiā. 4. Regū. 11. ⁊. 2. Paral̄. 22. Ioiada ſacerdos duxit in vxorē ioſabeth filiā regis iorā vnde potuit eſſe ꝙ aliqua parte elizabeth eſſet de tribu iuda. ¶ Deinde cum dicit. Manifeſtū eſt em̄ ⁊c. exponit quod dixit dicēs: ꝙ manifeſtū eſt ꝙ dn̄s ortus eſt de tribu iuda. Math. 1. Apoc. 5°. Uicit leo de tribu iuda ⁊c. De qua nihil ⁊c. Lex em̄ mandauit nullū aſſumi ad miniſteriū tabernaculi niſi tantū de tribu leui. vnde de tribu iuda nihil de ſacerdotibꝰ locutus eſt moyſes. ¶ Deinde cū dicit. Et amplius adhuc ⁊c. quia ſuperiꝰ poſuit vnā rationē ad probandū ꝙ ſacerdotiū xp̄i prefert̄ leuitico ⁊ ip̄m euacuat ideo hic ponit aliā in qua oſtendit rationē euacuatiōis ⁊ tranſmutatiōis illius. ⁊ vtit̄ quadā conditiōali. In qua primo ponit duo antecedētia. Secūdo duo cōſequentia ibi. Reprobatio quidē ⁊c. Circa primū duo facit. Quia primo ponit illa antecedētia. Secūdo manifeſtat quod dixit ibi. Conteſtat̄ enim ⁊c. Ratio ſua talis. Si nouus ſacerdos ſurgit hoc nō erit ſcd̄m legē carnalis mādati ſed ſcd̄m legē vite eterne ⁊ inſolubilis. Et huiꝰ ratio eſt: quia primus fuit ſcd̄m legem illaȝ oportet ergo ꝙ nouus ſit ſcd̄m aliam legē. ſi tamen ſurgit aliquis nouus. Sed dicendū eſt ꝙ ſurgit alius nouus. In maiori ergo ſunt duo quoꝝ vnū pertinet ad vetus teſtamentū. ſcȝ ꝙ eſt mandatū carnale. ⁊ hoc qꝛ habebat quaſdā obſeruātias carnales. ſicut circumciſionē ⁊ purificatiōes carnales. Item quia ꝓmittebat penas ⁊ premia carnalia. Eſaie. 1. Si volueritis ⁊ audieritis me bona terre comedetis. Infra. 9. Iuſtitijs carnis vſq; ad tempus correctiōis impoſitis. Et iſtud antecedēs ponit cū dicit. Amplius manifeſtū eſt ⁊c. Et patet ꝙ pertinet ad nouū teſtamentū quod nō diſpenſat̄ per carnalia ſed cōſiſtit in ſpiritualibus. Eſt em̄ ſcd̄m ſpiritualē virtuteȝ per quā generat̄ in nobis vita perpetua. Et hoc quia ꝓmittunt̄ in ip̄o bona ⁊ pene perpetue. Infra. 9. Xp̄us aſſiſtens pōtifex ⁊c. Math. 25. Tunc ibūt hi in ſuppliciū eternū. iuſti vero in vitā eternā. Item nō conſiſtit in car

nalibus obſeruãtijs: ſed in ſpiritualib⁹. Joh. 6. Uerba que ego locutus ſum, vobis ſpiritus ⁊ vita ſunt. Et dicit ꝙ eſt ſcdm virtutẽ vite inſolubilis. ¶ Conſequẽter cum dicit. Conteſtat̃ eñi ⁊c. manifeſtat quod dixerat. ⁊ facit vim in hoc ꝙ dicit. In eternũ. quia ſi ſacerdotiũ eſt eternũ manifeſtũ eſt ꝙ dicit perpetuitatẽ. ¶ Deinde cum dicit. Reprobatio quidẽ ſit ⁊c. ponit duo cõſequentia. Et primo de euacuatiõe veteris teſtamẽti. Secũdo de inſtitutiõe noui ibi. Introductio vero melioris ⁊c. Primuȝ eſt ꝙ vetus teſtamentũ fuit ſcdm legem carnalis mãdati. ⁊ introducit̃ aliud ergo primũ mutat̃. Et hoc eſt ꝙ dicit ꝙ ſit prioris mãdati reprobatio. Sed cõtra. Non reprobat̃ niſi malũ. Eſa. 11. Ut ſciat reprobare malũ. Illud autẽ mandatũ non eſt malũ. Rom. 7. Lex quidẽ ſancta ⁊ mandatũ ſanctũ ⁊ iuſtũ ⁊ bonũ. Reſpondeo. Dicendũ eſt ꝙ non erat malũ ſcdm ſe: ſed vt incõueniens tempi. Non eñi ſeruanda ſunt in nouo ſacerdotio que fuerũt in antiquo. p̃s. Holocauſtũ ⁊ pro peccato nõ poſtulaſti. tũc dixi: ecce venio. Et ideo dicit̃ ꝙ illud reprobat̃ ⁊ hoc ꝑpter infirmitatẽ ⁊ inutilitatẽ. Illud autẽ dicitur infirmũ quod non poteſt exequi effectũ ſuũ. proprius auteȝ effectus legis ⁊ ſacerdotij eſt iuſtificare. Hoc autem lex non potuit facere. Romañ. 8°. Nam quod erat impoſſibile legi in quo infirmabatur ſcdm carnem. Gal. 4°. Quomodo conuertimini iterũ ad infirma ⁊ egena elementa: quibus denuo vultis ſeruire. Item inutile dicit̃ qd non valet ad finem cõſequendũ. Hoc autẽ non poteſt lex. q: nõ adducebat ad beatitudinẽ que finis eſt homĩs. Sed tamen ſuo tempore fuit vtilis inquantũ diſponebat ad fidem. Infra. 11. Iuxta fidẽ omnes defuncti ſunt nõ acceptis repromiſſiõibus. Quare autẽ ſit infirmũ ⁊ inutile: oſtendit cũ dicit. Nil eñi ad perfectionẽ nec ſcȝ iuſticie: nec patrie adduxit. Unde erat imperfecta: ſed perfecta fuit per xp̃m. ¶ Conſequẽter cũ dicit. Introductio vero ⁊c. ponit ſecundũ conſequẽs ex ſecũdo antecedẽte dicẽs Introductio vero melioris ſpei ſupple fit per nouũ ſacerdotẽ per quã proximam⁹ ad deũ. Si eñi nou⁹ ſurgit eſt ſcdm virtutẽ vite indiſſolubilis: hoc eſt antecedẽs ⁊ introductio melioris ⁊c. ⁊ hoc eſt cõſequens. 1ᵉ. petri. 1°. Regenerauit nos in ſpem viuã per reſurrectionẽ ieſu. Item per ip̃m proximamus deo. Per peccatũ eñi diſiũgimur ab ip̃o. Eſaie. 59. Iniquitates veſtre diuiſerũt inter vos ⁊ deũ veſtrũ ⁊ peccata veſtra abſconderũt faciem eius a vobis. Hic eſt ergo ille qui hoc remouet qd facit nos approxiare deo. hic aũt eſt ille nouus ſacerdos. ſcȝ xp̃s qui tollit peccata mũdi. Joh. 1. Rom. 5. Iuſtificati ergo ex fide pacẽ habeamus ad deũ per dñm noſtrũ ieſũ xp̃m per quẽ acceſſum habemus in gratiã iſtam.

## Lectio quarta.

T quantũ eſt non ſinẽ iureiurando

e Alij quidem ſine iureiurando ſacerdotes facti ſunt. Hic autem cum iureiurando per eum qui dixit ad illum. Iurauit dominus ⁊ nõ penitebit eum tu es ſacerdos in eternũ. Intantum melioris teſtamenti ſponſor factus eſt ieſus. Et alij quidem plures facti ſunt ſacerdotes: iccirco ꝙ morte prohiberentur permanere: hic auteȝ eo ꝙ maneat in eternum ſempiternũ habet ſacerdotium. Unde ⁊ ſaluare imperpetuũ poteſt accedens per ſemetipſum ad deum ſemper viuens ad interpellandum pro nobis. Talis enim decebat vt nobis eſſet pontifex. ſanctus. innocens. impollutus. ſegregatus a peccatoribus ⁊ excellentior celis factus. Qui non habet neceſſitatẽ quottidie quemadmodum ſacerdotes prius pro ſuis delictis hoſtias offerre: deinde ꝑ populi. Hoc enim fecit ſemel ſe offerendo. Lex eniȝ conſtituit homines ſacerdotes infirmitatẽ habentes. ſermo aũt iuriſiurandi: qui poſt legem eſt filium in eternũ perfectum.

Supra apl'us ex vna parte auctoritatis pſalmiſte probauit ꝙ ſacerdotiũ xp̃i prefert̃ leuitico ⁊ ip̃m euacuat: hic idem ꝓbat ex alijs duabus partib⁹. Et primo ex hoc ꝙ dicit. Iurauit dñs. Secũdo ex hoc ꝙ dicit. Tu es ſacerdos ibi. Et alij quidẽ plures ⁊c. Facit autẽ primo taleȝ rationẽ. Illud quod inſtituit̃ ſine iuramento minus validũ eſt ꝙ̃ quod inſtituit̃ cum iuramẽto: ſacerdotiũ autem xp̃i inſtitutũ eſt cum iuramẽto ſicut patet quia dicit. Iurauit dñs. Sacerdotiũ vero aaron nõ. ſicut patet Exod. 28. Applica ad te aaron ⁊c. ergo ⁊c. Quantũ ad maioreȝ dicit. Et quantũ eſt ſupple ꝙ nõ ſine iureiurãdo alij aũt ⁊c. vſqꜫ Facti ſunt. hic autẽ ⁊c. Omnia iſta ponunt̃ ad ꝓbandũ ꝙ ſacerdotiũ xp̃i ſit firmius. quia ſicut ſupra dictũ eſt oĩs promiſſio facta in veteri teſtamẽto per iuramentũ: ſignũ eſt cõſilij diuini imobilis. Et ideo q: ad dauid ⁊ ad abraã fcã fuit iſta ꝓmiſſio de xp̃o cũ iuramẽto. ſpecialiter dicit̃ xp̃us filius ip̃oꝝ. Math. 1°. Iſtud autẽ iuramentũ deſignat eternitatẽ poteſtatis xp̃i. Dañ. 7°. Poteſtas eius poteſtas eterna. Luce. 1°. Et regni eius nõ erit finis. ¶ In tantũ melioris ⁊c. q: ſacerdotiũ eſt firmius. quod patet quia per iuramentũ ordinatũ eſt. ideo oportet aliquid melius ⁊ firmius per ip̃m haberi. Unde poteſt legi precedẽs littera ſuſpenſiue vſqꜫ huc ꝙ inquantum eſt nõ ſine iuramento in tantũ melioris ⁊c. ¶ Sciendum eſt autẽ ꝙ ſacerdos eſt medius inter deũ ⁊ populũ Deutro. 5. Ego medius ⁊ ſequeſter fui. Et ideo quia ſequeſter eſt mediator: ſacerdos debet deũ ⁊ populũ ad cõcordiã reducere. Et hoc fit quaſi per pactũ de bonis tp̃alibus in q̃bus nõ ꝯq̃eſcebat affect⁹ niſi carnaliũ ſm illud p̃s. Quid eñi mihi eſt in celo ⁊c. Et ideo oportuit vt ſuperueniret alius ſacerdos qui eſſet ſponſor. id eſt ꝓmiſſor melioris teſtamẽti ⁊ melioris pacti quia de bonis ſpiritualibus ⁊ ſtabilibus. Et hic eſt ieſus. Jere. 31. Feriã domui iſrael ⁊ domui iuda fedus nouũ non ſcdm pactũ quod pepigi ⁊c. Math. 4. Penitentiã agite appropinquabit eñi regnũ celoꝝ ⁊c. ¶ Deinde cũ dicit. Et alij ꝙ̃ plures ⁊c. vtit̃ alia clauſula poſita in auctoritate. Tu es ſacerdos in eternũ. Et circa hoc facit duo. Primo enim oſtendit quare hec clauſula in eternũ apponit̃. Secũdo ex hoc oſtendit ſacerdotiũ xp̃i eſſe maioris efficacie ꝙ̃ ſacerdotiũ veteris teſtamẽti ibi. Unde ⁊ ſaluare ⁊c. Oſtẽdit aũt ꝙ iſte ſit verus ſacerdos: q: alij ꝓhibebant̃ morte permanere quia oẽs neceſſitatẽ habebãt moriendi. Unde aaron mortuo ſucceſſit eleazar ſicut patet Num. 20. Et ſic deinceps. Sicut autẽ videmus in naturalib⁹ que ſunt ſigna ſpiritualiũ ꝙ incorruptibilia nõ multiplicant̃ ſub eadẽ ſpecie. Unde nõ eſt niſi vnus ſol ita in ſpiritualibus in veteri teſtamẽto quod fuit imperfectũ multiplicati fuerũt ſacerdotes. Et hoc fuit ſignũ ꝙ illud ſacerdotiũ erat corruptibile: quia incorruptibilia nõ multiplicant̃ in eadem ſpecie vt dictũ eſt: ſed iſte ſacerdos ſcȝ xp̃us eſt imortalis. Manet eñi in eternũ ſicut verbũ patris eternũ ex cuius eternitate redũdat etiã eternitas in

corpus eius: quia xp̄us reſurgens ex mortuis iam non moriť. Ro.6°. Et iccirco ex eo ꝙ manet in eternū habet ſacerdotiū ſempiternū. Et ideo ſolus xp̄us eſt verus ſacerdos. alij aūt miniſtri eius. 1ͤ. corinth. 4. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros xp̄i. ¶ Deinde cū dicit. Unde ⁊ ſaluare ꝛc. oſtendit efficaciā eius. Et circa hoc duo facit. q: primo oſtendit efficaciā eius Secūdo modū iſtius efficacie. ibi. Accedens ꝛc. Efficacia eius eſt quia cauſa eſt ſemper potētior ſuo effectu. ⁊ ideo cauſa temporalis non poteſt ꝓducere effectū eternū. Sacerdotiū vero xp̄i eſt eternū non autē leuiticū vt eſt probatū. Ergo xp̄s poteſt ſaluare imperpetuū. Hoc aūt non poſſet fieri niſi haberet virtutē diuinā. Eſaie. 45°. Saluatus eſt iſrael in domīo ſalute eterna. Modus autē eſt quia accedēs ꝛc. Et deſcribit iſtū modū a tribus. ſcʒ ab excellentia virtutis. nature ⁊ pietatis. Uirtutis quidē quia accedit per ſemetip̄m. Sed cōtra. Accedens ad aliquē diſtat ab ipſo: xp̄us autē non diſtat a deo. Reſpondeo. Dicendū eſt ꝙ apoſtolus in verbis iſtis oſtendit duplicē naturā. ſcʒ humanā ſcd̄m quā conuenit ei accedere quia in ip̄a diſtat a deo. nō autē accedit a ſtatu culpe ad ſtatū gratie: ſed per ꝯtemplationē intellectus ⁊ affectus ⁊ adeptionē glorie Et naturā diuinā per hoc ꝙ dicit eū per ſemeitip̄m accedere ad deū. Si vero eſſet purus homo nō poſſet per ſe accedere. Joh. 6°. Nemo poteſt venire ad me niſi pater qui miſit me traxerit eū. Et ideo cū apoſtolꝰ dicit ꝙ per ſemetip̄m accedit. oſtendit virtutē eius. Eſaie. 63. Gradiens in multitudine fortitudinis ſue. Ergo accedit inquantū homo: ſed per ſemetip̄m inquantū deus. ¶ Excellentiā vero nature oſtendit inquantū dicit. Semper viuens. Aliter em̄ ſacerdotiū eius finireť. Apoc. 1. Fui mortuus ⁊ ecce ſum viuēs in ſecula ſeculoꝝ. Excellentiam pietatis oſtendit: quia dicit. Ad interpellandū ꝓ nobis quia licet ſit ita potēs ita altus: tamen cū hoc eſt pius quia interpellat ꝓ nobis. 1ͤ. corinth. 2°. Aduocatū habemus apud patrē ieſum xp̄m ꝛc. Interpellat autē ꝓ nobis primo humanitatē ſuam quā pro nobis aſſumpſit repreſentādo. Item ſanctiſſime anīe ſue deſideriū quod xp̄us de ſalute noſtra habuit exprimēdo cū quo interpellat pro nobis. Alia littera habet accedentes per ip̄m. ⁊ tunc deſignanť illi quos ſaluat quia accedētes per fideʒ eius ad deū. Rom̄. 5. Juſtificati igiť ex fide pacē habeamus ad deū per dn̄m ieſuʒ xp̄m per quē acceſſuʒ hēmus ¶ Deinde cū dicit. Talis em̄ decebat ꝛc. oñdit excellentiā xp̄i ⁊ excellentiā eiꝰ ſacerdotij. Et circa hoc facit duo Primo enim oſtendit ꝙ ei conueniūt perfectiōes cōditionū que requirebanť ad ſacerdotiū veteris legis. Secūdo oſtendit ꝙ ſibi deſunt imperfectiōes eius ibi. Qui non habet neceſſitatē ꝛc. Ponit autē quattuor cōditiones de ip̄o que debent eſſe in ſacerdote legali. Primo ſanctitas. Leuit. 21. Incenſum ⁊ panes dei ſui offerūt ⁊ ideo ſancti erūt. Hanc autē perfecte habuit xp̄us. Sanctitas em̄ importat puritatē conſecratā deo. Xp̄us autē a principio cōceptiōis ſue deo cōſecratus fuit. Luce. 1. Quod em̄ ex te naſceť ſanctū vocabiť. Math. 1. Quod em̄ in ea natū eſt de ſpiritu ſancto eſt. Et dan̄. 9. Ungať ſanctus ſanctoꝝ. Secūdo innocentia. Leuit. 22. Cuſtodiāt precepta mea vt nō ſubiaceāt peccato. Proprie autem diciť innocentia puritas ad proximū. p̄s. Innocens manibus ꝛc. Xp̄us autē ſumme innocēs fuit vtpote qui peccatū non fecit. p̄s. Ego in innocentia mea ingreſſus ſum. Tertio ꝙ eſſet impollutus ⁊ hoc quo ad ſe. Leui. 21. Homo de ſemine tuo qui habuerit maculā non offerat panes dei ſui. De xp̄o autē diciť in figura. Exod̄. 12. Erit autē agnus ſine macula ꝛc. Quarto ꝙ non cōmiſceret cū coinquinatis. Leui. 21. Non cōmiſcet ſtirpem generis ſui vulgo gentis ſue. Xp̄us autē fuit perfectiſſime a peccatoribus ſegregatus. p̄s. Beatus vir qui non abijt in cōſilio impioꝝ ꝛc. Quod quidē verū eſt quantū ad ſimilitudinē vite. Sapi. 2. Diſſimilis eſt alijs vita illius. Non tamen quantū ad conuerſationē: quia cū hominibus cōuerſatus eſt. Baruch. 3. Et hoc ꝓpter illoꝝ conuerſionē. Math. 9. Quare cū peccatoribus manducat magiſter veſter? Et intantū ſegregatus eſt ꝙ etiā factus eſt excellētior celis. id eſt ſuper om̄i celeſti creatura ſublimata eſt humana natura in ip̄o. Supra. 3°. Sedet ad dexterā maieſtatis in excelſis ꝛc. Ergo iſte eſt ſacerdos valde ſufficiēs. ¶ Conſequēter cum dicit. Qui nō habet ꝛc. remouet ab eo illud qd̄ erat imperfectōis in ſacerdote legali. Hoc autē erat quia ille indigebat ſacrificio expiatiōis. vt patet Leuit. 16. Immolabit vitulū ꝓ ſe ⁊ hyrcū pro populo. Ergo orabat pro ſe. Item nō tantū ſemel orabat pro ſe ſed frequēter. Et huius ratio eſt. quia lex inſtituit ſacerdotes habētes infirmitatē. Sap. 9. Homo infirmus ⁊ exigui temp̄is ꝛc. Sed ſermo diuinus qui poſt legē interpoſito iureiurādo conſtituit filiū qui nullā de iſtis imperfectiōibus habet: ſed om̄ino perfectū in eternū. ſcʒ ſacerdotē duraturū. Non em̄ obtulit pro peccatis ſuis: ſed tantū pro noſtris. Eſaie. 53. Uulneratus eſt ꝓpter iniquitates noſtras. Item nec frequēter pro nobis: ſed tantū ſemel. 1ͤ. petri. 3. Xp̄us ſemel ꝓ peccatis noſtris mortuꝰ eſt. vnica em̄ eius oblatio ſufficit ad exhauriēda peccata totius generis humani.

## Capitulum octauum.

C Apitulū autem ſuper ea que dicuntur. Talem habemus pontificem: qui conſedit in dextra ſedis magnitudis in celis ſanctorum miniſter ⁊ tabernaculi veri quod fixit deus ⁊ non homo. Om̄is enim pontifex ad offerendum munera ⁊ hoſtias conſtituitur Unde neceſſe eſt ⁊ hunc habere aliquid qd̄ offerat. Si ergo eſſet ſuper terram nec eſſet ſacerdos cum eſſent qui offerrēt ſcd̄m legē munera qui exemplari et vmbre deſeruiūt celeſtium: ſicut reſponſum eſt moyſi cū conſummaret tabernaculuʒ. Uide inquit omnia facito ſcd̄m exemplar: quod tibi oſtenſum eſt in monte.

Supra ꝓbauit ap̄lus excellentiā ſacerdotij xp̄i ad ſacerdotiū leuiticū ex parte perſone: hic ꝓbat idem ex parte ip̄ius ſacerdotij. Et circa hoc facit duo. Primo em̄ oſtēdit ſacerdotiū xp̄i eſſe excellentius ſacerdotio veteris legis. Et p̄io hoc in generali. Secūdo in ſpeciali ibi. Habuit quidē ⁊ prius ꝛc. ſcʒ. 9. cap. Prima in duas. Primo em̄ ponit intentū. Secūdo manifeſtat ꝓpoſitum ſuū ibi. Omnis em̄ pontifex ꝛc. Circa primū duo facit. quia primo ponit modū tradendi. Scd̄o premittit que debet dicere ibi. Talē habemus pontificē ꝛc. Dicit ergo. Capitulū ꝛc. Capitulū eſt breuis cōplexio continēs multa. Et diciť a capite: quia ſicut in capite virtute ⁊ quaſi ſummarie cōtineñť omnia que ſunt in corpore ſic in capitulo illa que dicēda ſunt. Ergo dicemus in quodā capitulo. ⁊ quaſi in quadā ſūma. Super ea ꝛc. ly ſuper. poteſt dicere appoſitū. ⁊ tūc erit ſenſus. Que ſummarie dicenda ſunt ſuperapponenť premiſſis. Uel poteſt deſignare exceſſum. ⁊ tunc eſt ſenſus. Ea que dicēda ſunt in ſūma ⁊

capl'o ſunt maioꝛa. ¶ Deinde cum dicit Talē habemus
pontificē ⁊c. pꝛemittit que debet dicere Et pꝛimo digni
tatē huius ſacerdotij. Secūdo officiū eius ibi. Sancto-
rū miniſter. Dignitas eius eſt quia talē habemus ponti
ficē qui conſedet ad dexterā magnitudīs in excelſis. Se
des eſt iudiciaria poteſtas que aliquibus cōuenit tanq̄
miniſtris dei ſicut oīnibus regibus: quia adoꝛabunt eū
oīnes reges terre. vt dicit̄ in p̄s. ⁊ oīnibus pꝛelatis. 1ᵉ.
coꝛinth. 4. Sic nos exiſtimet homo vt miſtros dei. Se
des ergo magnitudīs eſt excellentiſſima poteſtas iudicā
di. Item pars dextera eſt potioꝛ in aīali ⁊ ſignificat bo
na ſpiritualia. Quia ergo xp̄s habet iudiciariā poteſta-
tē dicit̄ ſedere. Pater eīn omne iudiciū dedit filio Jo. 5
Quia vero poſt deū habet hoc excellētiſſime ſedet in de
xtera magnitudīs in excelſis. id eſt in potioꝛibꝰ bonis.
Supꝛa. 1. Sedet ad dexterā maieſtatis in excelſis. Hoc
aūt q̄ꝺ dicit̄ conſedere vel cōſedet poteſt referri ad xp̄m
ſcd̄m ꝙ eſt deus ⁊ ſic cōſedet quia habet eandē auctoꝛi-
tatē iudicandi quā habet pater: ſed diſtinctus eſt in per
ſona. Et ſic ly magnitudinis accipit̄ ꝓ perſona patris.
Vel ſm̄ ꝙ homo ⁊ hoc magis ꝓpꝛie ad intentionē apl'i
quia loquit̄ de pontificatu xp̄i qui eſt pontifex inquantū
homo. Et ſic cōſedet qꝛ humanitas aſſumpta habet quā
dā aſſociationē ad deitatē ⁊ conſedet ad iudicandū. p̄s.
Eleuata eſt magnificētia tua ſuper celos. Joh. 5. Pote
ſtatē dedit ei iudiciū facere qꝛ filius hoīs eſt. Et ſic appa
ret dignitas ſacerdotis. ¶ Conſequēter cū dicit. San-
ctoꝝ miniſter ⁊c. oſtēdit dignitatē officij eius. Dicit̄ aūt
miſter ſanctoꝝ. i. ſcāꝝ edīū. ſ. ſanctuarioꝝ Miſtri eīn an
tiqui accipiebāt miniſteriū vt cuſtodirēt ſacra ⁊ ſeruirēt
tabernaculo. Hoc aūt excellētius habet xp̄s quia eſt mi-
niſter. nō quidem inquantū deus: quia ſic eſt auctoꝛ: ſed
inquantū homo. Luce. 12°. Tranſiēs miniſtrabit illis.
Humanitas enim xp̄i eſt ſicut oꝛganū diuinitatis. Eſt er
go miniſter ſanctoꝛum: quia miniſtrat ſacramenta gra-
tie in pꝛeſenti ⁊ gloꝛie in futuro. Item eſt miniſter taber
naculi veri q̄ꝺ eſt vel eius eccleſia militās. p̄s. Quā di
lecta tabernacula tua dn̄e virtutū ⁊c. Vel triumphans.
Eſa. 33. Tabernaculū quod nequaq̄ transferri poterit.
p̄s. Dn̄e quis hītabit in tabernaculo? ⁊c. Homo aūt xp̄s
miſter eſt: quia oīa bona gloꝛie per ip̄m diſpenſant̄. Di-
cit aūt veri ꝓpter duo. Pꝛimo ꝓpter differentiā ad ve-
tus. ⁊ pꝛimo qꝛ erat figurale iſtius. 1ᵉ. coꝝ. 10. Oīa in fi
gura illis cōtingebant. Iſtud autē eſt veritas illius. Eſt
ergo verū. id eſt veritatē continēs reſpectu figure. Secū
do quia illud factū eſt per hominē. iſtud autē ſcꝫ vel gra
tie vel gloꝛie eſt a ſolo deo. p̄s. Gratiā ⁊ gloꝛiā dabit do
minus Ro. 6. Gratia dei vita eterna. Et ideo dicit. Q̄ꝺ
fixit deus. 2ᵉ. coꝝ. 5. Scimus quoniā ſi terreſtris domꝰ
noſtra huius habitatiōis diſſoluat̄: quia ex deo habemꝰ
domū non manufactā eternā in celis. ¶ Deinde cū dicit
Omnis eīn pontifex ⁊c. explicat in ſpeciali. ⁊ circa hoc
facit tria. Pꝛimo eīn oſtendit xp̄m eſſe miniſtrū aliquo-
rū ſanctoꝝ. Secūdo ꝙ nō veteris legis ibi. Si ergo eſſꝫ
⁊c. Tertio ꝙ aliquoꝝ maioꝝ ibi. Nunc aūt melius ⁊c.
Facit aūt pꝛimo talē rationē. Oīnis pontifex ad hoc cō
ſtituit̄ vt offerat munera ⁊ hoſtias. ⁊ ſm̄ hoc dicit̄ Mini
ſter ſanctoꝝ. xp̄us autē eſt pontifex vt ſupꝛa pꝛobatū eſt.
Ergo neceſſe eſt ip̄m habere aliqua que offerat. Supꝛa
5. Oīnis pontifex ex hoībus aſſumptus ⁊c. Hoſtia eſt
de animalibus. munera de quocūq3 alio. Leuit. 21. In-
cenſum ⁊ panes dei ſui offerunt. Quia vero neceſſe fuit
xp̄m habere ꝙ offerret ip̄e ſeip̄m obtulit. Fuit aūt talis
oblatio mūda quia caro eius nullā maculā peccati habu
it. Exoꝺ. 12. Erit agnus abſq3 macula maſculus annicu
lus. Item fuit ꝯgrua quia congruū eſt ꝙ homo ꝓ homi
ne ſatiſfaciat. Infra. 9°. Obtulit ſemetip̄m immaculatū
deo. Item apta ad immolandū. quia caro eius moꝛtalis
erat. Ro. 8°. Mittens deus filiū ſuū in ſimilitudinē car
nis peccati. Item idē ei cui offert̄. Jo. 10. Ego ⁊ pater
vnū ſumus. Item vnit deo illos ꝓ quibus offert̄. Joh.
17. Vt oīnes vnū ſint ſicut tu pater in me ⁊ ego in te vt
⁊ ipſi nobiſcū vnū ſint. ¶ Deinde cum dicit. Si ergo eſ-
ſet ſuper terrā ⁊c. oſtendit ꝙ xp̄us non eſt miniſter lega
liū. Et circa hoc facit tria. quia pꝛīo inducit quandā con
ſequentiā. Secūdo oſtendit ip̄am rationabilē ibi. Cū eſ-
ſent ⁊c. Tertio ꝓbat eam per auctoꝛitatē ibi. Sicut re-
ſponſum eſt moyſi ⁊c. Conſequētia vero talis eſt. Ergo
ſi eſſet ſuꝑ terrā hoc eſt antecedēs. Nec eſſet ſacerdos ⁊
eſt cōſequens. Vnde cōſequentia eſt vna cōditionalis ⁊
legit̄ multis modis. Pꝛimo ſic. et eſt ſm̄ glo. nec ponit̄
hic noīatiuus. ⁊ ideo ſic intelligit̄. Si illud q̄ꝺ offert̄ eſ
ſet ſuper terrā ⁊c. quod dupliciter intelligit̄ Vno modo
vt ſit ſenſus Si illud q̄ꝺ offert̄ eſſet aliquod terrenū xp̄s
non eſſet ſacerdos. Quaſi dicat. Nulla neceſſitas eſſet
ſacerdotij eius: quia multi eſſent qui talia offerrēt Sed
nūquid caro xp̄i terrena nō erat? Reſpondeo. Dicendū
eſt ꝙ materialiter eſt terrena. Job. 9°. Terra data eſt in
manus impij ⁊c. Sed dicit̄ non eſſe terrena pꝛimo ratio
ne vnionis. Joh. 3°. Qui de celo venit ſuper oīnes eſt.
id eſt filius dei qui illā ſibi vniuit. Item ratiōe virtutis
actiue. ſcꝫ ſpiritusſancti qui eā foꝛmauit Item ratiōe fru
ctus: quia oblatio eius nō oꝛdinat̄ ad conſequendū ali-
quid terrenū: ſed celeſte. Jo. 8. Vos de mūdo hoc eſtis
ego nō ſum de hoc mūdo. Hec eſt pꝛima expoſitio ⁊ me-
lioꝛ. Secūda talis eſt. Et ſi. id eſt quāuis illud q̄ꝺ offert̄
eſſet ſuper terrā: qꝛ neceſſariū eſt aliq̄d offerri nō eſſet ſa
cerdos. ſed alius ydoneus: quia nullus poſſet ydoneus
inueniri ad offerendū iſtud. Tres ſūt alie lecture in qui
bus ſubintelligit̄ offerēs. ⁊ pꝛimo in generali vt ſenſus
ſit. Si eſſet aliquis ſacerdos terrenus qui poſſet offerre
ꝓ celeſtibus xp̄s non eſſet ſacerdos. Alia eſt de xp̄o ſpe
cialiter ſic. Si xp̄us eſſet ſacerdos terrenꝰ non cōpeteret
ei ius ſacerdotij cū eſſent qui ſcd̄m legem offerrēt mune
ra. Aliter ſic. Si xp̄us adhuc eſſet ſuper terrā: ita ſcꝫ ꝙ
nondū aſcendiſſet nō eſſet ſacerdos: quia nō compleuiſ-
ſet ſacerdotiū ſuū. Sed ſcd̄m pꝛimā expoſitionē cōtinua
tur littera ſic. Et pꝛobat quia multi eſſent qui ſcd̄m legē
offerrent talia munera. ſcꝫ illi qui deſeruiūt exemplari ⁊
vmbꝛe celeſtiū. Sacramēta legalia fuerūt figura alioꝛū
quantū ad duo. ſcꝫ quantū ad cognitionē ⁊ quantū ad re
rum expletionē. Quantū ad cognitionē cū dicit. Exem-
plari: quia in veteri lege quaſi in quodā exemplari pote
rat legi id ad q̄ꝺ noſtra cognitio debet ferri. Sed videt̄
ꝙ loquat̄ impꝛopꝛie. Exemplar eīn pꝛius eſt exemplato
quod ꝓpꝛie dicit̄ exemplū. Sed celeſtia ſunt pꝛioꝛa nec
facta ſunt ad ſimilitudinē veteris legis: ſed magis econ-
uerſo. Reſpōdeo. Dicendū eſt ꝙ pꝛius dicit̄ dupliciter.
Vno modo ſimpliciter: ⁊ ſic pꝛocedit obiectio. Vel quo
ad nos ⁊ ſic veꝝ eſt ꝙ illa nō ſunt pꝛioꝛa. Quantū ad ſe
cundū dicit. Vmbꝛe: quia ſicut vmbꝛa repꝛeſentat coꝛ-
pus nec tamen illud attingit ita ⁊ illa repꝛeſentabāt no-
uū teſtamentū. Infra. 10. Vmbꝛam habens lex futuro-
rū ⁊c. ¶ Conſequēter pꝛobat per auctoꝛitatē rationabili
tatē conſequētie cū dicit. Sicut reſpōſum eſt moyſi. ſcꝫ
a domino. Exoꝺ. 25. Vide ſcꝫ diligenter cōſiderando ⁊
facito oīa ſcd̄m exemplar ⁊c. Quia naturaliter inferioꝛa
tendūt in ſimilitudinē ſuperioꝝ. Dominus eīn per ſen-
ſibilia voluit nos ad intelligibilia ⁊ ſpiritualia manudu
ci. Job. 38°. Nunquid noſti oꝛdinem celi: ⁊ pones ratio
nem eius in terra? ⁊c.

Lectio ſecunda.

n Unc autē melius ſortitus eſt miniſteriū quanto ⁊ melioris teſtamēti mediator eſt: qđ in melioribus repmiſſiōibus ſancitū eſt Nā ſi illud pri⁹ culpa vacaſſet: non vtiq̄ ſcđi locus inquireretᷣ Vituperās eñ eos dicit. Ecce dies veniēt dicit dñs: ⁊ ſūmabo ſuper domū iſrael: ⁊ ſuper domū iuda teſtamentū nouū: nō ſm teſtamentū qđ feci patrib⁹ eoꝝ in die qua apprehendi manū eoꝝ vt educerē illos de terra egypti: qm̄ ipſi nō permanſerūt in teſtamento meo. ⁊ ego neglexi eos dicit dñs: q2 hoc eſt teſtamentū qđ diſponā domui iſrael poſt dies illos dicit dominus: dando leges meas in mentē eorum ⁊ in corda eoꝝ ſuperſcribam eas.

Supra aplus probauit xp̄m eſſe pontificē ⁊ per ꝯſequēs miniſtrū ſacramentoꝝ non tamen ſcđm veterē legē: hic oſtendit ip̄m eſſe miniſtrū maioꝝ ⁊ melioꝝ q̄ illa fuerit. Et circa hoc facit tria. Primo eñ premittit intentū. Secūdo aſſignat cauſam eius. Tertio ꝓbat ſcđm ibi. Quāto melioris ⁊c. tertiū ibi. Nam ſi illud ⁊c. Dicit ergo dico q̄ nō habet aliquid terrenū offerre: ſed nūc. id eſt tempore gratie ſortitus eſt. id eſt ſorte accepit melius miſteriū. id eſt dignius ſacerdotiū. Dicitᷣ ſacerdotiū xp̄i miniſteriū: quia nō cōpetit niſi inquantū homo fuit miniſter Rom̄. 15. Dico enim xp̄m ieſum miniſtrū fuiſſe ⁊c. Dicit autē ſortitus eſt. id eſt ſorte accepit: quia illud quod habetᷣ per ſortem expectatᷣ a dño. ps. In manibus tuis ſortes mee. Et ideo oīa que fiūt ſm diſtributionē diuini arbitrij dicuntᷣ ſorte dari ⁊ talia ſūt effectus grē. Ephe. 1°. Sorte vocati ſumus. id eſt diuina electiōe q2 quādo cōtingit deficere iudiciū humanū ſolent ſe hoīes conferre ad electionē ⁊ diſpoſitionē diuinā mittentes ſortē. ſicut patet Act. 1°. de electiōe mathie. vnde Prouer. 16. Sortes mittuntᷣ in ſinū ⁊ a dño temperantᷣ. Xp̄us quidē iſtud miniſteriū ſorte. id eſt diſpoſitiōe diuina cōſecutus eſt. ¶ Deinde cū dicit. Quāto melioris ⁊c. aſſignat cauſam quare miniſteriū hoc maius eſt. Oīs eñ ſacerdos mediator eſt. Iſte autē mediator eſt melioris federis. ſcȝ hoīs ad deū. Mediatoris eñ eſt extrema cōciliare. Iſte vero ad nos diuina attulit: q2 per ip̄m facti ſumus diuine cōſortes nature. vt dicitᷣ. 2ᵉ. petri. 1°. Ip̄e etiā noſtra offert deo. Et ideo dicit aplus. 1ᵉ. tymoth. 2. Mediator dei ⁊ hoīm homo xp̄s ieſus. Ibi ꝓmittebantᷣ tēpalia. Eſa. 1. Si volueritis ⁊ audieritis me bona terre comedetis. Hic aūt celeſtia. ſicut ſupra dictū eſt. Sic ergo iſtud melius eſt quantū ad id qđ dñs hoībus ꝓmittit. Item in illo dicuntᷣ quedā que pertinēt ad cultū dei. et iſta ſūt cerimonialia. quedā vero que ad rectitudinē vite. ⁊ iſta ſūt precepta moralia que manēt: alia vero nō. In nouo aūt adduntᷣ ꝯſilia iſtis preceptis que dantᷣ perfectis qui ſunt capaces ſpiritualiū. Et ſic manēt precepta eadē: ſed ꝓmiſſa diuerſa. Item ſacramēta ſunt diuerſa: q2 ibi erat figura tantū: hic aūt figure veritas expreſſa. Per oīa ergo teſtamentū iſtud eſt melius. ¶ Deinde cū dicit. Naȝ ſi illud ⁊c. ꝓbat q̄ illud teſtamentū cuius xp̄s mediator eſt melius eſt. ⁊ facit talē rationē. Si primū teſtamentū nō habuiſſet culpā nō quereretᷣ aliud ad corrigendū defectū ip̄ius. Sed queritᷣ. ergo ⁊c. Antecedēs ponitᷣ ⁊ patet in lr̄a. Sed cōtra. Ro. 7. Lex ergo peccatū eſt. Abſit. Ergo male dicit q̄ nō vacabat a culpa. Reſpondeo. Dicendū eſt q̄ aliquid pōt ꝯuenire legi dupl'r. Vel ſm ſe ⁊ ſic erat bona. vel ratione illoꝝ quibus data eſt. ⁊ ſic dicitᷣ habere culpā ꝓpter duo. Primo q2 nō dabat virtutē ad purgandū cōmiſſa. Infra. 10. Impoſſibile eſt ſāguine thauroꝝ aut hyrcoꝝ aufferri peccata. Secūdo q2 non dabat gratiā ad intereſſe ad vitandū peccata: ſed ad cognoſcendū tantū. ⁊ ſic erat occaſio peccati. Ro. 7. Cōcupiſcentiā neſciebā niſi lex diceret: Non ꝯcupiſces. Et ſic dicitᷣ non vacaſſe a culpa: q2 hoīes in ipſa relinquebātur in culpa. Sed dicit nō inquireretᷣ locus. Sicut eñ corpus nūq̄ perfecte quieſcit ſed ſemꝑ mouetᷣ quouſq̄ pertingat ad locū ſuū: ſic quādiu habetᷣ aliquid imperfecte nō quieſcit deſideriū ſed ſemꝑ tendit vltra vſq̄ dū veniat ad perfectū Inquirebatᷣ ergo locus iſtius ab hoīe qui deſiderabat: ſed magꝭ a deo qui ꝓpter noſtre ſalutis deſideriū dicitᷣ inquirere. ¶ Deinde cū dicit. Vituperans eñ ⁊c. ꝓbat veritatē ꝯſequētis. ſcȝ q̄ inquiritᷣ locus teſtamēti ⁊ hoc per auctoritatē. Iere. 31. Ecce veniēt dies ⁊c. Et circa hoc facit duo. Primo eñ premittit auctoritatē. Secūdo arguit ex ip̄a ibi. Dicendo aūt nouū. Prima in duas Primo eñ premittit ꝓphetiā noui teſtamēti dationē. Secūdo deſcribit ip̄m ibi. Nō ſm teſtimoniū ⁊c. Iteꝝ prima in tres. Primo eñ oſtendit tp̄is datiōis oportunitatē. Scđo noui teſtamēti perfectionē ibi. Conſūmabo teſtamentū nouū ⁊c. Tertio quib⁹ datū fuit ibi. Super domū iuda ⁊c. Dicit ergo. Vituperans eñ dñs nō quidem legē ſed eos qui ſcȝ erāt ſub lege. dicit. Ecce dies veniūt ⁊c. Hec eſt auctoritas que nō habetᷣ omnino ſub iſtis verbis: ſed mutantᷣ pauca. Ibi eñ dicitᷣ ſic. Ecce dies veniūt dicit dñs ⁊ feriā domui iſrael ⁊ domui iuda fedus nouū. non ſcđm pactū quod pepigi cū patribus veſtris in die qua extendi manū meā vt educerē eos de terra egypti pactū quod irritum fecerūt ⁊ ego dñs ſum. Sic ergo patet q̄ pauca mutantᷣ. Dicit ergo quantū ad temporis oportunitatē. Ecce dies veniūt. id eſt tempus gratie quod comparatᷣ diei: quod illuminatū eſt a ſole iuſticie. Rom̄. 13°. Nox preceſſit dies autē appropinquauit. Quantū ad perfectionē noui teſtamenti dicit. Conſūmabo nouū teſtamentū. Et dicit conſūmabo quod ſonat ad perfectionē. Apocal'. 21. Ecce noua facio omnia. Iſtud autē verbū conſūmabo non habetᷣ ibi. ſed vtitᷣ eo apoſtolus ad deſignandū perfectionē noui teſtamenti. Eſaie. 10. Conſūmationē ⁊ abbreuiationē faciet dñs ſuper terrā. Fuit enim nouū teſtamentū perfectū quantuȝ ad eruditionē vite: que non extenditᷣ tantū ad generalē iuſticie eruditionē ſed ad perfectā. Math. 5. Niſi abundauerit iuſticia veſtra ⁊c. Iteȝ in veteri teſtamento erāt tantū figuralia. in nouo vero veritas figurarū. ⁊ ita nouū conſumat et perficit vetus. Quantū ad tertiū dicit. Super domū iſrael ⁊ iuda. Sed nūquid datᷣ tantū iudeis? Non. Rom̄. 9°. Non omnes qui ſunt ex iſrael hi ſūt iſraelite. Et ſequitᷣ q̄ non qui filij carnis hi ſunt filij dei ſed qui filij ſunt promiſſiōis eſtimantᷣ in ſemine. Illi ergo qui ſortiti ſunt gratiā dei ſunt iſrael per fidem ⁊ iuda per confeſſionē. Rom̄. 10. Corde creditᷣ ad iuſticiaȝ ⁊c. Dicitᷣ autem ſuper domū ⁊c. triplici ratione. Vna quia xp̄us in propria perſona predicauit iudeis nō gentibus. Math. 15°. Non ſum miſſus niſi ad oues que perierūt domus iſrael. Secūda quia gentiles facti ſūt participes noui teſtamēti ſicut oleaſter inſertus in bonā oliuā participat pinguedinē eius. Ro. 11. Alia q2 tp̄e roboam ⁊ ieroboam diuiſum fuit regnū iuda a regno decem tribuū. que quidē remanſerūt in ydolatria: ſed regnū iuda magis adheſit deo. licet nō ex toto. Et ideo vtroſq̄ tetigit. ¶ Deinde cum dicit. Nō ſm teſtamentū ⁊c. deſcribit no

nuum teſtamētū. Et pmo p differentiā ad vetus. Secūdo p pprias conditiones ibi. Quia hoc eſt teſtamentū ⁊c. Iterum pma in duas. Prima oſtendit diſtinctionē noui ⁊ veteris teſtamenti. Secundo infirmitatē veteris ibi In die in qua ⁊c. Poſſet eñ aliqs dicere. Nunqd iſtud nouum eſt illi ſimile? Ideo quaſi reſpondens dicit. Non quia nō ſm id qd feci cum patrib⁹ eoꝝ. in quo oſtendit ꝙ non eſt ſeruandū vetus cū nouo. Gal. 5. State ⁊ nolite iterū iugo ſeruitutis ptineri. Matth. 9. Neqꝫ mittūt vinū nonū in vtres veteres ⁊c. Et Ro. 7. Seruiamus in nouitate ſpūs ⁊ nō in vetuſtate lře. Et ſi aliqd inueniatur in veteri qd gentibus indicaꝛ ad ſeruandū: referendum eſt ad intellectum ſpūalem ſicut dicit Eſa. 19. Colent eū in hoſtijs ⁊ muneribus. qd totū eſt ſpūaliter intelligendū. ¶ Deinde cū dicit. In die q̄ apphēdi ⁊c. oſtēdit defectum veteris teſtamenti. Et pmo ex eius traditione Secundo ex euētu ibi. Quoniā ipſi ⁊c. Vetus eñ teſtamentū traditū eſt ſeruis ⁊ infirmis. Seruis quidē quia qnqꝫ exierunt de ſeruitute egypti. Et qtum ad hoc dicit. Cum educerē eos ⁊c. Gal. 4. Vnū quidē in ſeruitutē generans ⁊c. Item qꝛ erat lex timoris ſeruilis. Ro. 8. Non accepiſtis ſpūm ſeruitutis iterū in timore ⁊c. Aug. Breuis differētia veteris ⁊ noui teſtamēti timor ⁊ amor Item infirmis qꝛ p ſe non poterant ſe iuuare. Et qtū ad hoc dicit. Apphendi manū eoꝝ qd eſt infirmoꝝ. pſ. Tenuiſti manū dexterā meā Ro. 8. Qd impoſſibile erat legi in quo infirmabaꝛ. Dicit autē patrib⁹ eorum: ſcꝫ abraam: iſaac et iacob. cū quibus iniit fedus ſpeciale. pſ. Memor fuit in ſeculū teſtamenti ſui verbi qd mandauit in mille generationes qd diſpoſuit ad abraā ⁊c. Sꝫ iſtis in exitu d egypto pmiſit carnalia. ¶ Deiñ cū dicit. Qm ipſi nō ⁊c. oſtendit defectū veteris teſtamēti ex euentu. ⁊ pmo qtum ad culpā. ⁊ id dicit. Qm ipſi nō pmanſerūt in teſtamento meo: qꝛ ſcꝫ non erat ſcptū in cordibus ipſorum. Vñ ſtatim poſt legē datā fecerūt vitulū conflatilē Exo. 32. et pſ. Fecerūt vitulū in oreb ⁊ adorauerūt ſculptile. Et qtum ad penā. Ideo dicit. Et ego neglexi eos Illd eñ aliqs dr negligere qd pmittit pire. Et ſic neglexit eos. qꝛ pmiſit eos perire ab exterminatore vt dicit. 1. Corin. 10. et pſ. Spreuiſti omes diſcedentes a iuſticijs tuis. Alia lřa. Et ego dñatus ſum eorū id eſt puniendo oſtendi me eſſe dñm ipſoꝝ. ¶ Deinde cum dicit. Quia hoc eſt teſtamentū ⁊c. deſcribit conditiones noui teſtamenti. Et circa hoc facit duo. Primo ponit modū editionis eius. Secūdo effectū ipſius ibi. Et ero eis in deum ⁊c. Dicit ergo. Quia hoc eſt id eſt tale ē teſtamentū qd diſponā domui iſrael ⁊c. diſpoſitio importat congruitatem ordinis. Et ideo dicit. Poſt dies illos id ē poſt legē datā. Debuit eñ poſt legē veterē dari noua lex. ſicut pmo daꝛ pedagogus poſtea magiſter vt prius hō recognoſcat infirmitatē ſuam. In hoc ḡ patet congruitas temporis dandi nouū teſtamentū. Modus aūt tradēdi duplex eſt. Vnus p exteriora. ſicut pponēdo verba ad cognitionem alicuius. Et hoc poteſt homo facere. ⁊ ſic traditum fuit vetus teſtamentum. Alio modo interius operando. ⁊ hoc pprium eſt dei. Iob. 32. Inſpiratio oīpotentis dat intelligentiā Et hoc modo datū eſt nouū teſtamentū. qa conſiſtit in infuſione ſpūſſancti q̄ interius inſtruit. Non autē ſufficit tm cognoſcere: ſed requirit operari. Et ideo pmo illuminat intellectū ad cognoſcendū. Et ideo dicit Dabo leges meas ⁊c. Et dicit in plurali ppter diuerſa pcepta ⁊ conſilia. Et hoc facit ſpūſſanct⁹. 1. Io. 2. Vnctio eius docet vos Io. 14. Ille vos docebit oīa ⁊c. Item ad bene operādū inclinat affectū. vnde imprimit cordi. Et qtum ad hoc dicit. In corde eoꝝ ſupſcribā eas id ē ſup cognitionem ſcribam charitatē. Super oīa aūt charitatē habētes ⁊c. Col. 3. et Ro. 5. Charitas dei diffuſa ē in cordibus noſtris ⁊c. Et hec eſt epiſtola de qua ſubdit 2. Corin. 3. Non attramento ſed ſpiritu dei viui nō in tabulis lapideis ſed in tabulis cordis carnalibus.

## Lectio tertia.

Et ero illis in deum: ⁊ ipſi erūt mihi in populū. Et non docebit vnuſquiſqꝫ pximū ſuū: ⁊ vnuſquiſqꝫ fratrem ſuū dicens: cognoſce dñm: quoniā oēs ſcient me a minore vſqꝫ ad maiorē: qꝛ ppicius ero iniquitatib⁹ eorum: ⁊ peccatoꝝ eoꝝ iā nō memorabor. Dicēdo aūt nouū veterauit prius. Qd aūt antiquaꝛ ⁊ ſeneſcit ppe interitum eſt.

Supra poſuit apoſtolus conditiones noui teſtamenti ex editione ipſius: nunc ponit tres effectus ipſius. Prim⁹ eſt hominis ad deum perfecta coniūctio. Secundus eſt dei perfecta cognitio ibi. Et nō docebit ⁊c. Tertius eſt peccatorum remiſſio. ibi. Quia propicius ero ⁊c. Circa primum ſciendum eſt ꝙ ad hoc ꝙ homo iungaꝛ deo requiritur auxilium diuine gratie. quia ad hoc non poteſt propria virtute Iere. 31. In charitate perpetua dilexi te ideo attraxi te miſerans. Primo ergo tangiꝛ illa coniunctio ex parte dei. Secundo ex parte hominis ibi. Et ipſi erunt ⁊c. Dicit ergo. Ero illis in deum. Nomen dei ſignificat vniuerſalem prouidentiam. Tunc ergo eſt nobis deus quando habet curam de nobis et corda noſtra ad ſe trahit ⁊ hoc eſt reſpectu iuſtoꝝ ſpecialiter Ex hoc ergo ꝙ ero eis in deum. ſequiꝛ ſecundū ſcꝫ ꝙ ipſi erunt mihi in pplm. i. exhibebūt ſe mihi in populū. Sicut eñ dicit aug. 2°. d ciuitate dei. ca. 21. Popul⁹ ē cet⁹ multitudinis iuris cōſenſu cōmunione vtilitatis ſociat⁹. Qñ ergo conſentiunt in ius diuine legis vt ſint ad inuicē vtiles vt tendant in deum tunc eſt populus dei. Apoc. 21. Ipſi populus eius erunt ⁊ ipſe deus cum eis erit eorum deus. ¶ Deinde cum dicit. Et non docebit ⁊c. ponit ſecundum effectum noui teſtamēti. Et circa hoc facit duo Primo enim ponit ſignum effectus illius. Secūdo effectum ipſum ibi. Quia omnes ⁊c. Signum perfecte cognitionis eſt quando quis non indiget doceri. quia doctrina eſt via ad acquiſitionem ſcientie. ⁊ ideo ceſſat doctrina: acquiſita perfecte ſcientia. Sed nunquid in nouo teſtamento vnus non docet alium? Et videtur ꝙ non p litteram iſtam. Sed contra. quia apoſtolus vocat ſe doctorem gentiū. 1. Timo. 2. ⁊ Ephe. 4. Alios paſtores ⁊ doctores. Ro. 12. Siue qui docet in doctrina. Reſpondeo. dicendum eſt ꝙ hoc quod dicitur hic poteſt dupliciter intelligi. Vno modo de preſenti ſtatu: ⁊ ſic nō verificatur vniuerſaliter de omnibus: ſed tantum de primis fundatoribus noui teſtamenti ſcilicet apoſtolis qui immediate fuerunt inſtructi a deo quando aperuit illis ſenſum vt intelligerent ſcripturas Luc. vltimo. Apoſtoli ergo facti ſunt perfecte cognoſcentes nō ab alijs inſtructi ſed ſimul a chriſto acceperunt ſapientiam infuſam. Alio modo ꝙ referaꝛ ad ſtatum patrie futurum ad quā p nouum teſtamentū introducimur non p vetus. Et ſic vř verū eſt qd dicit hic. Sꝫ ptra. Hoīes beati ſunt eqles angelis nō maiores. ſꝫ ſm dionyſiū vn⁹ angel⁹ docet aliū illumināndo ipm. Ergo ⁊ homo beat⁹ alium docebit Reſpondeo. dicendū eſt ꝙ duplex eſt cognitio in beatis angelis. Vna que beatos facit. ſcꝫ cognitio diuinitatis que ſola beatos facit. ſicut dicit auguſtinus in libro confeſſionū. Beatus qui te nouit ⁊c. Alia eſt q̄ eſt omniū

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

ſunt aliud a deo cuiuſmodi ſunt effectꝰ dei. ⁊ iſta nõ beatificant. Quantum ergo ad primã vnus nõ docet alium qꝛ vnus non betificatꝰ mediante alio. ſed a deo imediate. pſ. In lumine tuo videbimus lumen. Sed quantum ad aliam que aſt aliquoꝝ miſterioꝝ vnꝰ docet alium. Et hoc forte vſqꝫ ad finem mundi ꝙdiu durat executio effectuum dei. ⁊ ideo addit dicens. Cognoſce dñm. Quaſi dicat. Non accipit dei cognitionẽ. Et dicit proximum ⁊ frartem ſuũ qꝛ ⁊ ſi ſm auguſtinũ oẽs hoĩes ſint ex charitate diligendi. ſi tamẽ non poſſis omnibus prodeſſe: tñ illis ſpecialiter debes ꝓdeſſe qui tibi coniũguntꝰ. Vel naturaliter ſicut ſunt conſanguinei quos hic vocat frẽs. Vel alia coniunctione ⁊ ſic proximus eſt. ¶ Omnes eñi ſcient me a minimo vſqꝫ ad maiorẽ eorum. Hec eſt cauſa quare vnus non docebit alium. qꝛ oẽs noſcent dñm 1. Jo. 3. Videbimꝰ eum ſicuti eſt. In hac vero viſione cõſiſtit beatitudo Jo. 17. Hec eſt vita eterna vt cognoſcãt te ſolum verũ deũ ⁊c. Jere. 9. In hoc glorietꝰ qui gloriatur ſcire et noſce me ⁊c. Et hanc doctrinam habent beati non ab aliquo alio: ſed a ſolo deo tantum. Eſa. 54. Ponam vniuerſos filios tuos doctos a dño. Illud autẽ ꝙ dicit. a minimo, poteſt dupliciter intellligi. Uno modo ꝙ dicantꝰ maiores ſancti antiquiores. Et ſic maior ⁊ minor dicũtꝰ ſm ordinẽ temporis. Oẽs ergo cognoſcent qa ſinguli accipiẽt ſingulos denarios Matth. 20. Vel hoc dicit ad oſtendendũ differentiam premioꝝ: qꝛ licet oẽs cognoſcant. tamẽ vnus magis alio cognoſcet Matth. 5 Qui fecerit ⁊ docuerit hic magnꝰ vocabitꝰ in regno celorum. Premiũ eñi correſpõdet merito. ⁊ hoc contra illos qui dicunt penas ⁊ omnia merita eſſe equalia et ꝑ conſequens premia equalia. Cõtra quos dicitꝰ. 1. Corin. 15. Stella differt a ſtella in claritate. ¶ Deinde cum dicit. Quia ꝓpicius ⁊c. ponit tertium effectum qui eſt culpe remiſſio qđ non poterat vetus teſtamentũ. infra 10. Impoſſibile eſt ſanguine thauroꝝ ⁊ hircoꝝ auferri peccata Dicit ergo. Propicius ero ⁊c. Differunt aũt iniquitas ⁊ peccatum. qꝛ iniquitas opponitꝰ iuſticie que quideꝫ ꝓprie ſemꝑ eſt ad alium. Ideo iniquitas dicitꝰ qua qs nocet alteri Job. 35. Homini qui ſimilis tui eſt nocebit iniquitas tua ⁊c. Peccatum autẽ dicitꝰ oĩs defectus actionis. qꝛ importat deordinationeꝫ. ⁊ ſic iniqtas ꝓprie ẽ in ꝓximũ. ſed peccatũ eſt in ſeipſum ⁊ hoc ꝓprie loquẽdo: large tamẽ idem eſt iniquitas ⁊ peccatuꝫ. Et ꝙtum ad hoc dicit. Quia ꝓpicius ero iniquitati eorum ſcꝫ in preſenti penam relaxando nec memorabor ſcꝫ in futuro peccata puniendo. Ezech. 18. Omniũ iniquitatũ eius quas operatus eſt non recordabor. pſ. Propicius eſto peccatis noſtris ⁊c. Item ne memineris iniquitatũ noſtraꝝ ⁊c Ro. 11. Sine penitentia eñi ſunt dona ⁊ vocatio dei ⁊c. id eſt deus non penitet ꝙ hic peccata remiſerit quaſi iterum puniendo. ¶. Deinde cum dicit. Dicendo autẽ nouum ⁊c. quaſi poſita auctoritate arguit ex ipſa ⁊ facit talem rationẽ. Nouum non dicitꝰ niſi in comparatione ad vetus. ſed oẽ qđ dicitꝰ vetus ſignificat quaſi ſit ꝓpe ceſſationẽ. Ergo dicẽdo nouũ veterauit id ẽ dedit intelligere ꝙ priuſſit vetꝰ. Qđ aũt antiquatꝰ et ſeneſcit ꝓpe interitũ eſt. Si ergo illud eſt vetus abiiciendũ eſt Leuitꝰ. 26. Nouis ſuperuenientibꝰ vetera ꝓiicietis. Dicendo ergo nouum deſignat ceſſationẽ veteris. Proprie auteꝫ nihil antiquatꝰ niſi qđ ſubiacet tempori. que aũt ſubiacẽt tempori ceſſant in tempore. Oportet ergo illud vetꝰ ceſſare. Dicit aũt antiquatꝰ ꝓpter res inaĩatas. ſed ſeneſcit ꝓpter animatas. Sciendum tñ eſt ꝙ vbi habemus peccatorum alia lr̃a habet peccati. ⁊ tũc refertꝰ ad peccatum orginale qđ omnibꝰ eſt cõmune.

## Capitulũ nonũ.

Habuit quidem ⁊ prius iuſtifica-
b tiones culture ⁊ ſanctum ſeculare. Tabernaculum enim factum eſt primum: in quo erant candelabra ⁊ menſa ⁊ propoſitio panum que dicitur ſancta. poſt velamentũ autẽ ſecundũ tabernaculum quod dicitur ſancta ſanctoruꝫ: aureum habens thuribulũ ⁊ archam teſtamenti circũtectam ex omni parte auro: in q̃ vrna aurea habens manna ⁊ virga aaron q̃ fronduerat: ⁊ tabule teſtamenti ſuper que erant cherubin glorie obumbrantia propiciatoriũ: de q̇bꝰ nõ ẽ mõ dicendũ ꝑ ſingula.

Supra oſtendit aplꝰs dignitatẽ noui teſtamenti reſpectu veteris in generali: hic oſtendit idem in ſpeciali deſcendendo ad ſingula que erant in vtroqꝫ teſtamẽto. Et circa hoc facit duo. Primo eñi compat ea que ſunt veteris teſtamẽti ad ea que ſunt noui vt ſuꝑ hoc oſtendat dignitatẽ noui. Secũdo manifeſtat quedam que ſuppoſuerat decimo ca. ibi Umbram eñi habens lex ⁊c. Circa primũ tria facit. qꝛ ꝓmo exponit illud quod fuit in veteri teſtamẽto. Scđo oñdit ſignificatũ ſuũ ibi. Hoc ſignificãte ſpũſancto ⁊c. Tertio ex his arguit ad ꝓpoſitũ ibi. Et ideo noui teſtamenti ⁊c. Iterũ ꝓma in duas. Primo eñi deſcribit conditionem veteris teſtamẽti. Scđo ꝓſequitꝰ ibi. Tabernaculũ eñi factũ eſt primũ ⁊c. Circa primũ ſciendũ eſt ꝙ tam vetus ꝙ nouũ teſtamentũ ad hoc inſtituta ſunt vt aĩa accedat ad deum. Ad hoc aũt duo ſunt neceſſaria. ſcꝫ receſſus a peccato: ⁊ vnio ad deum. Primuꝫ fit ꝑ iuſtificationẽ. Scđm ꝑ ſanctificationẽ. ⁊ in vtroqꝫ teſtamento fit iuſtificatio ⁊ ſanctificatio. Unde dicit ſic. Dictũ eſt ꝙ ꝓus veterauit. Sed quale fuit illud vetus? Tale ꝙ habuit iuſtificationes culture ſcꝫ latrie ſm grecũ. In veteri eñi fuerũt quedã ablutiones ꝑ quas mũdabantꝰ: non quidẽ a macula peccati: ſed a quibuſdã irregularitatibus quibꝰ impediebantꝰ a cultu dei ſicut ex tactu mortui vel alicuius imundi non poterant intrare tabernaculũ niſi expiati ꝑ aliqs ablutiones. Et ideo dicebantꝰ iuſtificationes culture: qꝛ ſcꝫ ꝑ ea fiebat idoneus ad cultum diuinum. Et de hoc habetur Leuitꝰ. 22. Hierony. Juſtificationes id eſt ablutiones quibꝰ purificatis licebat accedere. Sed ſanctificatio eoꝝ erat ſanctũ ſeculare Seculũ qñqꝫ ſumitꝰ ꝓ q̃cũqꝫ duratione. pſ. In ſeculuꝫ ſeculi. Qñqꝫ ſignificat mũdũ iſtũ. 1. Ti. 4. Demas me dereliq̇t diligens hoc ſeculũ. Illa ẽ ſanctificatio poteſt dici ſecularis qꝛ temporalis erat ⁊ non ꝑpetua. Sꝫ littera greca non ſic accipit: qꝛ dicit ſanctũ mundari. Unde ẽ differẽtia inter nouũ teſtamentũ ⁊ vetus. qꝛ licet vtrũqꝫ ſit corporale tamẽ nouũ continet gratiam. ⁊ ſacruꝫ eſt in quo ſub tegumento rerum viſibilium diuina virtus ſalutem ſecurius operatꝰ qđ nõ erat in veteri teſtamento qm̃ in ſe nullã continebat gratiã Gal. 3. Quõ iterũ cõuertimini ad infirma et egena elementa. ¶ Deinde cum dicit Tabernaculũ eñi ⁊c. exponit illud quod dixit. Et primo ꝙtum ad diſpoſitionẽ tabernaculi. Secundo quantũ ad myſteriũ ſacerdotum ibi. His itaqꝫ diſpoſitis ⁊c. Circa primum propter intellectũ lr̃e ſciendum eſt ꝙ dominus in deſerto precepit fieri tabernaculuꝫ quod haberet. 30. cubitos vel paſſus in longitudine. et decẽ in latitudine: ita ꝙ hoſtium erat ad orientem ante quod dependebat velum ſuper quattuor columnas ⁊ quoddam tentorium in quo erat altare holocauſtorum. ſed de hoc nihil ad ꝓpoſitum. quia apoſtolus de hoc non facit aliquam men-

tionem. Sed in tabernaculo verſus occidentē ſpacio de-
cem cubitoꝝ longitudinis. ⁊ decem latitudinis appēde-
batꝰ ꝑ velū ſuꝑ q̄ttuor columnas ⁊ iſtud diuidebat par-
tem vnam decem cubitorum ab alia. xx. cubitorū. Pars
autē. xx. cubitorum dicitur ſancta. ⁊ tabernaculum ꝑmū
ſed illa decem dicunꝰ ſanctaſanctorum. ⁊ tabernaculum
ſecundum. Iſta diſtinctio dupliciter poteſt exponi. Uno
modo quia ea que fuerunt in veteri teſtamento fuerunt
figura noui teſtamenti. Nouū etiaꝫ eſt figura celeſtis pa
trie. Sic ergo ꝑ primum tabernaculū vetus teſtamentū
⁊ per ſecundum nouū. Alio modo ꝑ ꝑmum tabernacu-
lum preſens eccleſia. ꝑ ſecundū celeſtis gloria. Inquan-
tum ergo ſignificat vetus teſtamentuꝫ eſt figura figure.
ſed inquantū ſignificat preſentē eccleſiam que adhuc ſi-
gnificat futurā gloriā eſt figura veritatis q̄tuꝫ ad vtrūqꝫ
Circa hoc ergo duo facit. qꝛ ꝑmo deſcribit illud qđ erat
in ꝑmo. Secundo illud quod erat in ſecundo. ibi. Poſt
velamentum autē ⁊c. In ꝑmo autē tria erant ſcꝫ cande-
labrum aureum ad meridiem quod ita erat factum. Ex
vno eñ longo haſtili procedebant ſex calami q̄ſi ſex bra-
chia ſcꝫ tres a dextris ⁊ tres a ſiniſtris. Et ſic in ſūmitate
erant ſeptem rami ⁊ in quolibet erat vna lucerna que ar
debat. Item in quolibet calamo erant quattuor ſcꝫ cala-
mus qui erat ex tribus partibus quaſi tribus petijs ſcꝫ
cyphi: ſperule: ⁊ lilia: quia ibi due partes iungebantur
In fine cuiuſlibet partis erat quaſi quidā cyphus in quo
duo cyphi iungunꝰ in nucis moduꝫ ⁊ due ſperule volu-
biles ⁊ duo quaſi folia lilij hinc ⁊ inde. Itē in parte aqui
lonari erat menſa aurea in modū altaris ſuꝑ quam pone
banꝰ in ſabbato. xij. panes calidi ⁊ ſuꝑ quemlibet thus
lucidum in patena aurea. Et ſtabant illi panes qui dice-
banꝰ ꝓpoſitionis vſqꝫ ad diē ſabbati vbi oportebat illos
amoueri ⁊ reponebanꝰ alij loco illoruꝫ. Item in medio
erat altare aureum ad adolendum thymiama boni odo-
ris ⁊ hoc ad lr̄am ne domus feteret ꝓpter multitudineꝫ
imolaticij ſanguinis. Per candelabrū autē qđ illuminat
⁊ per menſam deſignatꝰ ad lr̄am ꝙ qui altari ſeruit de al
tari viuat. Dicit ergo tabernaculuꝫ prius id eſt anterior
pars tabernaculi facta eſt in quo erat candelabruꝫ quod
vnum erat quātum ad ſubſtantiam ſed plura quantū ad
ramos ⁊ hoc ad meridiem. ⁊ menſa ad aquilonem. ⁊ ꝓ-
poſitio panum id eſt panes propoſitionis per ypallagen
ſicut ꝑflauit fiſtula buccas. ⁊ illa ps dicitꝰ ſancta. De hoc
habetꝰ diffuſe Exo. 25. 26. et. 27. ¶ Deinde cum dicit.
Poſt velamentum ⁊c. Deſcribit ea que erant in ſecūdo
tabernaculo ſcꝫ archa teſtamenti de lignis ſethin impu-
tribilibus circumtecta ex omni parte id eſt tam intus q̄
extra auro In archa aūt erāt tria: ſcꝫ vrna aurea hñs mā
na. ⁊ hoc in memoriā illius beneficij eis preſtiti. Exo. 16
Et virga aaron que floruit Numeri. 17. In memoriam
ſacerdotij aaron ne alius extraneus preſumeret accede-
re Et tabule teſtamēti. Exo. 25. In memoriā legis. Itē
ſuper archā erant duo cherubin qui tangebant ſe duabꝰ
alis. et tangebant alijs duabus latera tabernaculi. In-
ter duas aūt alas quibus tangebant ſe erat tabula aurea
eius longitudinis ⁊ latitudinis cuius et archa ſcꝫ duoꝝ
cubitorum in longitudine cubiti. ⁊ ſemis in latitudine.
⁊ erat ſupereminens que dicebatꝰ ꝓpiciatorium. Unde
erat quaſi ſedes de qua deus exaudiret ad repropician-
dum populo. ps̄. Qui ſedes ſuper cherubin ⁊c. Archa
vero erat quaſi ſcabelluꝫ pedum. Illi duo cherubin ver-
ſis vultibus ad ſeipſos reſpiciebant. Hic autē addit apo
ſtolus quartum ſcꝫ thuribulū aureū de quo dicunt aliq̄
ꝙ erat altare inter ſancta vt dictuꝫ eſt. In ſancta qđ erat
exterius introibant ſacerdotes omni die ad expletioneꝫ
myſteriorum. ſed in ſanctaſanctoꝝ ſacerdos ſūmꝰ ſemel
in anno cum ſanguine. et tunc implebat thuribulū illud
thymiamate ita ꝙ ex fumo aſcenderet nebula que operi-
ret ſanctaſanctoꝝ ne poſſent videri ab his qui extra erāt
Iſta ḡ ſunt illa que erant poſt velamentū qđ erat ſm qđ
dicitꝰ ſanctaſctōꝝ ꝓ dignitate. ſicut dicitꝰ virgo virginuꝫ
anthonomaſice. aureuꝫ hñs thuribulū et archa in q̄ erat
vrna ⁊c. ſuꝑ quam ſcꝫ archā non ꝙ haberet ſuꝑ eam pe-
des ſꝫ alas tm̄. cherubin glorie id eſt glorioſe facta obū-
brantia ſcꝫ ꝓpiciatoriū alis ſuis. de quibus omnibꝰ nō
eſt modo dicendū id eſt proſequendū ꝑ ſingula. Sed cō-
tra qꝛ. 3. Reg. 8. dicitꝰ ꝙ in archa nō eſt aliud niſi due ta
bule. Reſpondeo. dicendū eſt ꝙ verū eſt ex ꝑncipali in-
tentione. qꝛ ad hoc fuit archa ꝑncipaliter facta ſicut pa-
tet Exo. 25. ¶ Quid autē iſta ſignificent Sciendum eſt
ꝙ omēs cerimonie legis ordinabanꝰ ad vnum ſm ſtatuꝫ
illum. ad aliud vero ſm ꝙ erant figuratiua ꝓut ſcꝫ rep̄-
ſentabant chriſtum. Quo ad primū oīa inſtituta fuerūt
ad repreſentandū magnificentiā dei. Illa autē non rep̄-
ſentabanꝰ niſi in effectibus. Iſti autē effectus habent q̄ſi
duplex ſeculum. Unum ſuꝑius ſcꝫ ſubſtantiaꝝ incorpo-
rearum. ⁊ iſtud repreſentatꝰ per ſanctaſanctoꝝ. Aliud eſt
iſtius mundi inferioris ſenſibilis. ⁊ iſtud repreſentatꝰ ꝑ
ſancta. In mundo autē ſuperiori ſunt tria. ſcꝫ deus: rati
ones rerum: ⁊ angeli. Deus autē oīno eſt incomꝑhenſi
bilis. et ideo erat ſedes ſine ſedente. quia non poteſt cō-
prehendi a creatura niſi ex effectibus. Illa autem ſedes
erat ꝓpiciatoriū vt dictum eſt. ¶ Angeli autē ſignificā-
tur ꝑ cherubin ꝓpter ſapientiā. Unde ⁊ phi angelos di
cunt ſubſtantias intellectuales. Erant autē duo ad deſi-
gnandū ꝙ non erant ibi poſiti ad colendum. qꝛ dictum
erat eis. Deutꝰ. 4. Audi iſrael dñs deus tuus vnus eſt.
¶ Qꝫ reſpiciūt in ꝓpiciatoriū, deſignat ꝙ nunq̄ recedūt
a contemplatione dei Matth. 18. Angeli eorum in celis
ſemꝑ vident faciem patris ⁊c. ¶ Rationes rerum ſignā-
tur ꝑ archā. Illa vero q̄ ſunt in hoc mundo vel ꝑtinent
ad ſapientiā que ꝑ tabulas ſignificatꝰ. Uel ad potentiaꝫ
q̄ ꝑ virgam. Uel ad bonitatē q̄ ꝑ māna qđ erat dulce. qꝛ
quicq̄d eſt dulcedinis in creatura totū eſt ex bonitate dei
Quia vero rationes rerū q̄ ſunt intelligibilitꝰ in deo ſunt
ſenſibiliter in creaturis corporalibꝰ. Ideo ſicut in tabu-
lis erat lumen intellectuale. ita in ſanctis erat lumē cor-
porale. Ibi manna: hic panes. Ibi virgā hic altare qđ ꝑ
tinet ad officiū ſacerdotis. ¶ Sed inq̄tum ꝑ iſta figura
batꝰ chriſtus om̄ia iſta inueniunꝰ in ipſo. Et ꝑmo q̄tū ad
ſancta. Ipſe eñ eſt candelabrū luminis Io. 8. Ego ſum
lux mundi. In iſto ſunt ſex ordines. tres a ſiniſtris ſcꝫ ꝑ-
fecti veteris teſtamēti. et tres a dextris ſcꝫ noui teſtamē-
ti. Iſti deſignanꝰ Ezech. 14. per noe p̄lati. per daniel cō-
tēplatiui. ꝑ iob actiui. Iſti calami lumē accipiūt ⁊ infun
dunt quia ſicut dicitꝰ 1. Pe. 4. Unuſquiſqꝫ ſicut accepit
gratiam in alterutrum illam adminiſtrātes. Cyphi ſunt
ꝓpinantes potum ſapientie. Sperule ꝓpter promptitu
dineꝫ obedientie. Lilia ꝓpter finem vite eterne. Septē
lucerne ſunt ſeptem dona ſpūſancti. ¶ Item chriſtus ē
mēſa refectionis. Duodecim panes ſunt doctrina duo-
decim apoſtolorū ⁊ ſucceſſorum ſuorum. Qui ponuntur
in ſabbato ſpei vſqꝫ ad ſabbatum ſpei. et ſi interim vnus
remouetur per mortem: alter ſubſtituitur. Sed in ma-
gno ſabbato remouebunꝰ omnes. ¶ In interiori erat ꝓ-
piciatoriuꝫ ⁊ chriſtus eſt ꝓpiciatio ꝓ peccatis noſtris. 1.
Io. 2. Duo angeli ſunt duo teſtamenta concorditer xp̄m
reſpicientia. Uel om̄es angeli chriſto ſeruientes concor-
diter ⁊ vnanimiter Matth. 4. Acceſſerunt angeli ⁊ mi-
niſtrabant ei. Dañ. 7. Milia miliū miniſtrabant ei. S. 1.
Om̄s ſunt adminiſtratorij ſpūs. Ipſi deſiderant in xp̄m

ꝓſpicere.1.Pe.1.Item obumbrant ꝓpiciatorium id ē xp̄i eccleſiam cuſtodiunt. Uel qꝛ ipſorum miniſterio fiebant viſiones ⁊ apparitiones in quibus obumbratorie figurabaṫ chriſtus Archa aurata de lignis ſethin eſt caro chriſti pura ⁊ precioſiſſima.que et diciṫ vrna aurea ꝓpṫ ſapientiā plena dulcedine diuinitatis. Tabule ſunt eiꝰ ſapientia. Uirga eſt ſacerdotium eius eternum. Uel virga eſt poteſtas chriſti. Māna dulcedo gratie que datur ꝑ ſacerdotium xp̄i.vel per obedientiam mandatorū ſicut homo obedit poteſtati.Sed quia nullus habet ſic gratiam quin peccet excepto chriſto ⁊ matre eius.Ideo neceſſe eſt habere ꝓpiciatoriū. Sciendū eſt aūt ꝙ glo.ſuꝑ locum iſtū multū diffuſe iſta exponit.

## Lectio ſecunda.

Is vero ita compoſitis in priori
h quidez tabernaculo ſemper introibant ſacerdotes ſacrificiorum officia conſummantes.in ſecundo autez ſemel in anno ſolꝰ pontifex non ſine ſanguine quē offerret pro ſua et populi ignorātia: hoc ſignificante ſpirituſancto:nondum propalatam eſſe ſanctorum viam adhuc priore tabernaculo habente ſtatum. Que parabola eſt temporis inſtantis iuxta quam munera ⁊ hoſtie offeruntur: que non poſſunt iuxta conſcientiam perfectum facere ſeruientem: ſolūmodo in cibis ⁊ potibus ⁊ in varijs baptiſmatibꝰ ⁊ iuſticijs carnis vſqꝫ ad tempꝰ correctionis impoſitis.

Supra deſcripſit apoſtolus ea que pertinent ad vetꝰ teſtamentum ꝙtum ad diſpoſitionē tabernaculi: hic ꝓſequiṫ de officio miniſtrorum. Et p̄mo de his que ſpectāt ad ſancta. Scd̄o aūt de his que ſpectāt ad ſanctaſanctorū ⁊c̄ ibi. In ſecūdo autē ⁊c̄. Ad intellectū autē lr̄e huius ſciendum eſt ꝙ ſicut ſupra dictum eſt in parte anteriori ipſius tabernaculi circa medium erat altare thymiamatis vl̄ incēſi qḋ idē eſt ⁊ cādelabrū.Ex parte ꝟo meridionali ⁊ ex oppoſito menſa ꝓpoſitiōis. Sacerdos ergo quolibet die mane ⁊ veſpere intrabat ſancta ꝓpter duo. ſcꝫ ad parandū lucernas ⁊ ad adolendū thymiama vt lumen ⁊ bonꝰ odor iugiter eſſet in ſanctis. Dicit ergo. His ſcꝫ que pertinent ad ſpeciez tabernaculi ita diſpoſitis id eſt ordinatis quottidie mane ſcꝫ ⁊ ſero intrabant ſacerdotes conſūmantes officia ſacrificiorum. non tamē ꝙ in ſancta ſacrificarent. qꝛ ſacrificabāt ſuꝑ altare holocauſtorum qḋ erat ante fores tabernaculi ſub diuo. ſed adoletione thymiamatꝭ ⁊ deuotionē offerētiū vocat ſacrificiū ❡ Deinde cum dicit. In ſecundo autē ⁊c. ponit officiū miniſtrorum ꝙtum ad ſanctaſanctoꝝ. Circa quod ſciendum eſt ꝙ ſicut diciṫ Leuiṫ.16. Sūmus ſacerdos in die expiationis q̄ fiebat decima die ſeptimi mēſis ſcꝫ ſeptēbris qui ſeptimus eſt a marcio noſtro qui apud hebreos concurrit ꝓ parte cum aprili in quo incipiūt anni. Exo.11. Menſis iſte p̄ncipium vobis menſiū p̄mus erit in mēſibus anni. ipſi eñ incipiūt menſem in lunatione q̄ ſempꝑ incipit iñ martio niſi impediat emboliſmus. offerebat ꝓ ſe ⁊ tota domo ſua vitutulum ⁊ hircū ꝓ peccato populi. ⁊ iſtis imolatis accipiebat de ſanguīe ipſorū ⁊ implebat thuribulum prunis altaris holocauſtoꝝ qḋ erat in atrio ante fores tabernaculi ⁊ cum oībus his intrabat in ſanctaſanctorū ⁊ cum ſanguine expiabat tabernaculū aſpergendo ſanguinē contra velum ⁊ poſt egrediebaṫ. Et cuꝫ eodeꝫ ſanguīe liniebat cornua altaris thymiamatꝭ. Hoc autē ſemel in anno faciebat. Unde dicit. In ſecundo aūt ſcꝫ tabernaculo qḋ diciṫ ſanctaſanctorū ſemel in anno intrabat ſolus pontifex. Gloſa dicit ꝙ pluries poterat ſine ſanguine ſꝫ non cum ſanguine niſi ſemel. De hoc tamē non habeṫ niſi tantū quādo mouenda ſunt caſtra. qꝛ tūc intrabant aaron ⁊ filij eius ⁊ inuoluebant ⁊ diſpenſabāt onera leuitatum ſicut patet Numeri.4. Semel tñ in anno intrabat ſūmus ſacerdos ſolus cū ſanguine qñ offerebat ꝓ ſua et populi ignorantia id eſt ꝓ peccatis noſtris ꝓuer.14. Errant qui operantur malum. Omīs eñ malus ignorat vt habeṫ.3.ethicorū. De hoc habeṫ Leuiṫ. 16. vbi tradiṫ ritus iſte. ❡ Myſtice vero ꝑ primū tabernaculum deſignaṫ preſens eccleſia in qua fideles debent ſeipſos ſacrificare. Ro.12. Exhibeatis corpora vr̄a hoſtiam viuentē ſanctaꝫ deo placentem. pſ̄. Sacrificiū deo ſpiritus cōtribulatus. Item debent ſacrificare ſua in eleemoſynis. infra.13. Talibus eñ hoſtijs ꝓmereṫ deus. Sed in ſanctaſanctorūꝫ id eſt in patriam celeſtem intrat ſolus pontifex ſcꝫ xp̄s in anima ⁊ corpore. ❡ Tamē ſm̄ lr̄am intētio apoſtoli eſt ꝙ ꝑ ſancta intelligaṫ vetus lex. per ſanctaſanctorū ſtatus noui teſtamenti ⁊ celuꝫ. qꝛ per nouam legeꝫ intraṫ in celum. Et ideo ſubdit. Hoc ſignificante ſpū ⁊c. Ubi exponit quid ſignificaṫ ꝑ hoc. Et primo ꝙtum ad vetus teſtamentū. Secundo ꝙtum ad nouum ibi. Chriſtus autē aſſiſtens ⁊c. Item in p̄ma parte p̄mo ponit officiū miniſtroꝝ ꝙtū ad p̄mū. Secūdo ſubdit poſitionis rationem ibi. Iuxta quam munera ⁊c. ❡ Sciendum aūt ꝙ in p̄mo intrabant ſacerdotes quottidie: ſꝫ in ſecuudo quod erat vltra velum non niſi pontifex ſolꝰ ſemel in anno. Unde ꝙtum ad miniſtros illos erant ibi duo. Unū ꝙ in p̄mo quottidie intrabāt. Aliud ꝙ ſcd̄m erat eis velatum. Unde interpoſitio veli ſignificat ꝙ celeſtia erant eis velata. Item ꝙ non intrabant ſignificat ꝙ vetus teſtamentum nō eſt via intrādi celum ante aduentum xp̄i. Dicit ergo. dico ꝙ hoc ſic perfectū eſt hoc ſignificante ſpūſancto. 2. Pe.1. Non humana voluntate allata eſt aliquando ꝓphetia: ſed ſpūſancto inſpirati locuti ſunt ſancti dei homines. Et hoc eſt cōtra hereticos qui dicunt vetus teſtamentnm non eſſe a ſpūſancto: ſed a deo malo. ❡ Quid ſignificante? Nondū ꝓpalatā eſſe ſanctorum viam adhuc priore tabernaculo id eſt veteri teſtamēto ſignificato per primū tabernaculū habente ſtatum. Durante eñ veteri teſtamento via ſanctoꝝ ſcꝫ xp̄s qui dicit. Jo.14. Ego ſum via. Nondum venerat. ipſe eñ eſt hoſtium ꝑ qḋ patet introitꝰ in ſanctaſanctoꝝ. Jo.10. Ego ſum hoſtium. Sed non erat ꝓpalatus quia adhuc latebat ſub figuris lr̄e obumbratꝰ Infra.10. Umbrā habens lex futuroꝝ. ⁊c. ❡ Que ꝑabola eſt inſtantis id ē preſentis temporis. Uel inſtantis id eſt ducēs nos ad ea que contingunt in preſenti tempore. ❡ Deinde cū dicit Iuxta quam ⁊c. ponit rationem quare durante ſtatu veteris legis non patebat introitus in ſanctaſanctoꝝ. In illa eñ ſancta nullus intrat niſi perfectus. Eſa.35. Uia ſancta vocabiṫ non tranſibit per eam pollutus. Et ideo vbi non erat mūdatio ⁊ perfectio nec erat introitus in illa. Sed vetus teſtamentū nō poterat perfectū facere ſeruientem: quia nondum erat oblatū ſacrificium ſatiſfaciens ꝓ peccato totius humani generis. Et ideo dicit. Iuxta quam ſcꝫ vel parabolam vel figuram offerūtur munera ⁊ hoſtie. Quod refertur ad illud quod dicit ſancrificiorum officia conſūmantes: quia oblationes ⁊ munera que ſunt de hoībꝰ. hoſtie aūt que tm̄ ſūt de aīalibꝰ non offerebanṫ in ſanctaſanctorum. ſed in ſanctis vel ad

fores tabernaculi. Iſta autē non poterant mundare. qꝛ non poſſunt facere perfectum ſeruientem ſeruituti latrie que pertinet ad cultum diuinum. Perfectuꝫ dico iuxta conſcieniā. Eſt enim duplex mundatio. Una a macula: ⁊ reatu peccati. Et hec eſt quantū ad conſcientiam. Hoc non poteſt lex. infra. 10. Impoſſibile ē ſanguine thaurorum ⁊ hircorum auferri peccata Eſa. 1. Ne offeratis vltra ſacrificium fruſtra. Mich. 6. Nūquid placari poteſt deus in milibus arietum aut in milibus hircorum pinguium. Alia mundatio erat q̄tum ad culturam vt ſcꝫ liceret eis miniſtrare in illis ſacrificiis. Et ſic mundabat. Sed nunquid in veteri lege nō fuerunt multi perfecti? Et videt᷑ ꝙ ſic. Dictum eſt em̄ abrae Gen̄. 17. Ambula coram me ⁊ eſto perfectus. Moyſes etiā ⁊ multi alij valde ſancti ⁊ perfecti fuerunt. Reſpondeo, dicendū eſt ꝙ licet tūc multi perfecti ⁊ ſancti fuerint: hoc tamē fuit ex operibus legis. ſupra. 7. Nihil ad perfectū adduxit lex. Sed hoc fuit per fidem chriſti Gen̄. 15. Credidit abraaꝫ deo et reputatum eſt illi ad iuſticiam. Hoc ergo non erat virtute cerimoniaꝝ legalium. Unde frequenter ibi dicit᷑ Orabit ꝓ eo ſacerdos ⁊ dimittet᷑ illi Leuit. 5. et in multis alijs locis. Qꝛ ergo mandaret hoc erat ex fide. Sed in nouo teſtamento dicit᷑. Matth. vltimo. Qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit ſaluus erit. Sine ſacramentis em̄ noue legis non eſt ſalus. Io. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpū ſancto ⁊c. Sꝫ q̄re nō mūdabāt ꝯſciaꝫ qꝛ cōſiſtebant in cibis ⁊ potib⁹. pctm̄ vero ē in conſcia. Illud aūt qđ eſt pure corporale nō mundat animā: qꝛ non agit in animā. In ſacrificijs aūt illis erant cibi et potus ⁊ cetera que pertinent ad corpus. ⁊ ideo non poterant mundare conſcientiā. Dicit ergo in cibis ⁊ potibus id eſt in diſcretione ciborum ⁊ potuū interdictoruꝫ in veteri lege qꝛ abſtinere ab his non mundat conſcientiam vel vt hoc referatur ad vſuꝫ ſacrificioꝝ. quia comedebant᷑ a ſacerdotibus illa que offerebant᷑ ꝓ peccatis et ab alijs q̄ ꝓ alijs Iſta em̄ non mundabant conſcientiā Iere. 11. Nunquid carnes ſancte auferēt a te maliciās tuas. ¶ Et varijs baptiſmatibus id eſt lotionibus. quia ſicut dicit᷑ Matth. 7. Iudei ſeruabat baptiſmata calicū ⁊ vrceorum ⁊ a foro redeuntes non comedūt niſi baptizent᷑. Contra quos dicit dn̄s Mat. 23. Ue vobis ſcribe ⁊ phariſei ypocrite qui mundatis qđ deforis eſt calicis ⁊ parapſidis. intus autē eſtis pleni rapina ⁊ īmundicia. Uerūtamen apl̄us non loquit᷑ hic de ſupſtitionib⁹ phariſeorū. ⁊ ideo oportet currere ad alias lectiones preceptas in lege ſicut eſt de aqua ī qua lauabant᷑ ſacerdotes ⁊ de aqua purificationis in mundatione leproſi vel polluti. Unde frequenter dicit᷑. Lauabant veſtimenta ſua ⁊c. Et hec dicuntur hic baptiſmata. ¶ Et iuſticiis carnis. hoc addit vniuerſalit᷑ de oīibus. Uocat iſta cerimonialia iuſticias carnis id eſt carnales: qꝛ pertinebāt tm̄ ad corporalem mūdiciam. nec erat in eis aliqua virtus ſpiritualis. Et ne aliq̇s dicat quare ergo inſtituta ſunt ſi non poterant ꝑficere. quia iam videret᷑ ꝙ deus ea inutiliter inſtituerit. Hoc remouet cum dicit. Uſqꝫ ad tempus correctionis impoſitis. Quaſi dicat. Hoc verum eſt ꝙ fuiſſent inutiliter inſtitnta ſi ſemper deberent durare. Sed ſicut puero ꝑmo oportet dare pedagogum. quando autē iam peruenit ad etatem ꝑfectam tunc dat᷑ ei modus ſe habendi ſm̄ iudiciū rectorꝫ reipublice. Ita ī veteri lege ea q̄ ſpectabāt ad imꝑfectionem inſtituta fuerunt. ſed quando venit tempus perfectum tunc debuerūt inſtitui illa que ducunt ad perfectionem. Et ideo dicit. Uſqꝫ ad tempus correctionis id eſt in quo corrigerent᷑: non quidē ſicut mala. ſed ſicut imperfecta. Lex em̄ bona eſt Ro. 7. pſ̄. Superuenit manſuetudo ⁊ corripiemur.

## Lectio tertia

c hriſt⁹ aūt aſſiſtēs pontifex futuroꝝ bonorū ꝑamplius ⁊ ꝑfectius tabernaculū nō manufactū id eſt nō hui⁹ creationis: neqꝫ ꝑ ſanguinē hircoꝝ aut vituloꝝ ſed ꝑ propriū ſanguinē introiuit ſemel in ſancta: eterna redemptione inuenta. Si enim ſanguis hircorum aut thaurorum et cinis vitule aſperſus: inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis: quanto magꝭ ſanguis chriſti qui per ſpiritum ſanctuꝫ ſemetipſum obtulit immaculatum deo: emūdabit conſcientiam noſtram ab operib⁹ malis ad ſeruiendū deo viuenti.

Supra poſuit apoſtolus ſignificationem eoruꝫ que pertinent ad vetus teſtamentū ⁊ primū tabernaculum: hic ponit conditiones eorum que ꝑtinent ad ſecundū tabernaculū qđ repreſentabat nouū teſtamentū. Et circa hoc facit duo. Primo em̄ ponit illam ſignificationē. Secūdo ꝓbat quoddā quod ſuppoſuerat ibi. Si em̄ ſanguis hircorum ⁊c̄. Sciendum eſt aūt ꝙ ſi cōſiderent᷑ ſupradicta quinqꝫ: dicta ſunt de ſecundo tabernaculo: ſcꝫ q̇s intrabat quia ſolus pontifex. Secūdo dignitas ⁊ conditio loci quo intrabat: quia diceba᷑ ſanctaſanctoruꝫ. Tertio quomō intrabat quia cum ſanguine. Quarto quādo intrabat: quia ſemel in anno. Quinto quare intrabat. q̇a ꝓ expiatione peccatorū. Hic autē apl̄us illa quinqꝫ explicat. Et primo quis ſit ille qui intrat quia xp̄s. Pontifex em̄ eſt ꝑnceps ſacerdotū. Talis aūt eſt xp̄s. 1. Pe. 5. Cum apparuerit ꝑnceps paſtorum ⁊c. ſupra. 4. Habentes ergo pontificem magnū qui penetrauit celos ieſum ⁊c. Sed quilibet pontifex diſpenſator eſt alicui⁹ teſtamenti. In quolibet autē teſtamento duo conſideranda ſunt ſcꝫ finis repromiſſus in illo teſtamēto. Bona aūt repromiſſa in veteri teſtamento erant bona temporalia. Eſa. 1. Si volueritis ⁊ audieritis me bona terre comedetis. Ille ḡ pontifex erat bonoꝝ temporaliū. Sꝫ xp̄s ē pontifex bonoꝝ celeſtiuꝫ Matth. 5. Gaudete ⁊ exultate qm̄ merces vr̄a copioſa eſt in celis. Eſt ḡ pōtifex ſūmorū bonoꝝ. qꝛ ꝑ pōtificatū ei⁹ introducimur in bona futura. pſ̄. Replebimur in bonis dom⁹ tue. Itē in veteri diſpēſabant᷑ figuralia ſed chriſtus diſpenſat ſpūalia q̄ ꝑ illa figurabantur Luc. 11. Pater veſter de celis dabit ſpiritū bonum petentibus ſe. Sic ergo per bona futura poſſunt intelligi vel bona celeſtia ⁊ hoc reſpectu noui teſtamenti. Uel bona ſpūalia reſpectu veteris. reſpectu cui⁹ figura erant. Iſte pontifex non eſt negligens: ſed aſſiſtens. Pontifex em̄ mediator eſt inter deuꝫ ⁊ populum. Chriſtus vero mediator eſt. 1. Ti. 2. Mediator dei ⁊ hominū hō xp̄s ieſus. Deut᷑. 5. Ego medius ⁊ ſequeſter fui inter dn̄m ⁊ vos. Et iō ipſe aſſiſtit pr̄i ad interpellandū ꝓ nobis. Supra. 7. Ro. 8. Chriſt⁹ ieſus qui eſt ad dexteraꝫ pr̄is q̇ etiā interpellat ꝓ nobis. Item aſſiſtens nobis ad auxiliandū. pſ̄. A dextris eſt mihi ne cōmouear. Act. 7. Ecce video celos apertos ⁊ ieſum ſtanteꝫ a dextris dei. Sic ergo patet q̇s intrabat. ¶ Secūdo oſtendit dignitatem interioris tabernaculi qꝛ dicit. Perampli⁹ ⁊c. quia iſtud eſt perfectius vtpote qꝛ eſt īmobile Eſa. 33. Oculi tui videbūt hieruſalē ciuitatē opulentā tabernaculū qđ nequaq̄ vltra trāſferri poterit. Hoc aūt eſt tabernaculū celeſtis glīe. pſ̄. Dn̄e q̇s habitabit in tabernaculo tuo. Dicit᷑ autē tabernaculum: quia eſt locus peregrinorum.

Non enim debetur nobis ex conditione nature. ſed tm̄
per gratiam Eſa.32. Sedebit populus me⁹ in pulchri-
tudine pacis in tabernaculis fiducie in requie opulenta
Eſt ergo amplius propter multitudinem bonorū immē-
ſam quod deſignatꝛ in auctoritate predicta. Sedebit ⁊c.
Baruch.3. O iſrael ꝙ magna eſt domus dei. Illud aūt
qđ dicitꝛ peramplius dupliciter legitꝛ. Uno modo ꝙ ſit
vna dictio quaſi valde amplius. ⁊ ſic conſtruitꝛ lr̄a. xp̄us
aſſiſtens pontifex futuroꝝ bonorū introiuit in ſancta ſan
ctorum dico que ſunt tabernaculum peramplius. Alio
modo ꝙ ly per ſit prepoſitio qđ magis exprimitꝛ in greco
⁊ tunc conſtruitꝛ ſic. Chriſtus introiuit in ſancta ꝑ taber-
naculum amplius id eſt magis amplum ⁊ perfectū. Itē
perfectius quia ibi ceſſabit om̄is imꝑfectio. 1. Corin. 13.
Cum venerit qđ perfectum eſt euacuabitꝛ qđ ex parte ē.
Item eſt alterius conditionis: qꝛ vetus factum fuit ma-
nu hominis. hoc autē non: ſed manu dei. Exo.15. San-
ctuarium tuum dn̄e qđ fundauerūt manus tue. domin⁹.
⁊c. 2. Corin. 5. Scimus eñ q̇a ſi terrena domus noſtra
huius habitationis diſſoluatur ꝙ edificationem habe-
mus ex deo domū non manufactam ſed eternaꝫ in celis.
infra. 11. Expectabat eñ fundamenta habentē ciuitateꝫ:
cuius artifex eſt ⁊ conditor deus. Et ideo dicit. Non ma
nufactum id eſt non huius creationis: quia non eſt ma-
nufactū ſicut vetus. nec eſt huius creationis id eſt in bo-
nis ſenſibilibus creatis. ſed eſt in bonis ſpūalib⁹. Uel ꝑ
tabernaculum poteſt xp̄i corpus intelligi. in quo contra
diabolum pugnauit. pſ. In ſole poſuit tabernaculū ſuū.
Qđ eſt ampli⁹: qꝛ in ipſo habitat oīs plenitudo diuini-
tatis corporaliter. Col. 1. Item perfectius eſt: quia vidi-
mus gloriam eius gloriam quaſi vnigeniti a patre plenū
gratie ⁊ veritatis Jo. 1. Item non manufactum quia nō
ex virili ſemine. Dan̄. 2. Abſciſus eſt lapis de monte ſi-
ne manibus. ¶ Tertio oſtēdit quomō intrabat. quia nō
ſine ſanguine. ſed ille cum ſanguine vitulorum ⁊ hirco-
rum. ſicut dicitꝛ Leuit. 16. ſed xp̄us non ſic ſcꝫ ſanguine
alieno: ſed ꝑ ꝓprium ſanguinem quē ꝓ ſalute noſtra im
molauit in cruce. Matth. 26. Hic eſt ſanguis meus no-
ui teſtamenti qui ꝓ vobis ⁊ ꝓ multis effunde tꝛ in remiſ-
ſionem peccatorū. Dicit autē pluraliter vitulorū ⁊ hirco
rum. non ꝙ ſimul eſſent plures. ſed quia ꝑ diuerſos an-
nos pluries intrabat. Chriſtus autē ſignificatꝛ ꝑ hircum
ꝓpter ſimilitudineꝫ carnis peccati. Ro. 8. Item ꝑ vitu-
lū ꝓptꝛ fortitudinē: Et qꝛ vtitur duob⁹ teſtamentis tāꝙ
duobus cornibus Abachuc. 3. Cornua in manibus eius
¶ Quarto quando intrabat: qꝛ ſemel in anno. xp̄s autē
ꝑ totum tempus qđ eſt quaſi vnus annus intrauit ſemel
in ſancta ⁊ ſemel effudit ſanguinem ſuū. 1. Pe. 3. Chri-
ſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt. Ro. 6. Q̄
eñ mortuus eſt peccato mortuus eſt ſemel. Item ſemel
intrauit ex quo intrauit celeſtia ſemꝑ eſt ibi. E ideo dicit
ꝙ intrauit ſemel in ſancta. ¶ Quinto oſtēdit quare in-
trauit: quia ad offerendum ꝓ populi ignorantia non pro
ſua. qꝛ non habebat. Sanguis eñ chriſti magis ꝙ ille
valet ad hoc. quia ꝑ ipſum inuenta eſt eterna redemptio
Quaſi dicat. Per iſtum ſanguinem redempti ſumus ⁊
hoc imꝑpetuum. quia virtus eius eſt infinita. infra. 10.
Una oblatiōe cōſumauit ī ſempiternū ſanctificatos. pſ.
Redemptionem miſit dn̄s populo ſuo. Hoc autē quod
dicit inuenta ad duo poteſt referri. ſcꝫ ⁊ ad deſideriū dei
quod habebat de ſalute noſtra Job. 33. Inueni in quo ei
ꝓpicier. Ezech. 18. Nolo mortem peccatoris. Item ad
deſiderium patrum quo deſiderabant redimi. Null⁹ aūt
inuenit modū ita congruū ſicut xp̄s. Et ideo ſignantꝛ di-
cit inuenta. ¶ Deinde cum dicit. Si eñ ſanguis ⁊c. ꝓ-
bat vnum quod ſuppoſuit ſcꝫ iſtud vltimū. Eterna redē-
ptione inuenta. Quaſi dicat. Ita dixi ꝙ ꝑ ꝓprium ſan-
guinem fecit eternam redemptionē in quo apparet eius
maxima efficatia. Q̄ autē ita ſit ꝓbo per locum a mino-
ri: quia ſi ſanguis brutorum animaliū faciebat quod mi-
nus eſt. ſanguis xp̄i poterit facere qđ maius eſt. Unde
circa hoc facit duo. Primo enim ponit antecedēs. Se-
cundo conſequens ibi. Quantomagis ſanguis xp̄i ⁊c.
Circa primū ſciendū eſt ꝙ in veteri lege erat duplex mū
datio. Una que fiebat in die expiationis de qua habetur
Leuit. 16. Et de iſta iam dictum eſt. Et iſta videbatꝛ di-
recte ordinari ad emundationē a peccato. Alia erat con-
tra irregularitatem legis de qua dicitꝛ Numeri. 19. ꝙ p̄-
cepit dn̄s ꝙ Eleazar acciperet vaccā rufam a moyſe ſine
macula etatis integre que non traxiſſet iugum: ⁊ eductā
extra caſtra immolaret in cōſpectu populi. ⁊ tingeret di-
gitum in ſanguine eius ⁊ aſpergeret ſepties cōtra taber-
naculū. ⁊ ꝙ combureret totaꝫ ſcꝫ carnem pellem ⁊ etiam
fimuꝫ eius cum yſopo ligno cedrino ⁊ cocco bis tincto.
quo facto vir mundus colligebat cineres ⁊ in loco mūdo
effundebat extra caſtra. Et de ipſis ponebantꝛ in aqua q̄
immūdus qui ſcꝫ tetigiſſet cadauer mortui aſpergebatꝛ
die tertio ⁊ ſeptimo cum yſopo ⁊ ⁊ ita mūdabatꝛ. nec ali-
ter poterat mundari. Iſta eſt ſententia apl̄i. Itaqꝫ ꝙtuꝫ
ad primum dicit. Q̄ ſi ſanguis hircorum ⁊ thaurorum.
Quantū vero ad ſecundum dicit. Et cinis vitule aſper-
ſus ſanctificat inquinatos. non gratiam conferendo ſꝫ ad
emūdationem carnis id eſt ab irregularitate qua carnali
ter impediebantꝛ q̄ſi mundi a cultu diuino: nō tñ auferē-
bant peccata. Sed tñ vt dicit auguſtinus aliquando vir
tute illius aſperſionis mundabantꝛ a lepra corporali. Et
ideo dicit. Ad emundationē carnis. ¶ Deinde cum di-
cit. Quātomagis ⁊c. ponit conſeq̄ns. Quaſi dicat. Si
ſanguis ⁊ cinis hoc poſſunt: quid poterit ſanguis chriſti
Certe multoplus. Et ponit apoſtol⁹ tria que oſtendunt
efficaciam ſanguinis chriſti. Primo quis eſt ille cuius
eſt ſanguis iſte: quia ſcꝫ eſt chriſtus. Ex quo patet ꝙ ei⁹
ſanguis mundat. Matth. 1. Ipſe eñ ſaluuꝫ faciet popu
lum ſuum a peccatis eorum. Secūdo cauſam quare xp̄s
ſanguinem ſuū fudit quia hoc fuit ſpūſſanctus cuius mo
tu ⁊ inſtinctu ſcꝫ charitate dei ⁊ proximi hoc fecit. Eſa.
59. Cum venerit quaſi fluuius violentus quem ſpūs do
mini cogit. Spūs aūt mundat Eſa. 4. Si abluerit dn̄s
ſordes filiaruꝫ ſyon ⁊ ſanguinē hieruſalē lauerit de me-
dio eius in ſpiritu iudicij ⁊ ſpū ardoris. Et iō dicit. Per
ſpūmſanctum obtulit ſemetipſum. Eph. 5. Chriſtus di-
lexit nos et tradidit ſemetipſum ꝓ nobis oblationem et
hoſtiam deo in odorem ſuauitatis. Tertio conditionem
eius qꝛ eſt immaculatus Exo. 12. Erit agnus abſqꝫ ma-
culus maſculus anniculus. Ecc̄. 34. Ab īmundo q̇s mū
dabitꝛ? Sed nunquid ſacerdos īmundus poteſt munda-
re? Reſpondeo dicendū eſt ꝙ non ſi ageret in ꝓpria vir
tute. ſed agit virtute ſanguinis xp̄i. qui eſt ſicut cauſa p̄-
ma. Et ideo non egiſſet niſi fuiſſet īmaculatus. ¶ Scien
dum tamē ꝙ ſanguis illorū animaliū mūdabat tantū ab
exteriori macula ſcꝫ a contactu mortui. ſed ſanguis chri-
ſti mūdat interius conſcientiā qđ fit ꝑ fidem Act. 15. Fi
de purificans corda eorum. Inquantū ſcꝫ facit credere
ꝙ omnes q̇ chriſto adherent ꝑ ſanguinē eius mundantꝛ.
Ergo iſte emundat conſcientiam. Item ille mundabat a
tactu mortui: ſed iſte ab operibus mortuis ſcꝫ peccatis q̄
tollunt deum ab anima cuius vita eſt per vnionē chari-
tatis. Item ille mundabat vt poſſent accedere ad figu-
rale miniſteriū. ſed ſanguis xp̄i ad ſpūale obſequiū dei.
pſ. Ambulās in via īmaculata hic mihi miniſtrabat. Et
ideo dicit. Ad ſeruiendum deo. Item deus eſt vita Jo.
14. Ego ſum vita. Et deut. 32. Uiuo ego ineternum.

Conueniens ergo eſt vt ſeruiens ei ſit viuens. Ideo dicit viuenti. Et ſcđm rectorē vel iudicem populi ſic et miniſtri eius vt dicitur Eccſiaſ. 10. Qui ergo vult deo digne ſeruire debet eſſe viuens ſicut ⁊ ipſe. Totam iſtā figuram diligenter exponit gloſa et eſt auguſtini de queſtionibus numeri.

### Lectio quarta.

T ideo noui teſtamenti mediator ē
e vt morte intercedente in redempti
onē earū preuaricationū que erant ſub priori teſtamento repromiſſionē accipiant qui vocati ſūt eterne hereditatis. Ubi enim teſtamentu eſt: mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris. Teſtamentū eñi in mortuis confirmatū eſt. alioquin nondū valet: dū viuit qui teſtat⁹ eſt. Unde nec primū quidem ſine ſanguine dedicatū eſt. Lecto enim omni mandato legis a moyſe vniuerſo populo: accipiens ſanguinē vituloꝝ ⁊ hyrcorum cū aqua et lana coccinea ⁊ hyſopo: ipm quoqꝫ librū et omnē populū aſperſit dicēs Hic ſanguis teſtamenti quod mandauit ad vos deus. Etiā tabernaculū et omnia vaſa miniſterij ſanguie ſimiliter aſperſit. Et omnia pene in ſanguine ſcđm legem mundantur. et ſine ſanguis effuſione nō fit remiſſio

Supra expoſuit apoſtolus illa que agebātur in veteri teſtamento ⁊ aperuit illorū miſticā expoſitionē: hic ex hijs arguit ad propoſitum. ſcilicet ꝙ nouū teſtamentū prefertur veteri. quia poteſt quod non poterat vetus. Et circa hoc facit duo Primo eñi propōit concluſionē intentā. Secundo probat quoddā qđ ſuppoſuerat ibi. Ubi eñi teſtamentum eſt ⁊c. Iterum prima in duas. Primo eñi concludit ex dictis ꝙ chriſtus eſt mediator. Secundo hoc oſtendit non potuiſſe vetus teſtamentuꝫ ibi. Que erant ſub priori ⁊c. Dicit ergo Et ideo quia ſcꝫ xp̄s intrauit in ſancta eterna redemptione inuenta. id eſt perducēs ad eterna. quod vetus non poterat facere. Unde oportet ꝙ iſtud teſtamentū ſit aliud ab illo ſicut nouū a veteri. Ieremie. 31. Feriaꝫ domui iſrael et domui iuda ⁊c. Apoc. 21. Ecce noua facio omnia. Ideo huius noui teſtamenti mediator eſt chriſtus inter deū et hominē. 1. thi. 2. Mediator dei et hominū homo chriſtus ieſus. In omni autem teſtamento eſt aliquid quod promittitur. et aliq̄d ꝑ quod teſtamentū confirmatur. In nouo autē teſtamento promittuntur celeſtia et ſpiritualia. Itē iſta promiſſio ꝑ mortē xp̄i confirmata eſt. Et ideo xp̄s mediator eſt noui teſtamenti vt repromiſſionē eterne beatitudinis ac herreditatis eterne accipiant qui vocati ſunt. Et dicit vocati quia hoc munus nō eſt ex operibus ſed ex vocatione dei Ro. 8. Quos autē predeſtinauit hos ⁊ vocauit. 1. theſ. 2. Conteſtati ſumus vt ambularetis digne deo qui vocauit vos in ſuum regnū et gloriā. Unde dicit Eterne hereditatis. id eſt eterne glorie que eſt hereditas noſtra. 1. Pe. 1. Regenerauit nos in ſpē viuā per reſurrectionem ieſu xp̄i ex mortuis in hereditatē incorruptibilē ⁊ incōtaminatā ⁊ īmarceſſibilē cōſeruatā in celis. pſ. Ecce hereditas dñi. Itē Domin⁹ pars hereditatis mee. Iſtā autem hereditatē habemus per mortē xp̄i. Unde dicit: Ut morte intercedēte. 1. Pe. 3. In hoc vocati eſtis vt benedictionē hereditate poſſideatis. Huius autē mortis effectus eſt redemptio a preuaricatiōe peccati. 1. Pe. 1. Nō corruptibilibus auro et argento redempti eſtis de veſtra vana conuerſatione: ſed precioſo ſanguine agni īmaculati. Sed nunquid in veteri teſtamēto poterat fieri iſta redemptio a peccatis? Et reſpondet ꝙ non. quia ille p̄uaricationes erant ſub priori teſtamēto. Quaſi dicat. quia virtute ſacramentoꝝ prioris teſtamenti remoueri nō poterant Ro. 3. Cauſati ſumus iudeos ⁊ grecos om̄es ſub peccato eſſe. Sed contra. quia dauid et multi alij ſancti habuerunt remiſſionē peccatoꝝ. Reſpondeo dicendum eſt ꝙ quantū ad iſtuꝫ effectū qui eſt introitus celi. nō. qꝛ per mortē xp̄i aperta eſt ianua vite. Nullus eñi ante mortē xp̄i intrauit. Zach. 9. Tu vero in ſanguine teſtamenti tui eduxiſti vinctos tuos de lacu in quo nō eſt aqua. Sꝫ quantū ad maculā ſic ipſi conſecuti ſunt. ſed non virtute ſacramentoꝝ veteris legis: ſed in fide xp̄i. Sic ergo nouum teſtamentū eſt excellentius ꝙ̄ vetus. quia confirmatum eſt morte xp̄i: per quā remittunt̄ peccata: et qꝛ exhibet promiſſionē. ¶ Deinde cū dicit. Ubi eñi teſtamentū ⁊c. Probat illud quod ſuppoſuit. ſcꝫ ꝙ nouum teſtamētum ſit confirmatū per mortē xp̄i. Et primo probat hoc ꝑ auctoritatē legis humane. Secundo per auctoritatē legis diuine ibi Unde nunc primū ⁊c. Dicit ergo Dictum eſt ꝙ nouū teſtamentū confirmatur per mortē xp̄i intercedentem. quia ad hoc ꝙ teſtamentum valeat oportet ꝙ mors teſtatoris interueniat. Et ideo nouū teſtamentum non haberet robur: niſi interueniſſet mors xp̄i Unde ille dixit Ioh. 11. Expedit vobis vt vnus moriatur homo ꝓ populo. Mors autē propter duo neceſſaria eſt. Primo vt teſtamentū habeat firmitatē. quia cū ſit expreſſiuū vltime voluntatis poteſt ſemꝑ mutari ante mortē. Unde dicit ꝙ teſtamentū confirmatū eſt cū mortuis. id ē per mortem. Et iſto modo confirmatū eſt nouū teſtamentū ꝑ mortem xp̄i Mat. 26. Hic eſt ſanguis meus noui teſtamēti. ſcilicet confirmator et dedicator. Secundo neceſſaria eſt mors teſtatoris ad hoc vt teſtamentum valeat ⁊ habeat efficatiam. Unde dicit. Alioquin nondū valꝫ. qꝛ nullus poteſt perere aliquid nec etiā heres hereditatē ex vi teſtamenti niſi poſt mortē teſtatoris. Ideo xp̄s voluit mortē ſuā pro nobis interponere. ¶ Deinde cū dicit. Unde nec primū ⁊c. Hoc idē probat per auctoritatē legis diuine. ſcilicet per illud quod habet̄ in veteri teſtamēto. Et circa hoc duo facit. Primo eñi oſtendit conuenientiam inter vtrūqꝫ teſtamētū. Secundo oſtendit differentiam ibi Neceſſe eſt ergo ⁊c. Circa primū duo facit. qꝛ primo ꝓponit. Secundo manifeſtat ibi. Lecto eñi ⁊c. Dicit ergo Ita dictū eſt ꝙ ad hoc ꝙ teſtamentū valeat neceſſe ē ꝙ mors teſtatoris interueniat. Nec hoc debet videri mirum. qꝛ nec primū teſtamentū confirmatū eſt ſine ſanguine. Ille autē ſanguis figurabat ſanguinē xp̄i. Om̄ia eñi in figura contingebāt illis. 1. coꝝ. 10. ¶ Deinde cū dicit Lecto eñi ec. Probat propoſitū. ſcilicet ꝙ illud teſtamētū nō eſt confirmatū ſine ſanguine. Et ꝓbat hoc q̄tū ad tria in quibus fuit vſus ſanguinis. Primo q̄tū ad legis editionē. Secundo q̄tum ad tabernaculi conſecrationē ibi Etiā tabernaculū ⁊c. Tertio q̄tū ad vaſoꝝ expiationem ibi Et omnia pene in ſanguine ⁊c. Circa p̄mū ſciēdū eſt ꝙ ap̄ls tāgit h̄ hyſtoriā q̄ habet̄ Exod. 24. Ubi dicit̄ ꝙ poſtq̄ moyſes legerat corā pp̄lo mādata dñi ipſiſqꝫ reſpōdētib⁹ om̄ia q̄ locut⁹ eſt dñs faciem⁹ ⁊ erim⁹ obedientes. Accepit moyſes ſanguinē quē p̄ceperat ſuare d̄ duodecim vitulis ⁊ aſperſit librū legis ⁊ pp̄lm q̄ſi in cōfirmatione teſtamenti. Et ideo dicit Lecto eñi ⁊c. qꝛ neceſſariū fuit vt legeretur. Illa eñi lectio fuit legis ꝓmulgatio. Oportebat eñi legē promulgari. ¶ Accipiēs ⁊c.

Hic eſt duplex obiectio litteralis. Una qꝛ Exo. 24. nul-
la fit mentio de hyrco: ſed de duodecim vitulis. Secun-
do quia ibi etiā non fit mentio de aqua ⁊ cocco ⁊ yſopo.
Reſponſio ad iſta duo eſt duplex. Una ſcilicet qꝛ aplꝰs
nutritꝰ erat in lege. Unđ ſciebat ꝙ ille vſus erat in emū-
dationibus ſm legē ꝙ aſperſio fiebat de ſanguine hyr-
corum ⁊ vituloꝝ et aqua admixta cū yſopo ⁊ lana cocci-
nea tanꝗ aſperſorio. ⁊ ideo licet nō agat de hijs i exođ.
tamē aplꝰs hoc accepit ex conſuetudīe ritus legalis Ul'
poteſt dici ꝙ iſta fuit prima cōſecratio. Et ideo quaſi vir-
tute continebant in ipſa alie ſanctificatiōes future: inter
quas potiſſime fuit illa que fiebat in die expiatiōis de q̄
Leuit. 16. et alia de vitula rufa Numeri. 19. In prima
autē erat ſanguis vituli et hyrci. In ſecunda vero aqua
⁊ lana coccinea ⁊ yſopus. Quia ergo illa prima contine-
bat iſtas duas ideo apoſtolus totū retulit ad iſtam. Di-
cit ergo Accipiens ſanguinē ⁊c. Aſperſit dicēs. Hic eſt
ſanguis teſtamenti qđ mandauit ad nos deus. ſcȝ confir-
mator teſtamenti Eccl'. 24. Legē mandauit nobis moy-
ſes in preceptis iuſticiaruȝ. Iſte eñ ſanguis fuit figura
ſanguinis xp̄i per quē nouū teſtamentū confirmatuȝ eſt.
Et ideo chriſtus verbis iſtis vſus eſt Mat. 26. Hic eſt
ſanguis noui teſtamēti confirmatiuus ſcȝ. Figurabatur
autē per ſanguinē hyrci propter ſimilitudinē carnis pec-
cati. et vituli propter fortitudinē. Miſcetur aūt cū aqua
quia baptiſmus a ſanguine xp̄i efficaciā habet. Aſpergi-
tur autē cū yſopo qui mundat pectus: per quod ſignifi-
catur fides Act'. 15. Fide purificans corda eoꝝ. Et lana
coccinea que eſt rubei coloris per quā ſignificatur chari-
tas Can. 5. Dilectus meus candidus ⁊ rubicundus. qꝛ
per fidem ⁊ dilectionē paſſionis xp̄i mundatur populus
Aſpergitur et liber legis. quia paſſio xp̄i adimpleuit le-
gem Ioh. 19. Conſummatū eſt Mat. 5. Non veni ſolue-
re legem ſed adimplere. ¶ Deinde cū dicit. Etiā taber-
naculū ⁊c. Ponit conſecrationē tabernaculi. quia taber-
naculū ⁊ omnia vaſa miniſterioꝝ ſimilit' aſperſit ſangui-
ne. Sed contra quia nondū factū erat tabernaculum. ſed
25. cap. mandatur de conſecratione tabernaculi. Reſpō-
deo dicendū eſt ꝙ licet non ſit idē ſanguis quo aſperſus
eſt populus ⁊ tabernaculum: tamē etiā tabernaculū mū-
datū eſt ſanguine. Unde poteſt ſic conſtrui vſus eſt ſan-
guine etiā quando ſanctificauit tabernaculū. Sed cōtra
quia numeri et leuitici. 8. dicitur ꝙ vnxit tabernaculum
oleo. Reſpondeo dicendū eſt ꝙ non loquitur de illa ſan-
ctificatione qua primo conſecratū eſt tabernaculū ⁊ vaſa
eius. ſed de illa que fiebat in die expiationis. Uel meliꝰ
dicendū eſt ꝙ etiā in prima vſus eſt ſanguine. qꝛ ibi dicit'
ꝙ vnxit illud oleo et poſtea ꝙ aſperſit. Oleū autē nō eſt
aſperſiuū. vnde intelligitur ꝙ primo vnxit illđ et poſtea
aſperſit ſanguine. Et iſta duo ſunt neceſſaria ad ſanctifi-
cationē. ſcilicet virtus ſanguinis xp̄i ⁊ oleū miſericordie
quibus ſanctificatur tabernaculū. id eſt eccl'ia. ⁊ vaſa id
eſt miniſtri. ¶ Deinde cū dicit. Et omnia pene ⁊c. Exeq̄-
tur de ceteris mundationibus legalibus. Erat autē du-
plex mundatio. Una a corporali macula ſic̄ leproſi. Alia
a ſpirituali ſcȝ peccato. prima poterat ꝑtinere ad res ma-
nifeſtas ſicut patet de lepra domoꝝ. Et mūdatio ab iſta
immundicia fiebat cum ſanguine animalis immolati vl'
aqua expiationis que erat confecta cū ſanguīe vitule ru-
fe. Et ideo dicit Pene omnia. ⁊ nō omnia ſimplicit'. vel
pene omnia. ita ꝙ ly pene ſit determinatiuū de ly mun-
dantur. id eſt pene mundantur. quia non perfecte mun-
dabantur ſanguine. quia vt dicitur numeri. 31. Quicq̄d
poteſt ignē ſuſtinere purgatur per ignē. que vero nō po-
terant purgantur aqua expiationis. Sed ad mundatio-
nem a macula peccati neceſſaria eſt ſanguinis effuſio. qꝛ
requirebatur ad ſacrificiū. Et ideo dicit ꝙ ſine ſanguinis
effuſione non fit peccatorū remiſſio. Per quod figuraba-
tur ꝙ remiſſio peccati erat fienda per ſanguinē xp̄i. Un-
de in veteri lege non virtute ſacramenti ſed virtute fidei
xp̄i fiebat remiſſio peccatoꝝ. Unde frequent' ibi dicitur.
Rogabit pro eo ſacerdos ⁊ remittetur.

## Lectio quinta.

n Eceſſe eſt ergo exemplaria quidem
celeſtium hijs mundari: ipſa autem
celeſtia melioribus hoſtijs q̄ iſtis.
Nō eñ in mā̄ufacta ſancta ieſus introijt ex-
emplaria veroꝝ: ſed in ipſum celum. vt ap-
pareat nunc vultui dei pro nobis. Neqꝫ vt
ſepe offerat ſemetipſum: quemadmodū pō-
tifex intrat in ſancta per ſingulos annos in
ſanguine alieno. Alioquin oportebat eū fre-
quenter pati ab origine mundi. Nunc autē
ſemel in conſummatione ſeculoꝝ ad deſtitu-
tionē peccati per hoſtiam ſuā apparuit. Et
quemadmodū ſtatutū eſt hominibus ſemel
mori. poſt hoc autē iudiciū. ſic ⁊ chriſtus ſe-
mel oblatus eſt ad multorum exhaurienda
peccata. ſecūdo ſine peccato apparebit om-
nibus expectantibus ſe in ſalutē.

Supra oſtendit apoſtolus quid ſit cōmune nouo ⁊ vete-
ri teſtamento inq̄tuȝ vetus ⁊ nouū conueniunt: hic oſtē-
dit differētiā vtriuſqꝫ. et circa hoc duo facit. Primo eñ
oſtendit ꝙ in nouo eſt melior mundatio. Secundo ꝙ ꝑ-
fectior ibi Neqꝫ vt ſepe ⁊c. Iterū prima i duas. Primo
eñ oſtendit ꝙ quantū ad illud qđ mundat'. ⁊ quantū ad
id quo mundatio efficitur ſit melior mundatio in nouo.
Secundo manifeſtat quod dixit ibi. Non eñ in manufa-
ctis ⁊c. Dicit ergo Neceſſe eſt ergo exemplaria celeſtiuȝ
ſcilicet ipſum tabernaculū quod quo ad nos eſt exēplar:
licet ſimpliciter ſit exemplatū et figura illius. et ideo mi-
noris dignitatis: quia figuratū nobilius eſt q̄ figura ſic̄
corpus q̄ vmbra hijs ſcȝ ſacrificijs mundari. Ipſa auteȝ
celeſtia. ſcilicet nouū teſtamentuȝ melioribus hoſtijs q̄
iſtis. melioribus quideȝ quia illa mundabant ſanguine
animalium. ſed in nouo teſtamento fit mundatio ſangui-
ne chriſti. Semꝑ autē meliora melioribus mundant'. Il-
la autē erant figura celeſtiū. Si ergo illa mundabantur
ſanguine oportet illa celeſtia mundari meliori ſanguine
Sed contra in celo nulla eſt mundicia. Reſpondeo dicē-
dum eſt ꝙ celeſtia intelliguntur ſm glo. ea que pertinēt
ad ſtatum preſentis eccleſie que dicuntur celeſtia. Item
homines fideles gerunt ymaginē celeſtiū inquantū mē-
te conuerſantur in celis. Uel aliter ⁊ melius ꝙ per cele-
ſtia intelligatur celeſtis patria. Et loquitur hic apoſtolꝰ
eo modo quo in veteri teſtamento dicebatur emundari
tabernaculum: non ꝙ haberet in ſe aliquā īmunditiā: ſȝ
quia mundabantur quedā varietates quibus impedie-
bantur accedere ad ſanctuariū. Et dicuntur mundari ce-
leſtia inquantū per ſacramentū noue legis purgant' pec-
cata: que impediunt ab ingreſſu celeſtiū. Item dicit Ho-
ſtijs in plurali. Contra. quia tantū eſt vna hoſtia xp̄i. in-
fra. 10. Una eñ oblatione conſummauit ineternū ſancti-
ficatos. Reſpondeo licet ſit vna in ſe tamē pluribꝰ hoſti-
is veteris legis figurabatur. Ex hoc loco habet' ꝙ hoſtie
veteris legis erant bone. Melius eñ non dicitur niſi re

ſpectu boni.¶ Deinde cũ dicit Nõ em̃ in manufactiſ ⁊c.
Oſtendit ꝙ celeſtia mundantur melioꝛibꝰ hoſtijs. Põ-
tifex em̃ expiabat ſanctuariũ qḋ erat manufactũ. ſed xp̃s
intrauit nõ in mãufacta ſctã q̃ erãt q̃ ad nos exẽplaria ve
roꝝ ſed ĩ ipſũ celũ qḋ nõ ĩ ſe ſꝫ q̃ ad nos expiauit vt dcm̃
ẽ ſed nõ expiauit carnalibꝰ hoſtijs. quia chꝛiſtus nõ ve-
nit ad offerendũ talia. pſ̃. Holocauſtuꝫ ⁊ pꝛo peccato nõ
poſtulaſti. Itẽ holocauſtiſ nõ delectaberis. Itẽ ſupꝛa. 7.
Manifeſtũ ꝙ de tribu iuda oꝛtus eſt dñs: de qua nullus
pꝛeſto fuit altario: ſed introiuit in ip̃m celũ. Mat. vltimo
Dñs quidẽ ieſus aſſumptus eſt in celũ Act. 1. Hic ieſus
qui aſſumptus eſt a vobis in celũ. Sed quare? Ut appa-
reat pꝛo nobis vultui dei. Et loquiť apl's alludẽdo ritui
veteris legis ſm̃ quã pontifex qui intrabat ſãctaſancto-
rum: ſtabat coꝛã pꝛopiciatoꝛio vt oꝛaret pꝛo populo: ita ⁊
xp̃s intrauit celũ ſm̃ ꝙ homo: vt aſtaret deo ꝓ ſalute no
ſtra. ſed differenter: quia ſacerdos impediente fumo qui
aſcendebat de thuribulo nõ videbat ſanctaſanctoꝝ: nec
videbat aliquẽ vultum. ſed xp̃s apparet vultui dei nõ ꝙ
ſit ibi facies coꝛpoꝛalis: nec aliq̃ nebula ſed cognitio ma
nifeſta. Sed nũquid xp̃s exiſtens in terra nõ poterat ap-
parere vultui dei cũ deus omnia videat. Reſpondeo di
cendũ eſt ꝙ ſicut Auguſtinus loquens deo dicit: mecuꝫ
eras ⁊ tecũ non erã. quia ſcilicet deus eſt in omnibꝰ ꝑ eſ-
ſentiã pꝛeſentiã ⁊ potẽtiã. mali aũt nõ ſunt cũ deo ꝑ gra-
tiam. ita dicitur xp̃s introiſſe vt appareat vultui dei: q̇a
licet ſemꝑ videret euꝫ clara viſione: vt perfecte beatꝰ tm̃
ſtatus viatoꝛis inq̃tũ huiuſmodi non habet hoc: ſed tã-
tum ſtatus celeſtis. Et ideo qñ aſcendit perfecte beatꝰ in
coꝛpoꝛe ⁊ anima intrauit vt appareat vultui dei. id eſt in
trauit locũ vbi deus manifeſte videtur et hoc pꝛo nobis.
Ad hoc em̃ aſcendit vt pararet nobis viã Joh. 14. Ua-
do parare vobis locũ. Itẽ iterũ veniã ⁊ aſſumam vos ad
meipſum Mich. 2. Aſcendit pãdens iter ante eos. Coꝛ-
pus em̃ debet ſequi caput ſuũ. Mat. 24. Ubicunq; fue-
rit coꝛpus ibi congregabunť ⁊ aquile. ¶ Deinde cũ di-
cit. Neq; vt ſepe offerat ⁊c. Oſtendit ꝙ mundatio noui
teſtamenti eſt perfectioꝛ q̃ veteris. Hoc autem oſtendit
per duo. Pꝛimo per hoc ꝙ illa reiterabat quolibet anno
hec autẽ tm̃ ſemel. Itẽ q̃tum ad effectũ. qꝛ illa nõ pote-
rat aufferre peccata qḋ iſta poteſt Circa hoc ergo duo fa
cit. Pꝛimo em̃ oſtendit pꝛimũ. Secũdo ſecũdũ ibi. Um-
bꝛam habẽs lex ⁊c. Sciendũ eſt autẽ ꝙ apoſtolus ſupꝛa
dixerat tria de chꝛiſto. Pꝛimo ſcilicet ꝙ eſt põtifex. Se-
cundo que ſit dignitas loci quẽ intrauit. Tertio quomo
do intrauit. hic declarat quõ intrauit: quia ſicut pontifex
legalis ſemel in anno: ita chꝛiſtus ſemel tantũ ⁊ hoc erat
quartum. Unde circa hoc tria facit. Pꝛimo em̃ oſtendit
quid fiebat in veteri teſtamento. Secundo ꝙ eſſet incõ-
ueniens iſtud fieri in nouo teſtamento ibi. Alioquin ⁊c.
Tertio oñdit q̇d fiat in nouo teſtamẽto ibi Nunc autem
ſemel. In veteri enim teſtamento pontifex licet nõ intra-
ret niſi tm̃ ſemel in anno. tamẽ quolibet anno ex p̃cepto
legis opoꝛtebat ip̃m intrare cũ ſanguine alieno ſicut di-
citur Leui. 16. Xp̃s autẽ intrauit non in manufacta ⁊c.
nec vt ſepe offerat ſeip̃m quẽadmodũ põtifex intrabat in
ſancta per ſingulos annos cũ ſanguine alieno. ¶ Deinḋ
cum dicit. Alioquin opoꝛtebat ⁊c. Pꝛobat ꝙ eſſet incõ-
ueniens iſtud fieri in nouo teſtamẽto'. qꝛ ſequereť maxi-
mum incõueniens. quia cũ xp̃s intraret per pꝛopꝛiũ ſan-
guinem: ſequeretur ꝙ opoꝛtuiſſet eum frequenter pati
ab oꝛigine mundi. Non ſic autẽ eſt de veteri hoſtia. quia
illa offerabatur pꝛo peccatis filioꝛũ iſrł'. Ille autẽ populꝰ
incepit ſpiritualiter quando data fuit lex. ⁊ ideo nõ opoꝛ
tet eam offerri ab oꝛigine mundi. Chꝛiſtus autẽ ſeipſum
obtulit pꝛo peccatis totius mundi. quia ipſe pꝛopiciatio
noſtra factus eſt pꝛo peccatis noſtris et totius mundi. 1.
Joh. 2. ⁊ ſic ſi ſepe offerreť opoꝛtuiſſet ipſum naſci ⁊ pati
ab oꝛigine mundi. quod fuiſſet maximũ incõueniẽs. Sꝫ
contra Apo. 13. Agnus qui occiſus eſt ab oꝛigine mun-
di. Reſpondeo verũ eſt. occiſus. id eſt pꝛefiguratꝰ ab oꝛi
gine mundi occidi ſicut in occiſione abel. ¶ Deinde cuꝫ
dicit. Nunc autẽ ⁊c. Oſtendit quid fiat in nouo. ⁊ circa
hoc facit duo. Pꝛimo quare non iteratur hoſtia in nouo
teſtamento dat duas cauſas. Secundo explicat eas ibi.
Et quemadmodũ ⁊c. Dicit ergo Nunc ergo chꝛiſtus ſe-
mel apparuit in conſummatiõe ſeculoꝝ. 1. coꝝ. 10. Nos
ſumus in quos fines ſeculoꝝ deuenerũt. Et hoc dicit ꝓ-
pter numerũ annoꝝ. quia iam ſunt plus q̃ mille anni ex-
quo hoc dixit. Etates eniꝫ mundi accipiunť ſcḋm etates
hominis que pꝛincipaliter diſtinguunť ſcḋm ſtatũ ꝓfici
endi non ſm̃ numerũ annoꝝ. Ita pꝛima etas fuit ante di
luuium in qua nec lex ſcripta: nec punitio ſicut ĩ infantia
Alia a noe vſq; ad abꝛaã. et ſic de alijs. ita ꝙ vltĩa etas
eſt ſtatus pꝛeſens poſt quẽ non eſt alius ſtatus: ſicut nec
poſt ſenium. Sicut autẽ in alijs etatibus eſt numerꝰ an-
noꝛũ determinatus: non autẽ in ſenio: quia ſeniũ incipit
a 60. anno et aliqui viuunt per cẽtũ et. 20. annos. ita nõ
eſt determinatũ quantũ iſte ſtatus mundi debeat durare
tamen eſt conſummatio ſeculoꝛũ. quia non reſtat aliꝰ ad
ſalutẽ. In iſto autẽ xp̃s ſemel apparuit cuius põit duas
rationes quare ſcꝫ ſemel tm̃ offerebatur. Pꝛima eſt. qꝛ in
veteri teſtamento non aufferebantur peccata quod fit ꝑ
hoſtiam xp̃i. Alia eſt. quia ſacerdos legalis non offere-
bat pꝛopꝛium ſanguinẽ ſicut xp̃s. Unde dicit ꝙ apparu-
it ad deſtitutionẽ peccati per hoſtiã ſuam. ſcꝫ ſuiipſius ⁊
ideo illa reiteratur non autẽ iſta. 1. Pe. 3. Xp̃s ſemel ꝓ
peccatis noſtris moꝛtuus eſt. ¶ Deinde cũ dicit Et quẽ-
admodum ⁊c. Explicat iſtas rationes. ⁊ pꝛimo ſecũdam
Secundo pꝛimã ibi Umbꝛã habens lex ⁊c. Secundam
explicat per ſimilitudinem alioꝝ hominum. Unde circa
hoc facit duo. Pꝛimo em̃ oſtendit quid accidit alijs ho-
minibus. Secundo oſtẽdit q̇d accidit xp̃o ibi. Sic ⁊ xp̃s
ſemel ⁊c. In quolibet em̃ homine duo inuenimus. ſcili-
cet neceſſitatẽ moꝛiendi. Itẽ ꝙ reſurgat non vt emunde
tur: ſed vt iudicetur de factis eius. Pꝛimũ tangit cũ di-
cit: Et quemadmodũ ſtatutũ eſt ⁊c. Sed contra videtur
ꝙ hoc non ſit ſtatutũ: ſed magis homo peccando hoc fe-
cerit. quia Sap̃. 1. dicitur ꝙ deus moꝛtẽ non fecit: nec le
tatur in perditione viuoꝝ. Et paulo poſt. Impij autem
manibus et verbis accerſierunt ſibi illã. Reſpondeo di-
cendum eſt ꝙ in moꝛte tria ſunt conſiderãda. ſciliceꝫ cau-
ſa naturalis. et quantũ ad hoc ex conditione nature ſtatu
tum eſt hominẽ ſemel moꝛi inq̃tum componitur ex con-
trarijs. Secundo donum inditũ et quantũ ad hoc in cõ-
ditioneꝫ datũ eſt homini beneficium oꝛiginalis iuſtitie ꝑ
quã anima continebat coꝛpus vt poſſet nõ moꝛi. Tertio
meritũ moꝛtis. et ſic homo peccando meruit illud bene-
ficiũ amittere ⁊ ſic moꝛtem incurrit. Unde dicit ꝙ impij
manibus ſcꝫ pomũ vetitũ cõtrectãdo accerſierũt moꝛtem
Homo ḡ demerẽdo cauſa eſt moꝛtiſ: ſꝫ deꝰ vt iudex. Sti-
pẽdia em̃ peccati moꝛs Ro. 6. Semel'. Qḋ q̇dẽ verũ'ẽ
de cõi conſuetudie: licet aliqui fuerint reſuſcitati ſicut la
zarus et filius vidue q̃ poſtea moꝛtui ſunt. Quantũ autẽ
ad ſecundũ dicit Poſt hoc autẽ iudiciũ. qꝛ poſtq̃ reſur-
get nõ iteꝝ moꝛieť ſꝫ ſtatim iudiciũ ſequeť. Omes enim
manifeſtari opoꝛtet añ tribunal xp̃i vt referat vnuſq̇ſq; ꝓ
pꝛia coꝛpoꝛis ꝓut geſſit. vt diciť. 2. coꝝ. 5. ¶ Deinde cũ
dicit. Sic ⁊ xp̃s ⁊c. Oñdit quõ hec ꝯueniũt xp̃o. Et q̃-
tũ ad p̃mũ dicit. ꝙ ſic xp̃s ſemel oblatꝰ eſt. Et in hoc ꝯue
nit cũ alijs. Sꝫ differt in duobꝰ. p̃mo qꝛ cuꝫ xp̃s non de-
ſcẽderit ab adã ꝑ rationẽ ſeminalẽ: ſꝫ q̃tũ ad coꝛpulentã

ſubſtātiā non contraxit peccatū originale. et ideo nō fu=
it debitor illius ſtatuti Gen. 2. In quacunq; die comede
ris ex eo morte morieris. Sed ꝓpria volūtate mortē aſ=
ſumpſit. Joh. 10. Nemo tollit a me animā meā ⁊c. Ideo
dicit ꝙ oblatus eſt Eſa. 53. Oblatus eſt quia ipſe voluit
Et 1. Pe. 3. Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortu=
us eſt. Secundo differt quia mors nr̄a eſt effectus pec=
cati Ro. 6. Stipendia peccati mors eſt. Sed mors xp̄i
eſt deſtructiua peccati. Ideo dicit Ad multoꝝ exhauriē=
da peccata. id eſt remouēda. Nec dicit omniuꝫ. qꝛ mors
xp̄i ⁊ ſi ſit ſufficiēs ꝓ omnib⁹ non tn̄ habet efficaciā niſi
ꝙtū ad ſaluandos. Nō enī oēs ſubijciūtur ei per fidē et
bona opera. ¶ Quantū ad ſecundū dicit. Secūdo autē
ſine peccato ⁊c. De ſecundo aduentu dicit duo. Primo
ponit differentiā eius ad primū. qꝛ ſecūdus erit ſine pec=
cato. in primo enī ⁊ ſi peccatū nō habuerit tamē venit in
ſimilitudinem carnis peccati Ro. 8. Item in primo fa=
ctus eſt hoſtia pro peccato. 2. coꝝ. 5. Eum qui peccatuꝫ
non nouerat pro nobis peccatum fecit. In ſecundo vero
iſta non erunt. ideo dicit ꝙ apparebit ſine peccato. Se=
cundo ponit illud quod eſt propriū ſecundo aduētui. qꝛ
non apparebit vt iudicetur ſed vt iudicet remunerās ꝓ
meritis. Unde dicit ꝙ apparebit Et quidē licet omnib⁹
etiā his qui eū pupugerunt ſcd̄m carnē. tn̄ ſm diuinita=
tem ſolū electis expectantibus eū ꝑ fidē in ſalutē eorum
Eſa. 30. Beati omnes qui expectant eum. Phil. 3. Sal
uatorē expectamus dominū ieſum xp̄m q̄ reformabit cor
pus humilitatis noſtre: cōfiguratū corpori claritatis ſue

## Capitulū decimū.

Vmbrā enī habens lex futuroruꝫ
bonorū non ipſam ymaginē rerū
per ſinglos annos eiſdē ipſis ho
ſtijs quas offerūt indeſinēter nū=
ꝙ poteſt accedentes perfectos facere. Alio
quin ceſſaſſent offerri: ideo ꝙ nullā haberēt
vltra conſcientiā peccati cultores ſemel mū
dati: ſed in ipſis cōmemoratio peccatorum
per ſingulos annos fit. Impoſſibile enī eſt
ſanguinē thauroꝝ ⁊ hyrcoꝝ auferre peccata
Ideo ingrediens mundū dicit. Hoſtiā ⁊ ob
lationē noluiſti: corpus autē aptaſti mihi.
Holocauſtomata ⁊ pro peccato nō tibi pla=
cuerunt. Tunc dixi. Ecce venio. In capite
tulum qꝛ tribulationes nō ſunt multū magne duratione
qꝛ ſi multū premunt interimunt: ſi vero parum premunt
non cito finiuntur. 2. Coꝛ. 4. Id enim qđ in preſenti eſt
tribulationis momentaneū ⁊ leue ſupra modū operatur
in nobis eternum glorie pondus. Ueniet ergo cito ſiue
in morte ſiue in iudicio. Jac. 5. Ecce iudex ante ianuam
aſſiſtit. ¶ Qui ſint autem remunerandi oſtendit cū ſub-
dit. Juſtus autem meus ex fide viuit. Hec eadē auctori
tas habetur Ro. pͥmo. ⁊ Gal. 3. ſolis auteꝫ iuſtis debet
remuneratio. ꝑs. Salus autē iuſtoruꝫ a domino. Eſt au
tem duplex iuſticia. Una quo ad humanū iudiciū. Ro.
10. Ignorantes dei iuſticiam ⁊ ſuam querentes ſtatuere
Alia quo ad diuinū. Luc. pͥmo. Erant autem iuſti ante
deum. Iſtam autē iuſticiam requirit deus. Et ideo dicit
Juſtus meus id ē iuſticia que ad me ordinatur id eſt qui
eſt mihi iuſtus ⁊ propter me. Illud autem per quod ho-
mo iuſtificatur ē fides. Roma. 3. Juſticia dei eſt ꝑ fidem
ieſu chriſti. Cuius ratio eſt: quia per hoc ē homo iuſtus
ꝙ ordinatur ad deum: illud autem per qđ primo ordina
tur in deum eſt fides. Et ideo dicit. Juſtus meus ex fide
infra. 11. Accedentē ad deum oportet credere. Nec ſoluꝫ
per fidem iuſticia ſed etiam per fidem iuſtificatus viuit.
Sicut eñ per animam viuit corpus: ita anima per deū.
Unde ſicut per illud per qđ primo vnitur anima corpo-
ri viuit corpus: ita per id per qđ primo vnitur deus ani-
me viuit anima: hoc autem eſt finis qꝛ fides ē primuꝫ in
vita ſpūali. Eſa. 7. Si nō credideritis nō permanebitis
ſicut domus nō permanet deſtructo fundamēto. Gal. 2.
Q aūt nunc viuo in carne ī fide viuo filij dei. Fides au
tem ſi non eſt formata charitate mortua eſt. Et ideo non
viuificat animaꝫ ſine charitate. Gal. 5. Fides que ꝑ cha
ritatem operatur. pͥme Joh. 3. Nos ſcimus quia tranſ-
lati ſumus de morte ad vitam: quoniam diligimus. Uel
iuſtus meus ex fide viuit id eſt apud me reputatur ⁊ ha-
bet vitam glorie ſine actuali paſſione ſi non datur opor-
tunitas patiendi. ¶ Deinde cum dicit. Q ſi ſubtraxerit
ſe ⁊c. oſtendit periculum imminens nō permanenti in iu
ſtia fidei. Quia enim in poteſtate habentis fidem, ē ipaꝫ
perdere vel ſeruare. ideo dicit. Si ſubtraxerit ſe ſcꝫ a fi-
de ⁊ a iuſticia nō placebit anime mee. Littera noſtra ha
bet. Non erit recta anima eius. Et eſt idem ſenſus. Di-
cit Hieronymus ꝙ vbicunqꝫ aliter ſcriptū eſt in hebreo
ꝗ in ſeptuaginta apoſtolus vtitur ſicut didicit a gama-
liele ad cuius pedes didicit legem. Non placebit ergo
anime mee id eſt voluntati mee. Uoluntas enim dei de-
bet eſſe regula actionum noſtrarum. Qui ergo nō con-
cordat voluntati dei non eſt recta anima eius. ¶ Deinđ
cum dicit. Nos autem non ſumus ⁊c. adaptat ad propo-
ſitum. Quaſi dicat. Sic erit his qui ſe fidei ſubtrahunt
Sꝫ nos non ſumus filij ſubtractionis in perditionem.
Ille dicitur filius alicuius qđ in ipſo dominatur. Et ſic
dicitur aliquis filius mortis ſcilicet in quo dominatur il
lud per quod a deo reprobatur. Canonica iude. Hi ſunt
qui ſegregant ſemetipſos animales ſpiritum non haben
tes. In perditione ſcilicet anime. ꝑs. Perdidiſti omnes
qui fornicantur abs te. ꝑs. Et iter impioruꝫ peribit. Sꝫ
filij dei. i. renati in chriſto per fidem in acquiſitionem. i.
in ſalutem anime. Qui enim mandata dei cuſtodit: ſal-
uat animam ſuam. Mat. 19. Si vis ad vitaꝫ ingredi ſer
ua mandata. pͥme Theſ. 5. Nō ſumus filij noctis neqꝫ
tenebrarū. Ergo non deficiamus a fide.

## Capitulum vndecimum.

e **Est autem fides ſperandarū ſubſtantia rerum argumentum non apparentium.**

Supra apoſtolus multipliciter oſ̄dit excellentiā chriſti preferens ip̄m angelis moyſi ⁊ aaron ⁊ monuit cōiungi ip̄i xp̄o que cōiunctio qꝛ p̄cipue ⁊ inchoatiue fit ꝑ fidē. Ephe.3. Habitare xp̄m per fidem in cordibus vr̄is. Jō apl's ꝓcedit ad cōmendationem fidei. Et circa hoc facit tria. Primo enim deſcribit fidem. Secundo ponit exēpla diuerſa de ip̄a ibi. Jn hoc enim. Tertio hortatur ad ea que ſunt fidei.12.ca.ibi. Jdeoq̄ vos tantā ⁊c. Diffinitionē fidei ponit cōplete quidem ſed obſcure. Vñ ſciēdū ē ꝙ volens perfecte diffinire virtutē aliquam oportet ꝙ tangat materiam eiꝰ ꝓpriā circa quam ē ⁊ finem eius qꝛ habitus cognoſcitur ꝑ actū ⁊ actus per obiectum. Et iō oportet tangere actū ⁊ ordinem ad obiectū ⁊ finē. Sicut volens diffinire fortitudinem oportet tangere ꝓpriā eiꝰ materiā circa quā ē ſcȝ timores ⁊ audatias ⁊ finē ſcȝ bonum reipublice vt dicatur ꝙ fortitudo eſt virtus moderatiua illoꝝ propter bonū reipublice. Cum autem fides virtus theologica habeat idē pro obiecto ⁊ fine ſcȝ deū Primo ergo ponit ordinē ⁊ finem. Secundo materiam ꝓpriam ibi. Argumentū nō apparentiū. ¶ Sciendū vero ē ꝙ actus fidei ē credere qui ē actus intellectus determinati ad vnum ex imperio voluntatis. Vnde credere ē cum aſſenſu aliquid cogitare: vt dicit Augꝰ. in libro de p̄deſtinatione ſanctorum. Et ideo obiectum fidei ⁊ finis voluntatis oportet ſibi correſpondere. Veritas aūt p̄ma ē obiectum fidei: in qua quidem conſiſtit finis volūtatis: ſcȝ beatitudo que differenter ē in via ⁊ in patria: quia in via veritas prima nō eſt habita: ⁊ per cōſequēs nec viſa quia in his q̄ ſunt ſupra aīam: idē ē videre ⁊ habere: vt dicit Augꝰ.83.q. ſed tm̄ eſt ſperata. Ro.8. Qđ eñ non videmus ſperamꝰ. Qđ eñ videt quis quid ſperat. Ergo veritas prima nō viſa ſed ſperata ē finis voluntatis ī via: ⁊ per conſequēs obiectū fidei quia idem ē ſibi pro fine ⁊ obiecto. Finis aūt vltimus ſimpliciter ip̄ius fidei ī patria quem intendimꝰ ex fide ē beatitudo que in aperta viſione dei conſiſtit. Jo.17. Hec ē vita eterna vt cognoſcant te ſolum verū deum ⁊c. Et.20. Beati qui nō viderunt ⁊ crediderunt. Huiꝰ aūt ē ſpes fideliū. p̄me Pet.1. Regenerauit nos in ſpem viuam. Finis ergo fidei ī via ē aſſecutio rei ſperate ſcȝ beatitudinis eterne. Et iō dicit Sperandaꝝ rerum. ¶ Sed queritur hic quare cū fides ſit prior q̄ ſpes diffinit per ip̄am: qꝛ poſterius dȝ diffiniri per prius ⁊ nō econuerſo. Reſpondeo dicendū ē ꝙ ex iam dictis patet ſolutio: quia dictū ē ꝙ idem ē obiectū ⁊ finis fidei. Cum ergo aſſecutio rei ſperate ſit finis eius oportet ꝙ etiam ſit obiectum ip̄ius. Dicebatur autē ſupra ꝙ omnis habitus debet diffiniri per ordinem actus ad obiectum. Veꝝ aūt ⁊ bonū ⁊ ſi in ſe cōſiderata cōuertanť quantum ad ſuppoſita: tamē inq̄tū differunt rōne diuerſo ordinē ſe habent ad inuicem qꝛ ⁊ verū ē qđdam bonum: ⁊ bonū ē quoddā verū. Et ſimiliter intellectus ⁊ voluntas que diſtīguūtur penes diſtinctionē veri ⁊ boni habent inter ſe diuerſum ordinē. Jnquantū eñ intellectus apprehendit veritatem ⁊ quicquid in ip̄a continetꝛ ſic verū eſt quoddā bonū: ⁊ ſic eſt bonum ſub vero. Sed inquantū voluntas mouet ſic verum ē ſub bono. Jn ordine ergo cognoſcendi intellectus ē prior: ſed in ordine mouendi voluntas ē prior. Quia ergo intellectus mouetur ad actū fidei ex imperio voluntatis vt dictum ē in ordine mouendi voluntas ē prior. Jdeo nō diffinitꝛ priꝰ per poſterius. qꝛ vt dictū ē in diffinitiōe fidei oportet ponere ordinē actus ad obiectum qđ idē ē qđ finis. Finis autem ⁊ bonum idem ſunt: vt habetur.2. Phyſicorum Jn ordine autem ad bonum voluntas cuius ē ſpes ſicut ſubiecti ē prior. ¶ Quare autem nō dicit: diligendarū. Rō ē qꝛ charitas ē p̄ſentiū ⁊ abſentiū. Quia ergo finis nō habitus ē obiectum fidei: ideo dicit Sperandaꝝ reꝝ Nec obſtat ꝙ res ſperanda ē obiectum ſpei. Quia oportet ꝙ fides ſicut ad finem ordinetur ad obiectū illarū virtutum quibꝰ ꝑficitꝛ voluntas cum fides ꝑtineat ad intellectum ſm̄ ꝙ imperatur a voluntate. ¶ Sed cum fides ſit vna quia ab vnitate obiecti dicitur habitꝰ vnus quare non dicitur rei ſperande ſed rerum ſperandarum. Reſpondeo dicendum eſt ꝙ beatitudo que in ſe eſſentialitꝛ ē vna quia conſiſtit in dei viſione que in ſe eſt vna ē principium ⁊ radix ex qua multa bona deriuantur q̄ ſub ip̄a continentur ſicut dotes corporis: ſocietas ſanctorum: et multa alia. Vt ergo oſtendat oīa iſta pertinere ad fidem loquitꝛ in plurali. ¶ Jllud aūt quod dicitur ſubſtātia poteſt multipliciter exponi. Vno mō cauſaliter. ⁊ tunc habet duplicē ſenſum. Vnū qđ ē ſubſtantia. id eſt faciens in nobis ſubſtare res ſperandas: qđ facit duobus modis Vno modo quaſi merendo. Ex hoc eñ ꝙ captiuat ⁊ ſubmittit intellectū ſuum his que ſunt fidei meretꝛ ꝙ aliquādo ꝑueniat ad videndum hoc qđ ſperat. Viſio enim eſt merces fidei. Alio modo quaſi ꝑ ſuam ꝓprietatem preſentialiter facit ꝙ id qđ creditur futurū in re aliquo modo iam habeatur dūmodo credit in deum. Alio mō exponi poteſt ſubſtantia eſſentialiter quaſi fides ſit ſubſtātia id eſt eſſentia rerum ſperandarum. Vnde in greco habetur ypoſtaſis rerum ſperandarū. Eſſentia eñ beatitudinis nihil aliud ē q̄ viſio dei. Joh.17. Hec ē vita eterna vt cognoſcant te ſolum verum deū ⁊c. Vnde primo de trinita.cap̄.10. dicit Auguſtinꝰ. Hec contemplatio promittitur nobis actionū omniū finis ⁊c. Jp̄a ergo plena viſio dei eſt eſſentia beatitudinis. Hoc autem videmus in ſcientijs liberalibus ꝙ ſi quis aliquā velit addiſcere oportet eum primo accipere principia ip̄ius que oportet credere cum ſibi traduntur a magiſtro. Oportet eñ credere eū qui diſcit: vt habetur p̄mo prioꝝ. Et in illis p̄ncipijs quodamodo cōtinetꝛ tota ſcīa ſicut cōcluſiones in p̄ncipijs ⁊ effectꝰ in cā. Qui ergo habet p̄ncipia illius ſcīe habet ſubſtantiā eius puta geometrie. Et ſi geometria eſſet eſſentia beatitudinis qui haberet principia geometrie haberet quodāmodo ſubſtantiam beatitudinis. Fides aūt noſtra eſt vt credamꝰ ꝙ beati videbunt ⁊ fruentur deo. Et ideo ſi volumus ad hoc peruenire oportet vt credamus p̄ncipia iſtius cognitiōis. Et hec ſunt articuli fidei qui continent totam ſummam huius ſcientie: quia beatos nos faciet viſio dei trini ⁊ vnius. Et hic eſt vnus articulus. Vnde hoc credimus ⁊ ideo dicit. Subſtantia rerum ſperandarum. p̄me Coꝝ.13. Videmꝰ nūc per ſpeculum ⁊ in enigmate: tunc autem facie ad faciem Quaſi dicat. Tunc erimus beati quando videbimꝰ facie ad faciem illud qđ nunc videmus in ſpeculo ⁊ in enigmate. Jn his ergo verbis oſtēditꝛ ordo actus fidei ad finem. quia fides ordinatur ad res ſperādas quaſi quoddam inchoatiuum in quo totum quaſi eſſentialiter continetur ſicut concluſiones in principijs. ¶ Conſequenter cum dicit. Argumentum non apparentium. tangit actū fidei circa propriam eius materiam. Actus autem proprius fidei ⁊ ſi ſit in ordine ad voluntatem vt dictum eſt tamen eſt in intellectu ſicut in ſubiecto quia obiectū eius eſt verum quod proprie pertinet ad intellectum. Jn actibus autem intellectus differentia eſt. Quidam enī ſunt habitus intellectus qui important oīmodā certitudinē

ad cēpletā viſionē ei⁹ qđ intelligiꝭ ſicut patet de intellectu q̇ eſt habitus primoꝝ ṗncipioꝝ: qꝛ q̄ intelligit ꝙ om̄e totum eſt maius ſua parte: videt hoc ⁊ eſt certus. Hoc etiam facit habitus ſcientie ⁊ ſic intellectus ⁊ ſcientia faciunt certitudinē ⁊ viſionē. Quedā vero alia ſunt q̄ neutrum faciūt ſcꝫ dubitatio ⁊ opinio. Fides vero tenet medium inter iſta quia dictuꝫ eſt ꝙ fides facit aſſenſum intellect quod poteſt eſſe dupliciter. Uno modo qꝛ intellectus moueꝭ ad aſſentiendū ex euidentia obiecti qđ eſt ꝑ ſe cognoſcibile. ſicut in habitu ṗncipioꝛuꝫ vel cognitū ꝑ aliud quod eſt ꝑ ſe cognoſcibile. ſicut patet in ſcientia aſtronomie. Alio modo aſſentit alicui non ꝓpter euidētiam obiecti a quo non moueꝭ ſufficienter. Unde non eſt certus. ſed vel dubitat qn̄ nō plus habet racionē ad vnā partem q̄ ad aliam. Uel opinaꝭ ſi habet quidē rationeꝫ ad vnam partem non oīno quietantē ipſum: ſed cum formidine ad oppoſitum. Fides autē neutrū hoꝝ dicit ſimpliciter: qꝛ nec cum ṗmis eſt ſibi euidens nec cum duob⁹ vltimis dubitat. ſed determinaꝭ ad alterā ꝑtem cū quadam certitudine ⁊ firma adheſione ꝑ quandā electioneꝫ voluntariam. Hanc autē electionē facit diuina auctoritas ꝑ quā electionē determinaꝭ intellect⁹ vt firmiter inhereat his que ſunt fidei ⁊ eis certiſſime aſſentiat. Et iđ credere eſt cum aſſenſu cognoſcere. Propria ergo materia habitus fidei ſunt non apparentia. Apparentia em̄ agnitionem habent. non autē fidem vt dicit gregori⁹. Actus autē fidei eſt certa adheſio quā vocat ap̄lus argumētuꝫ accipiens cauſam ꝓ effectu: qꝛ argumentū facit fidem de re dubia. Eſt em̄ argumentū ratio rei dubie faciens fidem. vt dicit boetius. Uel ſi ſequamur expoſitionē nominis qua dicꝭ argumentū quaſi arguens mentē: et tunc accipit effectum ꝓ cauſa: qꝛ ex certitudine rei ꝓuenit ꝙ mens cogaꝭ ad aſſentiendū. Unde argumentū dicꝭ non apparentiū id eſt certa apprehenſio eoꝛū que non videt. Et ſi quis velit verba iſta ad debitam formā reducere poſſet dicere ꝙ fides eſt habitus mētis qua inchoatur vita eterna in nobis faciēs intellectū aſſentire nō apparentib⁹. Ubi em̄ nos argumentū habem⁹ habet alia l̄ra conuictio: qꝛ ꝑ auctoritatē diuinam conuinciꝭ intellectus ad aſſentiendū his q̄ non videt. Patet ergo ꝙ apoſtolus complete diffinit fidem licet obſcure. Per iſtam em̄ diffinitionem diſtinguiꝭ fides ab opinione: dubitatione: ⁊ ſuſpitione. qꝛ ꝑ iſta non habeꝭ firma adheſio intellectus ad aliquid. Per hoc autē qđ dicꝭ nō apparentiū diſtinguiꝭ ab habitu ṗncipioꝝ ⁊ ſcientia. Et per hoc qđ dicꝭ rerum ſperandaꝝ diſtinguiꝭ a fide cōmuniter ſumpta que non oꝛdinaꝭ ad beatitudinē. Nam ꝑ ꝓpriā diffinitioneꝫ vndecūqꝫ innoteſcit ⁊ diſtinguiꝭ a quolibꝫ alio ſicut eſt hic. Unde ⁊ ad iſtam om̄es alie reducunꝭ. ❡ Sꝫ videꝭ ꝙ male dicat non apparentiū. qꝛ vt habeꝭ Jo. 20. Thomas vidit ⁊ credidit. Item credimus eſſe deū vnū quod tamē demōſtraꝭ a ꝓphetis. Reſpondeo. dicendū eſt ꝙ fides dupliciter accipiꝭ. Uno modo ꝓprie. ⁊ ſic eſt non viſoꝛū ⁊ non ſcitoꝝ vt patet ex predictis. Et propterea non poteſt maioꝛ certitudo haberi de concluſione q̄ de ṗncipio a quo eliciꝭ. quia ſemꝑ ṗncipia ſunt notioꝛa concluſionibus. Et ideo cum ṗncipia fidei non habeāt euidentiam: nec ꝑ conſequēs concluſiones. Et ideo intellectus non aſſentit concluſionibus tanq̄ ſcitis nec viſis. Alio modo cōmuniter: ⁊ ſic excludit oēm certam cōcluſionem. Et ſic loquiꝭ auguſtinus in queſtionib⁹ euangelij ꝙ fides eſt de quibuſdā que videnꝭ. Apoſtol⁹ autē loquiꝭ de ṗma. Et qđ dicꝭ de Thoma dicendū eſt ꝙ ſicut dicit gregoꝛius. Aliud vidit aliud credidit: qꝛ vidit humanitatē ⁊ credidit diuinitatē. ❡ Ad iſtud de demōſtratione dicendū eſt ꝙ nihil ꝓhibet aliquid eſſe viſum vni qđ eſt creditum alteri ſicut patet in diuerſis ſtatib⁹. Quod em̄ non eſt viſuꝫ in via videꝭ in patria. Unde qđ ego credo angelus videt. Similiter qđ eſt viſuꝫ a ꝓphetis vt ꝙ deus eſt vnus incoꝛpoꝛeus hoc eſt creditum ab ydeotis ſicut ydeota credit eclypſim quā aſtrologus videt. Et de talibus eſt fides ſm quid tantū. Quedā autē ſunt que ſimpliciter excedunt ſtatum preſentis vie. Et de talibus eſt fides ſimpliciter.

## Lectio ſecunda

In hac enim teſtimoniū conſecuti ſunt ſenes. Fide intelligim⁹ aptata eſſe ſecula verbo dei vt ex inuiſibilibus viſibilia fierent. Fide plurimā hoſtiam abel q̄ cayn obtulit deo: per quaꝫ teſtimonium conſecutus eſt eſſe iuſtus: teſtimonium perhibente muneribus eius deo. et per illam defunctus adhuc loquiꝭ. Fide enoch tranſlatus eſt ne videret moꝛtem: et non inueniebaꝭ: quia tranſtulit illum dominus: Ante tranſlationem em̄ teſtimoniū habuit placuiſſe deo. Sine fide autē impoſſibile eſt placere deo. Credere enim opoꝛtet accedentem ad deum quia eſt: ⁊ inquirentibus ſe remuneratoꝛ ſit. Fide: noe reſpōſo accepto de his que adhuc nō videbanꝭ metuens aptauit archam in ſalutē domus ſue ꝑ quā damnauit mundum: ⁊ iuſticie que ꝑ fidem eſt heres eſt inſtitutus.

Supꝛa poſuit deſcriptionē fidei: hic oſtendit eam ꝑ exempluꝫ. Et circa hoc facit duo. Primo em̄ in generali manifeſtat ꝓpoſitum ſuū. Secundo in ſpeciali ibi. Fide intelligimus ⁊c. Quantū ad primuꝫ ſic continuaꝭ. Sic ergo deſcribo ⁊ cōmendo fidem. nec hoc eſt de nouo. in hac em̄ ſcꝫ fide ſenes id eſt ſancti patres crediderunt: et ꝑ fidem inſtituti ſunt Gen̄. 15. Credidit abraam deo ⁊ reputatum eſt illi ad iuſticiam. pſ. Credidi ꝓpter quod locutus ſum. Inter omnes autē patres veteris teſtamenti illi duo ſpecialiter ſcꝫ dauid et abraam habent teſtimoniū fidei. ❡ Fide intelligim⁹ ⁊c. in ſpeciali declarat ꝓpoſitum per exempla antiquoꝛum. Et ṗmo q̄tum ad id qđ crediderunt et docuerunt. Secundo quantū ad id quod fecerunt ibi. Fide abel ⁊c. Tertio quantū ad id qđ paſſi ſunt ibi. Alii autē diſtenti ſunt ⁊c. Doctrina autē in veteri teſtamento duplex fuit. Una aperte poſita. Alia vero ſub velamine figurarum et myſterioꝛum velata fuit. Prima de vnitate dei ⁊ creatione mundi. Secunda de myſterio incarnationis et reparationis. Unde ſicut ipſi in memoꝛiam creationis colebant ſabbata: ita nos in memoꝛiam reſurrectionis ſeruamus dominicam. Quantum ergo ad doctrinam de mundi creatione dicit. Fide intelligimus ⁊c. Quod poteſt dupliciter legi. Uno mō ꝙ verbo dei ſit ablatiui caſus. Et eſt ſenſus. Nos ſicut antiqui fide id eſt per doctrinaꝫ fidei ſcꝫ veteris teſtamēti Gen̄. 1. Dixit deus fiat ⁊c. pſ. Ipſe dixit ⁊ facta ſunt. Secula eſſe aptata id eſt diſpoſita verbo dei id eſt ꝑ imperium dei. Hoc autē pertinet ad fidem ꝙ ſcꝫ hoc intelligamus. quia cum fides ſit de inuiſibilibus ſecula facta ſunt de inuiſibilibus ſcilꝫ de materia ṗma que in nuda ⁊ priuata omni foꝛma inuiſibilis eſt ⁊ om̄i ſpecie ⁊ diſpoſitione carens. Ideo dicit. Ut ex inuiſibilibus viſibilia

fierent. Sed hoc eſt ſatis ruditer dictum licet ſit verum ¶ Secundo modo ꝙ verbo ſit datiui caſus. Et tunc eſt ſenſus. Intelligimus ꝑ fideꝫ vt prius ſecula eſſent aptata id eſt conuenientia ⁊ correſpondentia verbo vt ex inuiſibilibus ⁊c. Propter quod ſciendum eſt ꝙ verbū dei eſt ipſe conceptus dei quo ſeipſum ⁊ alia intelligit. Deꝰ autē comparaꝛ ad creaturam ſicut opifex ad opus ſuuꝫ. Hoc autē videmus ꝙ artifex illud quod producit extra producit in ſimilitudinem conceptus ſui. Unde facit domum in materia ad ſimilitudinem domus quam in mēte ſua formauit. ꝙ ſi domus extra conueniat domui preconcepte eſt opus debito modo ordinatum. ſi non: non. Quia vero tota creatura optime diſpoſita eſt vtpote ꝓducta ab artifice in quo non poteſt cadere error vel aliqͣs defectus. ideo pleniſſime ſm modum ſuum conuenit diuino conceptui. Unde boetius de cōſolatione. Pulcruꝫ pulcerrimus ipſe mundum mente gerens ſimiliqꝫ imagine formans. Ideo dicit. Intelligimus fide ſecula id ē totam vniuerſitatem creature aptata id eſt cōuenienter reſpondentia verbo id ē conceptui dei ſicut artificiatū artiſue. Ecc̄. i. Effudit illam: ſcꝫ ſapientiam ſuam ſuper omnia opera ſua. ¶ Sequiꝛ. Ut ex inuiſibilibus ⁊c. Sed qꝛ apud antiquos cōmunis animi conceptus erat ꝙ ex nihilo nihil fit. ii. phiſicorū. ideo quando videbant aliquod nouum opus dicebāt ꝙ eſſet factum ex aliquibus inuiſibilibꝰ. Unde vel ponebāt quodlibet eſſe in quolibet. ſicut empedocles ⁊ anaxagoras de quo nihil ad preſens. Alij vero latitatioꝫ formarū ſicut ipſe anaxagoras. Alii ab ydeis ſicut plato. Alij ab intelligentia ſicut auicēna. Unde ſm omnes iſtos viſibilia facta ſunt ex inuiſibilibꝰ rationibus ydealibus. Nos autē dicimus ſm modum predictū ꝙ ex inuiſibilibus rationibus ydealibus in verbo dei per quod oīa facta ſunt res viſibiles ſunt ꝓducte. Que rationes ⁊ ſi idem ſint tamē per diuerſos reſpectus cōnotatos reſpectu creature differunt ſm rationeꝫ Unde alia ratione conditus eſt homo. ⁊ alia equus vt dicit auguſtinꝰ in libro. 83. q. Sic ergo ſecula aptata ſunt verbo dei. vt ex inuiſibilibꝰ rationibus ydealibus in verbo dei viſibilia id eſt omnis cratura fieret. Omnia autē iſta verba expreſſe ſunt ꝯtra manicheos. Ipſi eī dicūt ꝙ non eſt curandum quid homo credat. ſed tantum quid faciat. Sed apoſtolus. ꝑncipium omnis operis ponit fidem. Unde dicit ꝙ eſt ſubſtantia id eſt fundamentū. Sine fide ergo fruſtra ſunt opera. Item dicūt ꝙ non eſt credendum niſi vnde habeꝛ ratio. Contra quod dicit nō apparentium. ¶ Item damnāt vetus teſtamentum dicentes ꝙ a malo principio ſcilicet a diabolo conditū ſit Contra quod dicit ꝙ in hac fide teſtimonium conſecuti ſunt ſenes. ¶ Deinde cum dicit. Fide abel ⁊c. oſtendit quid patres antiqui fecerunt. Et ꝑmo hoc oſtendit de patribꝰ ante diluuium. Secūdo de patribus qui fuerūt ante legem ibi. Fide qui vocaꝛ abraam ⁊c. Tertio de hijs qui fuerunt ſub lege ibi. Fide moyſes ⁊c. Ante diluuiū fuerunt tres ſpecialiter deo accepti ſcꝫ abel. Gen̄. 4. enoch Gen̄. 5. noe Gen̄. 6. Primo ergo ponit fidē abel. Scd̄o fidem enoch. ibi. Fide enoch ⁊c. Tertio fidem noe ibi. Fide noe ⁊c. De abel autē oſtendit quid per fidem fecerit ⁊ quid inde cōſecutus ſit. Per fidē abel obtulit ſacrificium. Unde ſicut confeſſio eſt teſtimoniū fidei interioris: ita ex cultu exteriori in ſacrificio cōmendaꝛ fides eiꝰ. Et ex eo ꝙ obtulit ſacrificium electum: quia de primogenitis gregis ⁊ de adipibus eorꝫ oſtenditur electa fides eius. Optimum eñ ſacrificium ſignum fuit electe fidei ⁊ ꝓbate Mal. i. Maledictꝰ fraudulētus q̄ habet in grege ſuo maſculum ⁊ votum faciens imolat debile domino.

¶ De ſacrificio autē cayn nulla fit mentio ꝙ̄tum ad excellentiam ſed ſolum ꝙ obtulit de fructibus terre. Dicit ergo ꝙ abel fide obtulit plurimā hoſtiam. non quantitate ſed precioſitate ꝙ̄ cayn id eſt meliorem hoſtiam obtulit ꝙ̄ cayn. ſ. deo. qꝛ ad honorem dei. Aliter eñ nō placuiſſet deo. Gloſa dicit. Fide plurima ſꝫ hoc non habeꝛ in greco. qꝛ plurima eſt ibi accuſatiui caſus quod patet ex modo loquendi qui eſt comparatiuus niſi dicaꝛ fide plurima id eſt meliore ⁊ preſtātiore ꝙ̄ cayn obtuliſſē. qꝛ vt dictum eſt ſacrificium exterius ſignū fuit fidei interioris. Ex fide aūt duo conſequunꝛ. Unū in vita ſcꝫ teſtimonium iuſticie. Unde dicit. Conſecutus eſt teſtimonium eſſe iuſtus ſcꝫ ꝑ fidem. Matth. 23. A ſanguine abel iuſti ⁊c. tamē non ꝓpter hoc teſtimoniū xp̄i dicit ipſum cōſecutū fuiſſe teſtimoniū iuſticie. qꝛ nō intēdit hic introducere niſi auctoritates veteris teſtamēti. ſed ꝓpter id, qđ dicitꝛ Gen̄. 4. Reſpexit dn̄s ad abel ⁊ ad munera eius. qꝛ reſpectus domini eſt ſpecialiter ſuꝑ iuſtos. ps̄. Oculi domini ſuꝑ iuſtos. Et hoc teſtimoniū perhibente deo muneribꝰ eius. Quod forte fuit quia igne celeſti incendebantur munera. Et hoc fuit reſpectus dei. Prius tñ reſpexit ipſum offerentem ꝙ̄ oblationē eius. quia ex bonitate offerentis acceptaꝛ oblatio que non eſt ſacramentalis. quia ſacramentalem bonitatem non īmutat malicia miniſtri. ꝙ̄tum autē ad offerentem vt ſibi proſit oblatio requiriꝛ bonitas in ipſo. ¶ Aliud conſecutus eſt poſt mortem. Unde dicit. Et per illam defunctus adhuc loquiꝛ. quia vt dicit gloſa poſt mortem adhuc cōmendaꝛ fides eius. quia datur nobis materia loquendi de ip̄o vt de fide eius ⁊ patientia demus exempla ad exhortanduꝫ alios ad patientiam. Sed hec non eſt intentio apl̄i quia oīa que accipit hic ſumit ex ſcp̄turis. Unde intelligiꝛ de eo quod diciꝛ Gen̄. 4. Uox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. infra. 12. Meliꝰ loq̄ntē ꝙ̄ abel. Hoc enim accepit per illam id eſt per merituꝫ fidei ꝙ defunctus id ſanguis defuncti clamet ad deum ⁊ loquaꝛ deo.

¶ Deinde cum dicit. Fide enoch ⁊c. cōmendat enoch. Et ꝑmo ponit intentū ſuum. Secundo ꝓbat ibi. Et nō inueniebaꝛ ⁊c. Nō facit autē apoſtolꝰ mentionē de operibus eius quia ſcriptura modicum loquiꝛ de hoc: ſꝫ tm̄ oſtendit quid, ei fecerit deus. quia fide id eſt ꝑ meritum fidei tranſlatus a conuerſatione huius vite in alia cōſeruatur a morte. Unde dicit. Ne videret mortem. Gen̄. 5. Non apparuit qꝛ tulit eum deus. Et verum eſt ꝙ nondū eſt mortuꝰ ſꝫ tñ qñqꝫ morieꝛ: qꝛ ſententia quā dn̄s ꝑmis parentibꝰ peccantibꝰ inflixit quocūqꝫ die comederis ⁊c. in oēs quocūqꝫ modo naſcunꝛ ex adam ꝑmanebit etiā in xp̄o. ps̄. Quis eſt homo qui viuet ⁊ non videbit mortem. Mors auteꝫ duorum dilata eſt ſcꝫ enoch et helye. Et ratio eſt quia doctrina veteris teſtamenti ordinaꝛ ad ꝓmiſſa noui teſtamenti in quo nobis ſpes vite eterne ꝓmittiꝛ Matth. 4. Penitentiam agite: appropinquabit eñ regnum celorū. Et ideo data ſententia mortis voluit dn̄s ducere hoīes in ſpem vite qđ fecit in patribus vtriuſqꝫ ſtatus ſcꝫ nature legis ⁊ gratie. Unde in ꝑmo ſtatu dedit ſpem euadēdi neceſſitatē mortis ⁊ hoc eſt in enoch in lege in helya. In tempore gratie in chriſto ꝑ quē daꝛ nobis effectus huius ꝓmiſſionis. Et ideo alij morienꝛ: ſed chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moriꝛ. Sed duo ꝑmi morienꝛ ꝑ antixp̄m. Sic ergo tranſlatus eſt ne videret mortem nō vt ſolū non ſentiret mortem. ⁊ hoc in illa generatione. ¶ Deinde cum dicit. Et non inueniebatur ⁊c. ꝓbat ꝙ hoc habuit ꝑ meritum fidei. ⁊ ꝑmo ꝓbat ꝙ tranſlatus eſt. Secūdo ꝙ hoc ꝓpter fideꝫ habuit ibi Ante tranſlationē eñ ⁊c. Et primū ꝓbat per auctoritatem Gen̄. 5. quā ſub alijs verbis ponit. qꝛ ibi dicitur non apparuit. quia tulit eum deus. Hic autē dicit. Et

non inueniebat͂ qꝛ tranſtulit eum deus. Et idem eſt ſenſus. Sap. 4. Placens deo factus eſt dilectus ⁊ viuens inter peccatores tranſlatꝰ eſt. Sicut em̄ cōueniēs fuit ꝙ homo ꝓpter peccatū expelleret͂ de paradiſo: ita ꝙ iuſtꝰ introduceret͂. Iſte em̄ ꝑ ſeth ſeptimus ab adam optimꝰ fuit. ſic lamech ꝑ cayn ſeptimus ab adam peſſimus fuit vtpote q̄ ꝯtra naturā p̄mꝰ introduxit bigamiā. ¶ Deinde cum dicit. Ante tranſlationem ⁊c. ꝓbat ꝙ ꝓpt͂ meritum fidei fuerat tranſlatus: qꝛ anteq̄ transferret͂ dicit de ipſo ſcp̄tura ꝙ ambulauit cum deo qḋ eſt cōſentire ⁊ placere deo. Propter hoc autē tulit eum deus: ſed ſine fide impoſſibile eſt ambulare cuʒ deo ⁊ deo placere. ergo ⁊c. Totam iſtam rōem q̄tuʒ ad p̄miſſas ponit. Et p̄mo maiorem: qꝛ habuit teſtimoniū ante tranſlationeʒ placuiſſe deo. Et ideo tranſtulit eum deus. Ecc̄. 44. Enoch em̄ placuit deo ⁊ tranſlatꝰ ē in paradiſum vt det gentibꝰ ſapientiam. Q autē placuerit oſtendit ſcp̄tura que dicit ꝙ ambulauit cum deo. Mal. 2. In pace et in eq̄tate ambulauit mecū. pſ̄. Ambulans in via imaculata hic mihi miſtrabat. Minorē ſubdit dicēs. Sine fide aūt impoſſibile eſt placere deo. Ecc̄. 1. Beneplacitū ē illi fides Ro. 3. Arbitramur iuſtificari hominē per fideʒ. Probat aūt minorem cum dicit. Accedentē ad deū oportet credere. Nullꝰ em̄ poteſt deo placere niſi accedat ad ipſuʒ. Iac. 4. Appropinquate deo ⁊ appropinq̄bit vobis. pſ̄. Accedite ad eum ⁊ illuminamini. Sed nullus accedit ad deum niſi ꝑ fidem. qꝛ fides eſt lumen intellectus. Ergo nullus poteſt deo placere niſi ꝑ fidem. Accedentē auteʒ ꝑ fidem oportet credere dn̄o. Sicut em̄ videmꝰ in quolibet motu naturali ꝙ oportet ꝙ mobile ex motu duo intēdat ne motꝰ ſit fruſtra. ſcʒ aliquē certū terminū ⁊ certā cauſam quare moueat͂. prius autē eſt terminus q̄ effectꝰ motus cōſequat͂. ſic etiā in motu quo aliquis accedit ad deum terminus motus eſt ipſe deus. Unde dicit oportet credere accedentē quia eſt. Qḋ dicit ꝓpter eius eternitatem Exo. 3. Qui eſt miſit me. ¶ Secundo ꝙ ſciat ꝙ deus habeat ꝓuidentiam de rebus. Aliter em̄ nullꝰ iret ad ipſum ſi non ſperaret aliquā remunerationē ab ipſo. Unde dicit Et inquirentibꝰ ⁊c. Eſa. 40. Ecce dominuſ veniet. ecce merces eius cum eo. Merces auteʒ eſt illud quod homo querit ex labore. Matth. 20. Uoca operarios et redde illis mercedē ſuā. Que merces nihil ē aliḋ q̄ deus: qꝛ nihil extra ipſum debet homo querere. Gen̄. 15. Ego ꝓtector tuus ſum ⁊ merces tua magna nimis: Deus em̄ nihil aliud dat niſi ſeipſum. pſ̄. Dominꝰ pars hereditatis mee ⁊ calicis mei. Tren̄. 3. Pars mea dn̄s dixit anima mea ⁊c. Et ideo dicit. Remunerator eſt inquirentibus eum. Non aliud. pſ̄. Querite dn̄m ⁊ cōfirmamini: querite faciem eius ſemꝑ. Sed nunq̄d duo hec ſufficiunt ad ſalutē? Reſpondeo. dicendū eſt ꝙ poſt peccatū p̄mi parentis nemo potuit ſaluari a reatu culpe originalis niſi ꝑ fidem mediatoris: ſed iſta fides diuerſificata eſt q̄tum ad modum credendi ſm̄ diuerſitatē temporum ⁊ ſtatuū. Nos aūt quibꝰ eſt tantum beneficiū exhibitum magis tenemur credere q̄ illi qui fuerūt ante aduentum xp̄i. Tunc etiam aliqui magis explicite ſicut maiores ⁊ illi quibꝰ facta fuit aliqua reuelatio ſpecialis. Illi etiam q̄ ſub lege magis explicite q̄ ante legem. qꝛ data fuerunt eis aliqua ſacramenta quibus q̄ſi ꝑ figurā repreſentabat͂ xp̄s. ſed gentiles qui fuerunt ſaluati ſufficiebat eis ꝙ crederent deum eſſe remuneratorē. q̄ remuneratio nō fit niſi ꝑ xp̄m. Unde implicite credebant in mediatorem. ¶ Contra autē illud qḋ dicit ꝙ oportet credere ꝙ deus eſt. qꝛ dictuʒ eſt ſupra ꝙ creditum non poteſt eſſe ſcitum nec viſum. deum autē eſſe eſt demonſtratū. Reſpondeo. dicendū eſt ꝙ de deo poteſt multiplicit͂ haberi noticia. Uno modo per chriſtū inq̄tum ſcʒ eſt pater vnigeniti ⁊ conſubſtantialis ⁊ alia que ſpecialiter xp̄us de deo patre ⁊ filio ⁊ ſpūſancto docuit q̄tum ad vnitatē eſſentie ⁊ eternitatem ꝑſonaꝝ. Et hoc tm̄ eſt creditū nec in veteri taſtamento fuit explicite creditum niſi a maioribus tm̄. Secundo modo ꝙ ſolus deus colendus eſt et ſic eſt tm̄ creditū etiam a iudeis. Tertio modo ꝙ eſt vnꝰ deus ⁊ hoc notum eſt etiam ipſis philoſophis ⁊ nō cadit ſub fide. ¶ Deinde cum dicit. Fide noe ⁊c. oſtendit quid noe fecit ꝑ fidem ⁊ quid inde conſecutus eſt ibi. Et iuſticie ⁊c. De ipſo auteʒ narrat quinqꝫ que fecit. Primo ꝙ dictis dei credidit de futuro iudicio quod tū nondum videbat͂. Unde dicit. Fide noe reſpōſo accepto de his que adhuc non videbant͂ ſupple crediderat. Secundo ex fide timuit. Fides em̄ eſt p̄ncipium timoris. Ecc̄. 25. Timor dn̄i initium dilectionis eius. Fidei autē initium agglutinandū eſt illi ſcʒ timori. Et ideo dicit. Metuens ſcʒ diluuiū ꝓmiſſum qḋ tū non videbat͂. Ergo fides eſt de inuiſibilibus. Tertio mandatuʒ dei impleuit faciendo archam. Unde dicit aptauit archaʒ id eſt ſcd̄m diſpoſitionem dei conuenientē fecit. Quarto a deo ſalutem ſperauit. Unde dicit. In ſalutem domus ſue id eſt familie ſue. qꝛ illi ſoli ſalui facti ſunt. 1. Pe. 3. Pauci id eſt octo anime ſalue facte ſunt ꝑ aquam. Quinto ex hoc ꝙ ꝓpter fidem predictam fecit damnauit mundū id eſt mundanos damnabiles oſtendit: Reuelato auteʒ ſibi de fabricanda archa: rn̄ſuʒ fuit deſiderio eius ⁊ iuſtcie q̄ ē ꝑ fidē. ¶ Dein̄ cū dicit. Et iuſticie q̄ ⁊c. oſtendit q̄d ꝑ fidē conſecutus eſt. Sicut em̄ poſt mortem alicuius aliquis ſuccedit in hereditatē eius ſic etiā qꝛ a p̄ncipio mūdi nō totalit͂ defecerat iuſticia in mūdo: qꝛ adhuc durabat mūdus. ſed in diluuio quaſi totus periit mundus. ideo ipſe noe quaſi heres factus eſt ꝓpter fidem ſuam. Uel iuſticie que habet͂ ꝑ fidem. vel ſicut patres ſui iuſtificati fuerunt ꝑ fideʒ: ita ipſe factus heres ē iuſticie ꝑ fidē ſcʒ imitator ꝑ fidem paterne iuſticie.

## Lectio tertia.

f Ide qui vocatur abraaʒ obediuit in locum exire quem accepturus erat in hereditatem ⁊ exijt neſciēs quo iret. Fide: demoratus eſt in terra re ꝓmiſſionis tanq̄ī aliena: in caſulis habitādo cum yſaac ⁊ iacob coheredibus repromiſſionis eiuſdem. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatē cuius artifex ⁊ conditor deus. Fide: ⁊ ipſa ſara ſterilis virtuteʒ in conceptione ſeminis accepit etiaʒ preter tempus etatis: quoniam fidelem credidit eſſe eum qui repromiſerat. Propter quod ⁊ ab vno orti ſunt: ⁊ hoc emortuo tanq̄ ſidera celi in multitudinē: ⁊ ſicut arena que eſt ad oram maris innumerabilis.

Supra poſuit ap̄lus exemplū fidei in patribꝰ q̄ fuerunt ante diluuiū q̄ fuerunt cōmuniter patres tam gentiliuʒ q̄ iudeoꝝ: hic ſpecialiter deſcendit ad patres qui fuerūt poſt diluuiū q̄ ſpecialiter fuerūt patres iudeoꝝ. Et p̄mo ponit exemplū fidei abrae q̄ fuit pater credentiuʒ. Unde ⁊ p̄mus accepit ſignaculū fidei ante legeʒ. Et p̄mo oſtēdit q̄d fecerit abraam. Secundo q̄d fecerit yſaac. Tertio q̄d fecerit iacob. Quarto quid fecerit ioſeph. Secunduʒ ibi. Fide ⁊ de futuris. Tertiū ibi. Fide iacob ⁊c. Quar

tum ibi Fide ioſeph ⁊c. Iterum ꝑma in duas. Prio em̄
ponit q̄d fecerit q̄tum ad exterioꝛē ⁊ humanā cognitio=
nem. Secūdo q̄d fecerit q̄tum ad deū ibi. Fide obtulit
⁊c. Circa ꝑmum tria facit. Primo em̄ oſtendit quid fece
rit q̄tum ad habitationē. Secundo quid fecerit q̄tū ad
generationem ibi. Fide ⁊ ipſa ſara ⁊c. Tertio quid fece=
rit q̄tū ad ſuā conuerſationē ibi. Iuxta fidē ⁊c. Itē q̄tū
ad habitationem duo oſtendit. Primo quid fecerit q̄tū
ad primā loci mutationē. Secundo q̄tum ad alteri⁹ in=
habitationē ibi. Fide moꝛatus ⁊c. Ut autē oſtendat ex=
emplum ſuū de abraā magne auctoꝛitatis eſſe: Primo
ponit celebꝛitatem noīs eius dicens: Ille qui vocat̄ ſcꝫ
a deo. Gen̄. 17. Uocaberis abraam. Item vocat̄ ab ho=
minibus Ecc̄. 44. Abꝛaam magnus pater multitudi=
nis gentium: Talis ergo a deo vocatus ⁊ ab homib⁹ p̄=
dicatus dignus eſt exemplo. Secūdo ponit exemplū ei⁹
dicēs: Quia fide obediuit ⁊c. Per fidē em̄ infoꝛmamur
ad obediendū deo de inuiſibilib⁹ Ro. 1. Ad obediendū
fidei ⁊c. ¶ Exire in locum quem accepturus erat in here
ditatem. de quo Gen̄. 12. Egredere de terra tua ⁊ de co=
gnatione tua ⁊ de domo patris tui ⁊ veni in terrā quam
monſtrauero tibi. Dn̄s autē terraꝫ illam debebat ſibi da
re in hereditatem Gen̄. 13. Omnē terrram quā conſpicis
tibi dabo. ¶ Sed nunq̄d non ipſe cū p̄re ſuo thare exie=
rat de terra ſua. Ergo non exiuit ex pꝛecepto dn̄i. ſed ꝑ
patrem. Reſpōdeo. dicendū eſt ꝙ cum patre exiuerat re
uerſurus iterum. ſed ex pꝛecepto dn̄i exiuerat in meſo=
potamiā ſyrie vbi moꝛtuo patre intendebat remanere. ſꝫ
ex mandato dn̄i venit in terram chanaan. ¶ Et nunq̄d
erat hoc mirabile vt ſic de hoc opoꝛteret habere fidem ⁊
credere deo? Sic qꝛ neſciēs quo iret id eſt vt iret ad rem
ignotam. Qd̄ aūt eſt ignotū eſt inuiſibile. Per illā obe=
dientiam abꝛae nobis deſignat̄ ꝙ debemus ab om̄i affe=
ctione carnali exire ſi volumus hereditatē nr̄am habere
pſ. Obliuiſcere populum tuum ⁊ domū patris tui. Eſa.
64. Oculus non vidit deus abſq̄ te que pꝛeparaſti ex=
pectantibus te. Unde hereditas iſta eſt nobis ignota.
¶ Deinde cum dicit. Fide moꝛatus eſt ⁊c. oſtendit quid
ꝑ fidem fecerit q̄tum ad inhabitationē. Et ꝑmo q̄d fece
rit oſtendit. Secundo ſubdit cauſam quare. ibi. Expecta
bat em̄ ⁊c. Uidem⁹ em̄ ꝙ aliq̄n aliq̄s exit de terra natiui
tatis ſue ⁊ vadit alibi vbi facit manſionē ſuam ꝑpetuā.
Sic non fecit abraam: ſed ſicut aduena fuit in terra cha=
naan. ⁊ ſicut aduena moꝛtu⁹ eſt in ipſa. quod patet quia
non fecit ibi domū nec firmā manſionē: ſed habitauit in
caſulis ⁊ tabernaculis q̄ ſunt habitacula mobilia. Unde
ſemper fit mentio de tabernaculis q̄n loquit̄ de abꝛaam
Unde ex pꝛecepto dn̄i habitauit ibi vt aduena. Act̄. 7.
Non dedit illi in ea hereditatē nec paſſum pedis. Gen̄.
21. Fuit colonus terre philiſtinoꝝ diebus multis. Qd̄
quidem verum eſt q̄tum ad id qd̄ dn̄s ei gratis donatu=
rus eſſet non q̄tum ad id qd̄ emit. Unde dicit ꝙ fide de=
moꝛatus eſt in terra repꝛomiſſionis: qꝛ fuit ei frequenter
pꝛomiſſa ſicut patet Gen̄. 12. vſq̄ ad. 21. capitulū ſicut in
aliena. qd̄ patet qꝛ habitando in caſulis que dicunt̄ a ca=
dendo ⁊ in tentoꝛijs mobilib⁹: ⁊ ꝙ animo nō redeundi
in patriam ſuam etiam ſi plus vixiſſet. patet qꝛ cū yſaac
⁊ iacob habitauit non quidē ſimul ſed ſucceſſiue q̄ erant
filij pꝛomiſſionis. qꝛ ipſis facta eſt pꝛomiſſio. Gen̄. 17. et
28. Et dicit coheredibus repꝛomiſſionis in quo dat̄ no=
bis intelligi ꝙ in mundo iſto debemus conuerſari ſicut
alieni ⁊ aduene. 1. Coꝛin. 7. Qui vtunt̄ hoc mūdo tāq̄
non vtant̄. infra vltimo. Non em̄ habemus hic manen=
tem ciuitatē ſed futuraꝫ inq̄rimus. ¶ Deinde cum dicit
Expectabat em̄ ⁊c. oſtendit quare moꝛabant̄ ſicut adue=
ne. qꝛ ſcꝫ non reputabant ſe aliquid habere ſuꝑ terram.

ſed querebant hereditatem celeſtē ciuitatē. pſ. Stantes
erant pedes noſtri in atrijs tuis hieruſalē. hieruſalem q̄
edificat̄ vt ciuitas Eſa. 33. Oculi tui videbunt hieruſalē
habitationē opulentā tabernaculū quod nequaq̄ vltra
tranſferri poterit. ⁊c. Non tabernaculū mobile. Et dicit̄
ciuitas ꝑmo ꝓpter ciuium vnitatem que vnitas eſt ꝑ pa
cem. pſ. Lauda hieruſalem dn̄m: lauda deum tuū ſyon
Et ſequit̄. Qui poſuit fines tuos pacem. Eſa. 32. Sede
bit populus me⁹ in pulchꝛitudine pacis in tabernaculis
fiducie in requie opulenta. Io. 17. Ut ſint vnum ſicut et
nos vnum ſumus. Secundo eſt oꝛdinata qd̄ fit maxime
ꝓpter iuſticiā ⁊ nō ad malū faciendū. Ibi aūt eſt ꝑpetua
iuſticia Ezech. 48. Nomē ciuitatꝭ ex illa die dn̄s ibidē.
Tertio ꝑ ſe ſufficiens ad om̄ia que ſunt neceſſaria. Qd̄
ꝑfectiſſime ibi erit: qꝛ ibi eſt ſtatus bonoꝝ omniū aggre=
gatione ꝑfectus pſ. Hieruſalem que edificat̄ vt ciuitas:
cui⁹ participatio eius in idipſum. Iſta ciuitas hꝫ funda=
menta in quo ſignificat eius ſtabilitatē. Eſa. 33. Taber=
naculum qd̄ nequaq̄ vltra trāſferri poterit. Sunt autē
fundamenta ꝑma pars edificij. Unde angeli ſunt huius
ciuitatis fundamenta. pſ. Fundamenta eius in monti=
bus ſanctis. Homines em̄ aſſumēt̄ ad oꝛdines angeloꝝ
Eccl'e vero fundamēta ſūt apl'i Apoc. 21. Actoꝛ aūt hui⁹
ciuitatis eſt ipſe deus nō humane artis ſapiētia. 2. coꝛi.
5. Scimus q̄m ſi terreſtris dom⁹ noſtra hui⁹ habitatio=
nis diſſoluat̄ ꝙ edificationeꝫ a deo habemus domū non
manufactā ſed eternā in celis. Ad cuiuſlibet autē ciuita
tis edificationem duo requirunt̄. Primū eſt auctoꝛitas
ꝑncipis qua mediante firmet̄ q̄ dicit̄ conditoꝛ eius a quo
⁊ ipſa nomē accipit. ſicut a romulo roma. Et ſic illius ci
uitatis dicit̄ deus conditoꝛ eius. pſ. In ciuitate dei no=
ſtri deus fundauit eam ineternum. Secundū eſt modus
diſponendi ipſam qui cōmendat ſapientiā artificis. Et
ſic deus dicit̄ artifex eius. qꝛ oꝛdinata eſt ſm̄ diſpoſitōꝫ
⁊ ſapiam̄ dei. pſ. Magn⁹ dn̄s ⁊ laudabilis nimis in ciui
tate dei nr̄i. ⁊c. Debita ei diſpoſitio opis cōmendat opi=
ficem. Nuſq̄ aūt ita relucet diuina ſapīa ſicut ibi. Et iō
ibi nimis laudabilis dicit̄. ¶ Dein̄ cū dicit. Sara fide et
ipſa ⁊c. oſtendit q̄d ibi ꝑ fidem vxoꝛ eius cōſecuta eſt. Et
circa hoc duo facit. qꝛ ꝑmo oſtendit q̄d conſecuta eſt ipſa
Secūdo q̄d cōſecutū eſt in filijs ibi. Propt̄ qd̄ ⁊ ab vno
⁊c. In vxoꝛe autē eius ſara duo defectus erant ꝓpter q̄s
oīno videbat̄ q̄ſi impoſſibile ipſaꝫ poſſe cōcipere. Unde
credere illa fuit magne fidei. Unū erat qꝛ ſterilis. Gen̄.
11. Erat autē ſara ſterilis. Aliud qꝛ iam ꝓpter defectum
etatis non erat naturaliter apta ad generationē Gen̄. 18
Deſierant ſare fieri muliebꝛia. Itē ipſa dicit ibidē. Ego
iam ſenui ⁊ dn̄s me⁹ vetulus eſt. Iſtos duos defect⁹ tā=
git aplūs. Primū cū dicit. Sara ſterilis. Scd̄m cū dicit
Et ꝑter tēpus etatis ⁊c. Tamē his non obſtantib⁹ ipſa
accepit virtutē in conceptione ſeminis fide ſcꝫ vel ſua vl̄
abꝛae. qꝛ ⁊ ſi erat īpoſſibile ſm̄ naturā ꝙ nonagenaria d̄
centenario conciperet: tn̄ vterq̄ credidit deo cui nihil ē
difficile. Unde dicit ꝙ fidelē credidit eſſe euꝫ q̄ repꝛomi=
ſerat. ¶ Sed cōtra q̄tum ad abꝛaam ⁊ videt̄ ꝙ non cre=
didit. qꝛ Gen̄. 17. dicit̄ ꝙ riſit dicens in coꝛde ſuo. Pu
tas ne centenario naſcet̄ fili⁹ ⁊ ſara nonagenaria pariet?
Iteruꝫ q̄tum ad ſarā Gen̄. 18. dicit̄ ꝙ riſit occulte dicēs
Poſtq̄ ego cōſenui ⁊ dn̄s me⁹ vetul⁹ eſt voluptati ope=
ram dabo. Rn̄deo. dicendū eſt ꝙ q̄tum ad abꝛaā riſus
eius nō fuit dubitationis ſed admirationis. Un̄ Ro. 4.
Nō heſitauit diffidentia. ſꝫ cōfoꝛtat⁹ eſt fide dans gl'iam
deo pleniſſime ſciens ꝙ q̄cūq̄ ꝓmiſit de⁹ potēs eſt ⁊ fa=
cere. Un̄ nec repꝛehendit̄ riſus eius a deo q̄ coꝛda oīm no
uit. Sara autē ꝑmo dubitauit in ꝑma ꝓmiſſione. ſꝫ q̄n
angelus recurrit ad potentiā dei cū dixit. Nunquid deo

q̃cq̇ eſt difficile tunc credidit. ⁊ hec fuit quaſi ſcḋa ꝓmiſ
ſio. Et ideo dicit q̄ repꝛomiſit: qꝛ in ꝓmittendo ṗmo non
credidit. ſed in repꝛomittendo. Sꝫ ſciendū eſt ꝙ oēs cō
ceptus miraculoſi q̄ fuerūt in veteri teſtamēto fuerūt q̄ſi
figura illius maximi miraculi qḋ fuit in xp̄i incarnatiōe.
Opoꝛtuit eñ natiuitatē eius ex virgine ꝑ aliq̄ ꝓfigura-
ri ad ꝑparandos aīos ad credēdū. Nō tñ potuit ꝓfigura
ri ex equo. qꝛ neceſſario figura deficit a figurato. Et ideo
ſcṗtura partū virginis oñdit ꝑ partū ſteriliū. ſcꝫ ſare an-
ne ⁊ elizabeth. Sꝫ differētia ē qꝛ ſara a deo miracl'oſe ac
cepit virtutē ꝯcipiendi: ſꝫ tñ ex hūano ſemīe. Et iḋ dicit
hic in conceptōꝫ ſeminis. Beata vero virgo ſine ſemīe.
Uñ in ſara virtus diuina ꝑparauit materiā ad cōcipien-
dū tm̄ ex ſanguine. ſꝫ in beata virgine etiā ꝑparauit illā
puriſſimā materiā: ⁊ cū hoc fuit ibi virtus ſpūſſancti lo-
co ſeminis. Nō eñ ex virili ſeīe: ſꝫ myſtico ſpiramīe fa-
ctū ē ꝟbū dei caro. ¶ Deiñ cū dicit. Pꝛopt̄ qḋ ⁊ ab vno
⁊c. oñdit q̇d conſecutū ē in filijs ex virtute dei ſcꝫ multi-
plicatio ſemīs. Ubi ṗmo ꝯſideranda eſt radix huiꝰ mul-
titudinis q̄ fuit vna ſcꝫ abꝛaā. vbi dicit. Pꝛopter qḋ ſcꝫ
meritū fidei ab vno ſcꝫ abꝛaā Eſa. 51. Unū vocaui eum ⁊
bñdixi ei ⁊ multiplicaui eū. Scḋo ꝯſiderāda ē ꝯditio eiꝰ
qꝛ iā emoꝛtuꝰ. Uñ dicit. Et hoc emoꝛtuo: qꝛ iam vetulꝰ
erat vt ſupꝛa dictū eſt. Sꝫ ꝯtra qꝛ moꝛtua ſara multos fi
lios genuit ex alia vxoꝛe ſicut patet geñ. 15. ergo male di
cit emoꝛtuo. Rñdeo. dicēdū ē ꝙ vetulus bñ generat ex
iuuēcula: nō aūt ex vetula. Et ſic erat in ipſo moꝛtua vir
tus generandi q̄tū ad ſarā: nō tñ ad alias. Uel dicendū
eſt ꝙ intelligit̄ ab vno ſcꝫ vtero ſare iaꝫ emoꝛtuo Ro. 4
Et emoꝛtuā vuluā ſare Eſa. 51. Attēdite ad abꝛaā p̄rem
vr̄m ⁊ ad ſarā q̄ peperit vos. Tertio ꝯſiderāda ē differē-
tia int̄ illos q̄ ex abꝛaā ꝓceſſerūt. Sicut eñ nō oēs vt dꝛ
Ro. 9. q̄ ſunt ex iſrael hij ſunt iſrl'ite: ſic nec hi q̄ ſunt ex
ſemīe abꝛae oēs ſunt filij. ſꝫ q̄ filij ſunt ꝓmiſſiōis eſtimāt̄
in ſeīe. Iḋ eius ꝓgenies diuidit̄ in duos: ſcꝫ in bonos et
malos. Boni ſignificāt̄ ꝑ ſtellas de q̄bꝰ dicit ꝙ oꝛti ſunt
tanq̄ ſidera celi in multitudine. Bar. 3. Stelle dederūt
lumē i cuſtodijs ſuis ⁊ letate ſunt. Mali vero ſignificāt̄
ꝑ arenā mar' cōtiguā: qꝛ mali iudei de ſemīe abꝛae ꝯfoꝛ-
mant̄ gentilitati. Arena aūt fluctibꝰ maris vndiq̧ cōcu-
tit̄ ⁊ mali turbinibꝰ mūdi. Eſa. 57. Coꝛ impij q̄ſi mare
feruens. Iudei aūt nō oīno fuerūt arena ſꝫ q̄ſi arena: q̇a
cōmunicabāt cū gentibꝰ in malis. Uñ pñt dici terminus
maris Iere. 5. Poſui arenā terminū mari. Itē arena ſte
rilis eſt ⁊ īfructuoſa. Ita etiā pctōꝛes ſūt ſteriles ab omī
opere boni fructus. Uñ dicit ꝙ etiā oꝛti ſunt ſicut arena
q̄ eſt ad oꝛam maris īnumerabilis. Et ē ſmo yperbolicꝰ
Uel dicit̄ innumeralibis nō qꝛ nō poſſit numerari: ſꝫ qꝛ
nō de facili pōt numerari. Geñ. 22. Multiplicabo ſemen
tuū ſicut ſtellas celi ⁊ velut arenā q̄ eſt in littoꝛe maris.

Lectio quarta.

Uxta fidē defuncti ſunt oēs iſti: nō
i accept' repꝛomiſſionibꝰ: ſ a longe
eas aſpiciētes ⁊ ſalutantes ⁊ ꝯfiten
tes: qꝛ ꝑegrini ⁊ hoſpites ſunt ſuꝑ terram.
Qui eñ hoc dicūt ſignificāt ſe p̄riam inqui
rere. Et ſi q̇deꝫ ipſius memiſſent de q̄ exie-
rūt: hēbant vtiq̧ tēpꝰ reuertēdi. Nūc auteꝫ
melioꝛeꝫ appetūt id ē celeſtē. Ideo nō ꝯfun-
dit̄ deꝰ vocari deꝰ eoꝝ. Parauit eñ illis ci-
uitatē. Fide: obtulit abꝛaā yſaac cū tempta
ret̄: ⁊ vnigenitū offerebat in q̄ ſuſceperat re
ꝓmiſſiones ad quē dictū ē: qꝛ in yſaac voca
bit̄ tibi ſemen: arbitrās qꝛ a moꝛtuis ſuſci-
tare potēs ē deꝰ. Uñ eū ⁊ i ꝑabolā accepit.
Supꝛa cōmendauit apl'us fidē abꝛaā q̄tū ad habitatiōꝫ
⁊ generationē: hic cōmendat ipſum q̄tū ad ſuā cōuerſa-
tionē vſq̧ ad moꝛtē. Et circa hoc facit tria. Pꝛio eñ oſtē
dit q̇d ꝑ fidē fecit. Scḋo ponit vnū qḋ ꝑtinet ad fidē ibi.
Qui eñ hoc dicūt ⁊c. Tertio oñdit q̇d ꝑ fidē recepit ibi
Ideo nō cōfundit̄ deꝰ ⁊c. ¶ Fidē abꝛaā ⁊ filioꝝ eius cō
mendat ex ꝑſeuerātia: qꝛ vſq̧ ad moꝛtē ꝑſeuerauerūt in
fide. Mat. 10. et. 24. Qui aūt ꝑſeuerauerit vſq̧ in finē
hic ſaluꝰ erit. ideo dicit Iuxta fidē oēs iſti defuncti ſunt
p̄ter enoch. Uel oēs iſti ſcꝫ abꝛaā yſaac ⁊ iacob. Et hoc ē
meliꝰ dictū. qꝛ iſtis ſolū facta ē ꝓmiſſio. Item cōmēdat
eos a lōga ꝓmiſſoꝝ dilatiōe. Uñ dicit. Nō accept' ꝓmiſ
ſionibꝰ. ¶ Sꝫ ꝯtra videt̄ ꝙ receperint ꝓmiſſionē. Eze.
33. Unus erat abꝛaā ⁊ hereditate terrā. Rñdeo dicendū
eſt ꝙ poſſedit id ē poſſidēdi ṗmus ꝓmiſſionē accepit nō
tñ actu poſſedit vt patet a ct̄. 7. ¶ Sequit̄. Sꝫ a longe
eas aſpicientes qḋ erat ꝑ fidē. q̄ſi di. Intuētes viſu fidei
Et foꝛte d̄ loco iſto ſūptū ē illud rñſoꝛiū in ṗma dñica ad-
uentus. Aſpiciēs a lōge ⁊c. Eſa. 30. Ecce nomē dñi ve-
nit d̄ longinq̄. Et ſalutātes. i. venerantes. Et loquit̄ ſm
chꝛyſoſtomū ad ſilitudinē nautaꝝ q̄ qñ ṗmo vidēt poꝛtū
ꝓrumpūt in laudē ⁊ ſalutāt ciuitatē ad quā vadunt. Ita
ſcti p̄res vidētes ꝑ fidē xp̄m ventuꝝ ⁊ gl'iam quā ꝑ ipm
ꝯſecuturi erant ſalutabāt. i. venerabant̄ ipm. pſ. Bñdi-
ctus q̄ venit in noīe dñi deꝰ dñs. Io. 8. Abꝛaā p̄r vr̄ ex-
ultauit vt videret diē meū: vidit ⁊ gauiſus eſt. ¶ Itē cō
mēdat fidē ipſoꝝ ex ſincera cōfeſſione. qꝛ vt dicit Ro. 10
Coꝛde credit̄ ad iuſticiā: oꝛe aūt cōfeſſio fit ad ſalutē. Et
iḋ dic̄. Et ꝯfitētes: qꝛ ꝑegrini ⁊ hoſpites ſunt ſuꝑ terraꝫ
iſti eñ tres vocauerūt ſe aduenas ⁊ ꝑegrinos. Nā geñ.
23. dicit abꝛaā. Aduena ſum ⁊ ꝑegrinus apud vos. Di-
cit̄ etiā a dño ad yſaac Geñ. 26. Quieſce in terra quā di
xero tibi ⁊ ꝑegrinare in ea. Iacob etiaꝫ. 47. dicit. Dies
ꝑegrinatiōis vite mee. Dicit̄ aūt ꝑegrinꝰ q̄ eſt in via ten
dendi ad aliū locū. Eſa. 23. Ducēt eā longe pedes ſui ad
ꝑegrinandū. Sꝫ aduena eſt ille q̄ habitat in terra aliena
licet nō intendat vlterius ire. Iſti aūt nō ſolū ꝯfitebant̄
ſe eſſe aduenas ſed etiā ꝑegrinos. Sic etiā ſanctus vir
nō facit manſionē ſuā in mundo: ſed ſemꝑ ſatagit tende-
re ad celū. pſ. Aduena ego ſū apḋ te ⁊ ꝑegrinꝰ ſicut oēs
p̄res mei. ¶ Deinde cū dicit. Qui eñ hoc dicūt ⁊c. oſtē-
dit ꝙ iſta cōfeſſio ꝑtineat ad fidē. Nullus eñ eſt hoſpes
⁊ ꝑegrinus niſi q̄ eſt extra p̄riam ⁊ tēdit in illā. Cū ḡ iſti
ꝯfitent̄ ſe eſſe hoſpites ⁊ ꝑegrinos ſuꝑ terrā ſignificāt ſe
tendere ad p̄riaꝫ ſuā ſcꝫ celeſtē hierl'm. Gal'. 4. Illa q̄
ſurſuꝫ ē hierl'm libera ē. Et hoc ē qḋ dicit. Qui eñ hoc
dicūt ſignificāt ſe p̄riam inq̇rere. ¶ Sꝫ qꝛ foꝛte poſſet ali
q̇s dicere ꝙ veꝝ ē ꝙ ipſi erāt ꝑegrini in t̄ra philiſtinoꝝ
⁊ chananeoꝝ int̄ q̄s habitabāt. tñ intendebant redire in
terraꝫ vñ exierāt. hoc remouet dicēs. Et ſi q̇dē illiꝰ p̄rie
ſue ſcꝫ meminiſſent de q̄ exierāt hēbant vtiq̧ tēpus re-
uertēdi: qꝛ ꝓpe erāt. Nūc aūt melioꝛē appetūt: qꝛ celeſtē
Uñ Geñ. 24. dixit abꝛaā ſuo ſuo. Caue ne qñ filiū meū
reducas illuc. pſ. Elegi abiectꝰ eſſe in domo dei mei ma
gis q̄ habitare in tabernaculis pctōꝝ. Itē Unā petij a
dño hāc req̇raꝫ vt īhabitē in domo dñi oībus diebꝰ vite
mee. Ipſi ḡ p̄riaꝫ iſtā inq̇rebāt nō domū p̄rnā vñ exierūt
In q̄ ſignificat̄ ꝙ illi q̄ exeūt de vanitate ſecl'i nō debent
illuc redire mēte. pſ. Obliuiſcere ppl'm tuū ⁊ domū p̄riſ
tui. Luc. 9. Nemo mittēs manū ſuā ad aratrū ⁊ reſpici-
ens retro aptꝰ ē regno dei. Phil'. 3. Que retro ſunt ob-
liuiſcens in anterioꝛa me extēdēs. Patet aūt ꝙ iſta eoꝝ



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

vbo ⁊ facto ꝯfeſſio ꝑtinet ad fidē. q: ipi illḋ qḋ ſolū eis ꝓmiſſum fuerat nec exhibitū firmiſſime crediderūt etiā vſq; ad mortē. Unde iuxta fidē .i. iuxta ſe hñtes fidē ſuā q̄ſi ſociā ⁊ inſeꝑabilē defūcti ſunt. Apoc. 2. Eſto fidelis vſq; ad mortē. ¶ Deiñ cū dic̄. Jō nō ꝯfūdit ⁊c. oñdit q̇d ex fide ſua meruerit accipere. hoc aūt fuit honoꝛ maximꝰ Reputat̄ aūt maximus honoꝛ qñ denoiat̄ aliquis ab aliquo ſolēni officio vel ſeruitio magni et excellētis dñi vel ꝑ̇ncipis ſicut notarius pape vel cancellariꝰ regis Maioꝛ autē honoꝛ eſt quādo ille magnꝰ dominꝰ vult nominari ab his qui ſeruiūt ei. Sic aūt eſt de iſtis tribus abꝛaam: yſaac: ⁊ iacob. quoꝝ dñs rex magnꝰ ſuꝑ oītes deos ſpecialiter vocat ſe eoꝛum deū. Unde Exo. 3. Ego ſum deꝰ abꝛaam: deus yſaac: ⁊ deus iacob. Unde dicit. Jdeo nō confundit̄ deus vocari deus eoꝝ. Et huiꝰ poteſt triplex ratio aſſignari. Prima q: deus ꝑ fidem cognoſcit̄. Jſti autē legunt̄ ꝑ̇mo ſeparaſſe ſe ꝑ cultū ſpecialem ab infidelibus. Unde ⁊ abꝛaā ꝑ̇mus accepit ſignaculū fidei Ro. 4. Ut fieret pater multitudinis gentiū. Et ideo ꝓponūtur nobis in exemplū ſicut illi ꝑ quos deus ꝑ̇mo cognitꝰ eſt ⁊ ꝑ eos deus nominatus eſt vt obiectū fidei. Et idcirco ab eis voluit nominari. ¶ Secunda ſm aug. in gloſa q: ī iſtis latet aliqḋ myſteriū. Jn iſtis eñ inuenimꝰ ſimilitudinē generatiōis q̄ deus regenerauit filios ſpūales. Uidemꝰ aūt in ipſis quadruplicē modū generādi. Primus modus eſt liberoꝛū ꝑ liberos ſicut abꝛaam ꝑ ſaram genuit yſaac q̇ genuit ꝑ rebeccam iacob. Jacob aūt octo patriarchas ꝑ lyam ⁊ rachelē. Secundus modus fuit liberoꝝ ꝑ ancillas ſicut iacob ꝑ balam ⁊ zelpham genuit dan ⁊ neptalim gath ⁊ azer. Tertius modꝰ fuit ſeruoꝝ ꝑ liberas. ſicut yſaac genuit ꝑ rebeccā eſau de q̄ dictū eſt Maioꝛ ſeruiet minoꝛi. Quartus modꝰ fuit ſeruoꝝ ꝑ ancillas. ſicut ꝑ agar genuit abꝛaam yſmael. Jn hoc ḡ deſignat̄ diuerſus modus: q: dñs ſpūales filios generat. q: aliqñ bonos ꝑ bonos. ſicut timotheū ꝑ paulū. Aliqñ bonos ꝑ malos ⁊ iſta eſt generatio liberoꝝ per ancillas. Aliqñ malos ꝑ bonos ſicut ſimonē magū ꝑ philippū Et iſta eſt generatio ſeruoꝝ ꝑ liberos. Maloꝝ autē generatio ꝑ malos reputat̄ in ſemine. Unde Gal. 4. Eijce ancillam ⁊ filium eius. ¶ Tertia ratio ⁊ videt̄ magis ſm intentionē apl̄i: q: conſuetū eſt ꝙ rex vocat̄ a ꝑ̇ncipali ciuitate vl̄ a pr̄ia tota ſicut rex hieruſalē. rex romanoꝝ. rex francie. Et ideo deus ꝓpꝛie vocat̄ rex ⁊ deus illoꝛū qui ſpecialiter ſpectat ad ciuitatē illam hieruſalē celeſtē cuius artifex ⁊ ꝯditoꝛ eſt deus. Et q: iſti verbo ⁊ facto oſtēdebant ſe ad illā ciuitatē ꝑtinere. ideo dicit̄ deus illoꝛuz Uñ dicit. Parauit eñ illis ciuitatē id ē eſt cōditoꝛ ciuitatis illius quā ipſe habebat ꝓpꝛiā. ¶ Deinde cum dicit. Fide obtulit ⁊c. ponit vnū aliud exemplū inſigne circa fidem abꝛae inꝙtum reſpicit deum ſcz illud maximuz ſacrificiū eius qñ ad mandatū dñi voluit vnigenitū ſuuz imolare filiū Geñ. 22. Et de hoc oſtēdit tria. Primo q̇d fecerit. Secundo ꝙ hoc ad fidē ꝑtinet ibi. Et vnigenitū ⁊c. Tertio quid ex hoc recepit ibi. Unde eum ⁊ in parabola ⁊c. Dicit ergo. Abꝛaam cum temptaret̄ obtulit id eſt offerre voluit fide yſaac ſicut patet ꝑ totum duodecimū capitulū Geñ. ¶ Hic eſt duplex queſtio. Una q: innocentem occidere eſt cōtra legem nature ⁊ ita peccatuz Ergo volēdo offerre peccauit. Reſpondeo dicendū eſt ꝙ ille qui ex mandato ſuperioꝛis interficit ſi ille licite p̄cipit: alius licite obedit ⁊ poteſt licite exequi miniſteriū ſuuz. Deus aūt habet moꝛtis ⁊ vite auctoꝛitatē. 1. Reg. 2. Dominus moꝛtificat ⁊ viuificat. Deus autē ſubtrahēdo vitam alicui etiam innocenti nulli facit iniuriaz. Unde ⁊ quottidie diſpoſitione diuina multi nocentes ⁊ inocētes moꝛiunt̄. Et ideo dei mādatū licite poterat exequi. ¶ Item querit̄ de hoc qḋ dicit. Cū temptaret̄. Deus eñ nullū tēptat: q: temptare eſt ignoꝛantis. Reſpōdeo dicēdū eſt ꝙ diabolꝰ tēptat vt decipiat. 1. theſſal. 3. Ne foꝛte temptauerit vos q̄ temptat. Hoc patet in temptatiōe q̄ tēptauit xp̄m Mat. 4. Hō vo tēptat vt cognoſcat. 3. Reg. 10. dicit̄ de regina ſaba q̄ venit ad ſalomonē vt tēptaret eū in enigmatibꝰ. Sic nō tēptat deꝰ q̄ oīa nouit. ſz tēptat vt hō ſibiipſi inoteſcat ꝙte foꝛtitudinis ⁊ fragilitatis ſit in ſe. Deut. 8. Ut tēptaret te ⁊ nota fieret q̄ in tuo aīo verſabant̄. Jtē vt alij tēptatū cogſcant q̄ ex hoc eis ꝓponit̄ in exemplū ſicut abꝛaā ⁊ iob. Ecc̄. 44. et. 1. Mach. 2. Abꝛaā in tēptatiōe inuentꝰ ē fidelis. ¶ Deinde cum dicit. Et vnigenitū ⁊c. multū ſubtiliter oſtendit ꝙ illa obedientia ꝑtinebat ad fidē. Sicut eñ ſupꝛadictū eſt Abꝛaam licet multū ſenex credidit deo ꝓmittenti ꝙ in yſaac benedicturus eſſet ei in ſemine. credebat etiam deum poſſe moꝛtuos ſuſcitare. Cum ergo p̄cipiebat̄ ei ꝙ occideret non erat ſpes vltra iam de ſara iam valde antiqua. q: yſaac erat iam adoleſcens poſſe habere filiuz. Et ideo cū crederet obediendū mandato dei nō reſtabat niſi ꝙ crederet reſuſcitari yſaac ꝑ quez debebat ei vocari ſemē. Uñ dicit. Et vnigenitū ſcz ſara de q̄ ſcz filio nato debebat deus pactū ꝓmiſſuz cōplere. ſicut patet Geñ. 17. Uel vnigenitū ſcz int̄ liberos. Geñ. 22. Tolle filiū tuuz vnigenitū yſaac q̄ ſuſceperat re ꝓmiſſiōes. Ad quē etiaz dictū eſt id ē rōne cuiꝰ ⁊c. ¶ Arbitrans id ē firmiter credens q: ⁊ a moꝛtuis potēs eſt deꝰ eū ſuſcitare. Hoc ḡ fuit argumentū fidei maximū. q: articulus reſurrectionis eſt vnus de maioꝛibꝰ. ¶ Deinde cū dicit. Uñ eū ⁊ in ꝑabolā accepit ⁊c. oñdit q̇d ꝑ fidē meruit. q: cū iā nō reſtaret aliud niſi imolari ipſum vocauit eum angelꝰ ⁊ arietē herentē coꝛnibꝰ loco filij imolauit. Hoc aūt fuit ꝑabola id ē figura xp̄i futuri Aries ei herēs coꝛnibꝰ int̄ vepꝛes ē humanitas ꝯfixa cruci q̄ paſſa ē. yſaac. i. diuīitas euaſit cum deꝰ vere moꝛtuꝰ ē ⁊ ſepultꝰ. Et ſic patet ꝙ iſta figura valde incomplete adequat figuratū. Accepit ḡ eū. ſ. iſaac in parabolā. i. in figurā xp̄i crucifigendi ⁊ imolandi.

## Lectio quinta.

f Jde: ⁊ de futuriſ bñdixit iſaac iacob ⁊ eſau. Fide: iacob moꝛiēs ſinglos filioꝝ ioſeph bñdixit: ⁊ adoꝛauit faſtigium virge eiꝰ. Fide ioſeph moꝛiēs ḋ ꝓfectiōe filioꝝ iſrl̄ mēoꝛatꝰ ē ⁊ ḋ oſſibꝰ ſuis mādauit. Fide moyſes natꝰ occl̄tatꝰ ē mēſibꝰ tribꝰ a ꝑentibꝰ eo ꝙ vidiſſent elegātē infantē: ⁊ nō timuerūt regiſ edictū. Fide moyſes grādis factꝰ negauit ſe eē filiū filie pharaōis: magiſ eligens affligi cum ꝑp̄lo dei tempoꝛalis peccati hr̄e iocunditatē: maioꝛes diuitias eſtimans theſauro egyptioꝛū impꝛoperiū xp̄i. Aſpiciebat enim remunerationē.

Supꝛa poſuit apl̄s exēplū ḋ fide abꝛae: hic ponit exēplū de fide iſaac iacob ⁊ ioſeph. Et ꝑ̇° de fide iſaac. Dic̄ ḡ ꝙ iſaac fide de futuriſ. i. q̄ ſe extēdebāt ad futura bñdixit iacob ⁊ eſau. Ul̄ bñdixit ḋ futuriſ. i. ꝓ futuriſ. Ul̄ bñdictiōe q̄ ſe extēdebat ad futura. Uerba ei ſua ñ hēbāt efficaciā niſi ex virtute dei ꝑ quā q̇dē bñdictiōz minoꝛ p̄latus fuit maioꝛi. Qḋ nō fuit ꝙtū ad ꝑſonas eoꝝ. ſz ꝙtū ad duos ꝑp̄l̄os q̄ ex ipis exierūt. ꝑs̄. Jn ydumeā extēdā calciamētū meū. Fuerūt ei ydumei q̄ egreſſi ſunt de eſau ſubiecti filijs iſrl̄. Jn q̄ ſignificabat̄ ꝙ minoꝛ ꝑp̄l̄us ſcz gentiū ꝑ fidē debebat p̄uenire ꝑp̄l̄m maioꝛē ſcz iudeoꝝ Mat. 8. Multi ab oꝛiēte ⁊ occidēte veniēt ⁊ recūbēt cū abꝛaā iſaac ⁊ iacob in regno celoꝛū. filij autē regni eijcient̄ in te

nebras exteriores. Iſta vero benedictio que erat de fi-
de gentiū futura ꝑ fidē facta fuit. q: reſpicit aliqd futurū
¶ Deinde cū dicit. Fide Jacob moriēs ⁊c. ꝓſequit̄ de
fide iacob. ⁊ ponit illud qđ ipſe fecit in benedicēdo duo
bus filijs ioſeph. ſicut habet̄ Gen̄. 48. vbi dicit̄ ꝙ cum
nūciatū fuiſſ3 ioſeph ꝙ pater eius egrotaret adduxit du
os filios ſuos quib⁹ iacob benedixit cācellatis manibus
in hoc preferēs effraim manaſſe quantū ad dignitatē q:
de effraim fuit dignitas regalis ſc3 ieroboā. Hec aūt be-
nedictio fuit per fidē: q: reuelatū ei fuit ꝙ ita futuꝝ erat
Que quidē benedictio referebat̄ ad populū qui egreſſ⁹
eſt ab ipis nō ad perſonas ipoꝝ. Item per fidē adorauit
faſtigiū virge ei⁹. hoc habet̄ Gen̄. 50. vbi dicit̄ ꝙ fecit
ioſeph iurare ꝙ ſepeliret eū in ſepulchro patrū ſuoꝝ. et
poſt iuramentū tanꝙ ſecurus de ꝓmiſſo adorauit ad ca-
put lectuli vt dicit lr̄a noſtra. Uel faſtigiū virge eius vt
dicūt lxx. Uel ſup faſtigiū vt habet̄ in greco Et totū hoc
poteſt ſtare q: ipē erat ſenex ⁊ ideo portabat virgā vel re
cepit ſceptrū ioſeph donec iuraſſet et anteꝙ redderet ei
adorauit nō ipam virgā nec ioſeph vt quidā male puta-
uerūt ſed ipm̄ deū inixus ad cacumē vel ſup faſtigiū vir
ge eius. Ad qđ motus fuit ex ꝯſideratiōe ꝑtātis xp̄i quā
ꝑtās ioſeph ꝑfigurabat. Ipē em̄ tanꝙ prefectus egypto
portabat ſceptrū in ſignū ꝑtātis xp̄i. ps. Reges eos in
virga ferrea. Uł ſi adorauit faſtigiū idē eſt ſenſus. q: ado
rauit xp̄m ſignificatū per virgā illā ſicut ⁊ nos adoram⁹
crucifixū ⁊ crucē ratiōe xp̄i paſſi in ipa. Unde ꝓprie non
adoramus crucē: ſed xp̄m crucifixū in ipa. ¶ Deinde cū
dicit. Fide ioſeph moriens ⁊c. ꝓſequit̄ exemplū de fide
ioſeph vbi ponit duo: que hn̄t Gen̄. vlti. vbi dixit fratri-
b⁹ ſuis Uiſitabit vos dn̄s. ⁊ mādauit oſſa ſua inde porta
ri. Unde fides ei⁹ fuit quantū ad duo. Primo q: credidit
ꝓmiſſionē factā debere ipleri per reditū filioꝝ iſrł in ter
rā ꝓmiſſiōis. Scđo q: in ipa credebat xp̄m eſſe naſcitu
rū ⁊ reſurrecturū ⁊ multos cū ipo vnde deſiderabat hr̄e
partem in illa reſurrectiōe. Et hoc eſt qđ dicit ꝙ ioſeph
moriēs fide. i. per fidē memoratus eſt de ꝓfectiōe filioꝝ
iſrael. ⁊ hoc quantū ad primū. ⁊ de oſſibus ſuis mādauit
quātū ad ſcđm. ¶ Sed quare nō fecit ſe ſtatim portari ſi
cut pater ſuus. Rn̄deo. Dicendū ꝙ hoc nō potuit q: nō
habebat tūc tantā ꝑtātem ſicut hēbat in morte pr̄is. Et
ideo tūc poterat qđ tn̄ circa mortē ſuā non potuit. Scđo
q: ſciebat ꝙ multas afflictōes debebāt ſuſtinere filij iſrł
poſt mortē eius. Et ĝ haberēt certā ſpem de liberatiōe
ſua ⁊ reditu ad terrā ꝓmiſſiōis voluit ad ſolatiū corpus
ſuū remanere cū ipis. Un̄ ⁊ moyſes tulit illud ſecū ſicut
⁊ quelibet tribus corpus pr̄is ſui. vt dicit hieron̄. ¶ De
inde cū dicit. Fide moyſes ⁊c. ꝓſequit̄ de pr̄ib⁹ qui fue
rūt ſub lege. Hoc em̄ tp̄s incepit a moyſe. Eccł. 24. Le
gē mādauit moyſes in ꝑceptis iuſticiarū. Jo. 1. Lex per
moyſen data eſt. Iſtud aūt tp̄us diſtinguit̄ in tria. ſc3 an
te exitū de egypto. in exitu ⁊ poſt exitū. Unde tria facit.
Primo em̄ oſtendit qđ factū ſit ante exitū. Scđo qđ in-
exitu ibi. Fide reliquit egyptū ⁊c. Tertio qđ in terra ꝓ
miſſiōis ibi. Quid adhuc dicā ⁊c. Circa primū duo fa-
cit. Primo em̄ oſtendit quid factū ſit in natiuitate moyſi.
Scđo qđ ipē fecit ibi. Fide moyſes ⁊c. Ubi tangit̄ hiſto
ria que ponit̄ Exođ. 1. ꝙ pharao mādauit occidi maſcu-
los ne multiplicarent̄. Scđo habet̄ ꝙ parētes moyſi vi-
dentes ipm̄ elegantē abſconderūt eū mēſibus tribus qđ
attribuit apl̄s fidei ipoꝝ. Credebāt em̄ aliquē naſcitu-
rū qui liberaret eos ab illa ſeruitute. Un̄ ex elegātia pue
ri eſtimabāt aliquā virtutē dei eſſe in illo. Ipſi em̄ erant
rudes ⁊ ruſtici ſudātes in opibus luti ⁊ lateris. Ecc. 19.
Ex viſu cognoſcit̄ vir. Ex quo habet̄ ꝙ licet fides ſit de
inuiſibilibus tn̄ per aliqua ſigna viſibilia poſſumus niti
ad ipam. Marci vlti. Sermonē ꝯfirmāte ſequētibus ſi-
gnis. ¶ Aūt ipſi hoc fecerūt ex fide nō ex affectu carnali
pat3 q: nō timuerūt regis edictū. Unde exponebāt ſe pe
riculo perſonarū qđ nō feciſſent niſi crediuiſſent aliquid
magnū futurū de puero. Math. 10. Nolite timere eos q̄
occidūt corpus ⁊c. ¶ Sed ꝯtra q: ipi poſtea expoſuerūt
ipm̄. ĝ nō ꝓpter fidem ſeruabāt ipm̄. Rn̄deo. Dicendū
eſt ꝙ expoſuerūt ipm̄ nō ad necandū ſed ne ſubriperet̄ eis.
vnde poſuerūt eū in fiſcella cōmittētes eū diuine ꝓuidē
tie. Credebāt em̄ ꝓbabiliter ꝙ fuiſſet interfectus ſi fuiſ-
ſet apud eos inuētus. ¶ Deinde cū dicit. Fide grandis
effectus ⁊c. oſtendit qđ ipſe moyſes per fide3 fecerit. Et
primo qđ fecit. Scđo oñdit ꝙ illud factū pertinebat ad fi-
dē ibi. Aſpiciebat em̄ ⁊c. Tangit em̄ hiſtoriā que habet̄
Exo. 2. vbi dicit̄ ꝙ filia pharaonis fecit ipm̄ a mr̄e pue-
ri nutriri ⁊ ꝙ adoptauit eū in filiū. Ipē aūt negauit ſe eſ
ſe filiū eius nō quidē verbo ſed facto: q: ꝯtra voluntatē
pharaonis interfecit egiptiū qui ledebat hebreū Et hoc
eſt qđ dicit grādis effect⁹ ꝑ fidē negauit ſe eſſe filiū filie
pharaonis. Quo aūt effectu hoc fecerit oñdit cū ſubdit
Magis eligēs ⁊c. In quo oñdit̄ mirabilis virtus eius.
¶ Duo em̄ ſunt que maxīe hoīes appetūt. ſ. iocūditatē
⁊ delectationē circa bona exteriora ⁊ his cōtraria maxīe
fugiūt. ſ. dolorē ⁊ afflictionē que opponit̄ primo. paup-
tatē ⁊ abiectionē que opponit̄ ſcđo. Iſta aūt duo elegit
moyſes. ſ. q: ꝑpoſuit dolorē ⁊ afflictionē iocūditati pec-
cati tp̄alis que. ſ. ſemꝑ eſt cū peccato. Itē paupertatē ꝑ-
poſuit diuitijs ꝓpter xp̄m Prouer. 16. Melius eſt hūi
liari cū mitibus ꝙ diuidere ſpolia cu3 ſupbis. ps. Elegi
abiectus eſſe in domo dei mei magꝭ ꝙ habitare in taber
naculis pctoꝝ. ¶ Quantū ĝ ad primū dicit. Magis eli-
gēs affligi cū populo dei. ſ. quē pharao affligebat ꝙ ha
bere iocūditatē peccati tp̄alis. i. trāſitorij. Qđ fuiſſet ſi
cū egyptijs affixiſſet filios iſrł. ¶ Quantū aūt ad ſcđm
ſc3 ꝙ ꝑelegit pauptatē dicit. Maiores diuitias eſtimās
iproperiū xp̄i. i. ꝓ fide xp̄i. Eađ em̄ eſt fides antiquoꝝ ⁊
nr̄a. Uel iproperiū xp̄i. qđ ſc3 ſuſtinuit a fratribus ſuis
cui dictū eſt. Nūquid interficere tu me vis ſicut occidi-
ſti heri egyptiū? Qđ iproperiū fuit figura ꝙ xp̄s ſuſci-
pere deberet improperiū a iudeis. ps. Improperiu3 ex-
pectauit cor meū ⁊ miſeriā. Maiores aūt diuitias credi
dit eſſe duo ꝑdicta theſauris egyptioꝝ. Eſaie. 33°. Di-
uitie ſalutis ſapiā ⁊ ſciā. ¶ Deinde cū dicit. Aſpiciebat
em̄ ⁊c. oñdit ꝙ ꝑdicta fctā moyſi pertinebāt ad fidē xp̄i.
Sciendū eſt aūt ꝙ quedā ſūt ſm̄ ſe bona ⁊ delectabilia.
qđā aūt ſm̄ ſe triſtia ⁊ mala. Mala aūt null⁹ ꝓpt̄ ſe ꝑeli
git: ſed ꝓpter finē ſicut infirm⁹ ꝑeligit potiōnē amarā ⁊
triſtia delectabilibus ratiōe alicui⁹ maioris boni qđ per
hoc pōt ꝯſequi. Et ſic ſancti ꝓpter ſpē finis vltimi et̄ne
felicitatis ꝑeligūt afflictiōes ⁊ pauptatē diuitijs ⁊ volu
ptatibus: q: per iſta impediunt̄ a ꝯſecutiōe finis ſperati
Mat. 5. Bti eritis cū maledixerīt vobis hoīes ⁊ ꝑſecuti
vos fuerīt ⁊c. Et ſequit̄. Gaudete ⁊ exultāte qm̄ merces
vr̄a copioſa eſt in celis. Gen̄. 15. Ego ꝓtector tuus ſū ⁊
merces tua magna nimis. Et iđ dicit ꝙ hoc faciebat: q:
aſpiciebat oculo. ſ. fidei in remunerationē quā. ſ. ex hoc
ſperabat. Unde fides eſt ſubſtātia ſperandaꝝ reꝝ ⁊c.

## Lectio ſexta.

f Ide: reliqt egyptū, nō verit⁹ aīoſi
tatē regis. Inuiſibilē ei tāꝙ vidēs
ſuſtinuit Fide: celebrauit paſcha ⁊
ſanguis effuſionē ne q̄ vaſtabat ꝑmitiua tā
geret eos. Fide: trāſierūt mare rubrū tanꝙ
per aridā terrā. qđ experti egyptij deuorati
ſunt. Fide: muri hierico corruerūt circuitu
dieꝝ ſeptē Fide: raab meretrix nō perijt cū

incredulis excipiēs exploratores cū pace.
Supra poſuit apl's fidem moyſi quantū ad id qđ fecit in
egypto: hic quantū ad id qđ fecit in exitu de egypto. Et
circa hoc facit tria. Primo eīn oſtendit q̇d fecerit in exi-
tu de egypto. Scđo oſtendit modū exeūdi ibi. Fide cele
brauit ⁊c. Tertio q̇d per fidē factū eſt cū populo infideli
ibi. Fide raab ⁊c. Dicit ergo ꝙ moyſes fide. i. per fidē
reliquit egyptū. Sicut aūt habet̃ Exod. 2. Primo fugit
de egypto interfecto egyptio. Scđo aūt exiuit qñ fil' oēs
filios iſrl' eduxit. Glo. aūt exponit de ſcđo exitu: q̄ ſequi
tur. Nō veritus aīoſitatē. i. indignationē regis. In p̄io
eīn exitu legit̃ exod. 2. eū timuiſſe. Prouerb. 14. Iracū
diā regis inutilis ſuſtinebit. In ſcđo ꝟo nō timuit Pro
uer. 28. Juſtus q̄ſi leo ꝯfidēs abſq̄ terrore erit. Pōt tñ
referri ad primū. ¶ Sed nunq̇d tūc nō timuit? Rñdeo.
Dicendū eſt ꝙ in timore duo ꝯſiderāda ſūt. Unū qđ ali-
qñ pōt eſſe vituꝑabile. ſ. qñ ꝓpter timorē facit aliq̇d nō
faciendū. vel dimittit faciendū. Et ſic nō timuit moyſes
q̄ ꝓpter timorē nō dimiſit iuuare frēs ſuos. Aliđ eſt qđ
pōt eſſe laudabile qñ. ſ. ſalua fide refugit periculū ꝓpter
timorē inſtantē Mat. 10. Cū perſequent̃ vos in ciuitate
iſta fugite in aliā. Si eīn aliq̄s ſalua honeſtate ſua poſſꝫ
vitare periculū ⁊ nō vitaret ſtultus eſſet. ⁊ tēptaret deū
qđ eſt dyabolicū. Et ſic ieſus ceſſit volētibus ip̄m lapi-
dare nec ad ſuggeſtionē dyaboli voluit ſe p̄cipitare Ita
et moyſes ꝯfidens de diuino auxilio fugit ꝓpter timorē
regis ad tp̄us. Et ꝓbat ꝙ hoc fecit ex fide q̄ fides eſt de
inuiſibilibꝰ. ⁊ iſte ſuſtinuit. i. expectauit deū inuiſibilē ⁊
eiꝰ adiutoriū tanq̄ vidēs. p̄s. Confortet̃ cor tuū ⁊ ſuſtie
dñm. 1. thym. 1. Regi aūt ſeculoꝝ īmortali inuiſibili ⁊c̄
Moyſes eīn in vtroq̄ exitu expectabat dei adiutorium.
Uñ in primo dicit exod. 2. Deus pr̄is mei adiutor meꝰ.
In ſcđo vero Exod. 14. Uos tacebitis ⁊ dñs pugnabit
ꝓ vobis. ¶ Deinde cū dicit. Fide celebrauit paſcha ⁊c.
oñdit q̇d fecerit quantū ad modū tranſeūdi. Et p̄ᵒ ponit
illud qđ fuit factū ad p̄parationē trāſitus. Scđo quantū
ad ip̄m tranſitū ibi. Fide trāſierūt. Tertio quantū ad id
qđ per fidē factū fuit. quantū ad introitū terre ꝓmiſſiōis
ibi. Fide muri ⁊c. Quantū ad primū ponit hiſtoriā q̄ ha
bet̃ exod. 12. Ubi dñs mādauit illis añ exitū filioꝝ iſrl'.
ſ. eadē nocte īmolari agnū ⁊ de ſanguīe eiꝰ vtrūq̄ poſtē
⁊ ſupliminate liniri. Carnes eiꝰ aſſas cū azimis ⁊ lactu-
cis agreſtibꝰ comedi cū multis alijs que obſeruāda erāt
vt ibi hꝫ videri. Et hoc vocabat̃ paſcha. ſ. eſus agni ⁊ ef
fuſio ſanguīs que duo cōcurrebāt ad tranſitū illū quē fa
cturi erāt in ꝓxīo. Dicit̃ aūt paſcha a paſchin grece qđ
grece eſt paſſio. vel a phaſe qđ hebraice idē eſt qđ tranſi
tus. In hoc aūt figurabat̃ ꝙ xp̄s per paſſionē trāſiuit ex
hoc mūdo. Jo. 13. Ut trāſeat ex hoc mūdo. Itē ꝙ nos ꝑ
meritū mortis eiꝰ a terrenis ad celeſtia ab inferno tranſi
mus ad celū. Eccl'. 24. Trāſite ad me oēs q̄ ꝯcupiſcitis
me. Qđ quidē fuit ꝑ virtutē ſanguīs xp̄i. ꝸ. 10. Hñtes
itaq̄ fiduciā frēs in īıtroitu ſcōꝝ in ſanguīe xp̄i. Fuit aūt
in illa paſcha duplex trāſitus. Unus q̊ trāſibat dñs ꝑcu
tiēs egyptios. aliꝰ q̊ ppl's trāſibat. Sic etiā ſanguīe xp̄i
q̊ eſt agnus īmaculatꝰ dñt liniri poſtes fideliū. ītellectꝰ
ſ. ⁊ affectꝰ. Dicit ğ Fide. i. per fidē celebrauit paſcha. i.
eſū agni ⁊ ſanguīs effuſionē ad liniendū poſtes domoꝝ.
Et q̄re hoc faciebat? Ne ſ. q̊ vaſtabat p̄mogēita egyptio
rū tangeret eos. p̄s. Percuſſit oē p̄mogenitū in t̃ra egy
pti. ¶ Sed querit̃ q̊ꝝ miſterio hoc factū ſit. vtrū. ſ. bono
rū vel maloꝝ angeloꝝ q̄ videt̃ ꝙ per malos. p̄s. Immiſ
ſionē per angelos malos. Rñdeo. Dicendū eſt ꝙ nō eſt
īcōueniēs de q̇buſcūq̄ intelligat̃ ¶ Uñ ſciendū eſt ꝙ pe
naꝝ inflictio fit interdū ꝑ bonos angelos. Sic eīn dicit
dyonit̃. 4. ca. de di. no. punire malū nō eſt malū. ſꝫ ma-
lū facere eſt malū. Punitio eīn eſt opus iuſticie ſicut pꝫ
de angelo q̊ ꝯtriuit caſtra aſſyrioꝝ. Eſa. 37. q̊ credit̃ fuiſ
ſe bonꝰ angelꝰ. Uñ talis punitio indifferēter fit ꝑ bonos
⁊ malos. ſꝫ differēter a bono ⁊ a malo: q̄ bonꝰ nō punit
niſi exercēdo iuſticiā diuinam in malos. Et in ſcriptura
oꝑatio dyaboli attribuit̃ deo cuiuſmōi eſt hec. Malꝰ an
tē ⁊ ſi obſequat̃ diuine iuſticie. tñ nō eſt ex intentiōe hoc
agit ſꝫ ex ꝑuerſitate volūtatis ſue affligit bonos ⁊ malos
⁊ libētius bonos ſi ꝑmittat̃. ſicut pꝫ de iob. Iſte ğ ange
lus q̊ dixit moyſi trāſibit dñs ꝑcutiēs egyptū bonus an
gelus fuit cū ip̄e aliqñ loquat̃ in ꝑſona ſua Bono aūt an
gelo aliqñ ſubmīſtrat ſpūs neq̄. vñ adhibitū fuit ibi mi
niſteriū eius male ⁊ ꝑuerſe volūtatis volūtarie oꝑantis
ad cedē. Et iō dicit īmiſſionē per angelos malos. Nō ğ
tāgebat eos q̊ erāt ſanguīe ſignati malus angelꝰ. t̃rore ⁊
timore dei. vtpote nō ꝑmiſſus. Bonus aūt terrebat̃ ad-
mirādo virtutē dei. ¶ Deinde cū dicit. Fide trāſierūt ⁊c̄
oñdit q̇d egit in ip̄o trāſitu. Et p̄ᵒ oñdit hoc. Scđo oſtē
dit ꝙ illud ꝑtinebat ad fidē ibi. Qđ exꝑti ⁊c. Dicit ğ ꝙ
fide. i. per fidē trāſierūt mare rubrū tanq̄ per aridā terrā
Duo eīn ibi per fidē facta ſūt Unū qđ hō fecit. ſ. ꝙ cōmi
ſerūt ſe ad trāſeūndū qđ nō fuit niſi per fidē. Aliud fuit
ex ꝑte dei. ſ. ꝙ aque fuerūt eis ꝓ muro. Hoc aūt fuit per
fidē. Oꝑatio eīn miraculoꝝ attribuit̃ fidei. Math. 17.
Si hūeritis fidē ſicut granū ſynapis ⁊ diceꝭ mōti huic
trāſi hic ⁊ trāſibit. Ergo hoc fide fcīn eſt. i. hoc meruit fi
des. Et hoc habet̃ exo. 14. ⁊. 15. ¶ Deīde oñdit ꝙ hoc
ꝑtinet ad fidē q̄ egyptij hoc exꝑti. i. volētes experiri de
uorati ſūt q̄. ſ. nō habuerūt fidē exo. 15. ¶ Deinde cū di
cit. Fide muri hierico ⁊c. agit de eo qđ per fidē factū eſt
in introitu terre ꝓmiſſiōis. De hoc habet̃ ioſ. 6. vbi dr̄
ꝙ ad mandatū dñi ſacerdotes ſeptē diebꝰ cū archa teſta
mēti circuierūt primā ciuitatē vltra iordanē. ſ. hierico ⁊
ſeptīa die ſeptīo circuitu muri eiꝰ corruerūt hoc fuit ali-
q̇d ex ꝑte hoīs. ſcꝫ ꝙ ex mādato dñi circuierūt credētes
mandatū dñi debere īpleri. Aliq̇d aūt ex ꝑte dei. ſ. ꝙ ſic
ad circuitū eoꝝ muri corruerūt. ¶ Moralit̃ hierico inter
ꝓtat̃ luna ſiue defectꝰ ⁊ ſignificat mūdū iſtū. Muri eiꝰ
ſunt īpedimēta q̇bus aliq̄s detinet̃ in mūdo. Per bucci
nas q̇bus leuite ⁊ ſacerdotes intonabāt: vox p̄dicatoꝝ ſi
gnificat̃. Per circuitū ſeptē dieꝝ totus deſignat̃ decur-
ſus p̄ñtis tp̄is q̊ per ſeptē dies cōplet̃. Per que dat̃ in-
telligi ꝙ oīa īpedimēta mūdi cadūt ad ꝯtinuā vocē p̄di
catiōis. 2ᵉ. coꝝ. 10. Arma militie nr̄e nō ſūt carnalia: ſꝫ
potētia deo ad deſtructionē munitionū ꝯſilia deſtruētes
⁊ oēm altitudinē extollentē ſe aduerſus ſciāꝫ dei. ¶ De
inde cū dicit. Fide raab meretrix ⁊c. oñdit q̇d factū ſit ꝑ
fidē ab aliq̊ de populo infideli. ſ. a raab de qua ioſ. 5. et
6. Cūꝫ eīn ioſue miſiſſet exploratores ad explorandū hie
rico ip̄i euaſerūt auxilio iſtius mulieris q̊ dr̄ meretrix. i.
ydolatra. Uel ad lr̄am meretrix erat ad quā ingreſſi ſūt
nō ad peccādū ſꝫ ad latendū. Domus eīn taliū patēt ma
xime de nocte. Iſti etiā venerāt de nocte. Domꝰ etiā eiꝰ
ꝯiūcta erat muro. Meretrices aūt abſq̄ exceptiōe accipi
unt indifferēter. ⁊ iō melius poterāt apud eā occultari.
Iſta ğ per fidē liberata fuit. Uñ dicit. Raab meretrix fi
de. i. ꝑ fidē recipiēs exploratores cū pace nō perijt cū in-
credulis q̊ corꝑaliter perierūt q̄ exploratores iurauerāt
ei ip̄am liberare ⁊ omnē domū patris ſui. qđ ⁊ fecerunt.
¶ Quare aūt magꝭ declinauerīt ad ip̄aꝫ pōt dici vt ip̄a
minꝰ poſſet inculpari indifferēter omnes recipiēs. Nec
erat ꝯueniēs vt ſalus ip̄oꝝ fieret alicui ſaluāti ip̄os occa
ſio mortꝭ. in hoc aūt ꝙ ip̄a ex receptiōe ip̄oꝝ liberata eſt
deſignat̃ ꝙ recipiētes predicatores euangelij liberant̃ a
morte eterna. Math. 10. Qui recipit ꝓphetā in nomi-
ne ꝓphete mercedē ꝓphete accipiet.

## Lectio ſeptima.

T quid adhuc dicam. Deficiet enī
e me tempus enarrantē: de gedeon.
barach. ſamſon. iepte. dauid. ſamuel. ⁊ ꝓphetis qui per fidem vicerunt regna operati ſunt iuſticiã. adepti ſunt repromiſſiones. Obturauerunt ora leonum. extinxerunt impetū ignis. Effugauerūt aciem gladij. conualuerūt de infirmitate: fortes facti ſunt in bello. Caſtra verterunt exterorum. acceperunt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos.

Supra poſuit apoſtolꝰ ea que facta ſunt a patribus per fidem ante introitū ⁊ in ipſo introitu terre ꝓmiſſiōis: hic accedit ad narrandū exempla illoꝝ qui fuerūt in ipſa terra promiſſiōis. que quia multa ſunt ideo breuiter premiſſis noībus patrū ponit in generali precipua facta ipſoꝝ: ponens cauſam illius breuitatis. Et circa hoc facit tria. Primo ponit noīa patrū: ⁊ cauſam quare breuiter vult eoꝝ facta pertranſire. Secūdo oſtendit quid fecerūt per fidem ibi. Qui per fidē vicerūt ⁊c. Tertio quid per fidē receperūt ibi. Adepti ſunt ⁊c. Dicit ergo. Quid adhuc dicã? Quaſi dicat. Perueni vſqꝫ ad tempus introitus terre ꝓmiſſionis: in quo pauca reſpectu dicendoꝝ dicta erant. Remanēt enī tot dicenda ꝙ nō poſſent explicari Deficiet enī tempus me enarrantē. id eſt ſi velim enarrare non ſufficiet mihi tempus epl'aris enarratiōis: que debet eſſe ſuccincta. Unde hieronymꝰ ad paulinū. 6°. cap. Neqꝫ enī epiſtolaris anguſtia longius euagari patiebat̄. Uel tpūs vite capit̄ hic. Iſto modo loquit̄ Ioh. vlti. Sunt quidē alia multa que fecit ieſus ⁊c. vbi dicit glo. ꝙ loquit̄ yperbolice. Nec tamen eſt falſum: ſed eſt figuratiua locutio. ps. Ubi nos habemꝰ annūciaui ⁊ locutus ſum multiplicati ſunt ſuper numerū. Dicit littera hieronymi. Si annūciare voluero plura ſunt q̄ narrari queãt. ¶ Sciendū tamen ꝙ aliqui iſtoꝝ aliqua mala fecerūt. ⁊ aliqua bona. vnde nō numerant̄ hic niſi quantū ad bona que fecerūt vel receperūt. Tamen ꝓbabile eſt ꝙ oēs fuerint finaliter ſancti exquo aplus nomīat eos in cathalogo ſanctoꝝ. Primo ergo ponit gedeonem de quo Iudic. 6°. quē premittit ⁊ quia nihil mali fecit. ⁊ qr fecit factū multū inſigne. ⁊ forte etiã quia accepit maximū ſignū incarnatiōis xp̄i in vellere ⁊ rore. De quo dicitur in ps. Deſcendit ſicut pluuia in vellus. Secūdo ponit barach. de q̄ Iudic. 4. Qui nō fuit ita inſignis ſicut gedeon. cui etiã illa victoria nō fuit reputata ſed magis mulieri. ⁊ iō forte poſtponit ipm. Tertio ponit̄ ſamſon. de quo Iudic. 13. De quo ſpecialiter videt̄ ꝙ non deberet hic numerari: quia in morte peccauit interficiēdo ſe. Auguſti. autē. 1. de ciui. dei dicit ꝙ excuſat̄ quia credit̄ hoc feciſſe mandato dei. cuius ſignū eſt: quia nō potuiſſet domū tantã ꝓpria virtute ſubuertere: ſed virtute dei que nō adiuuat ad malum. Quarto ponit iepte: de quo Iudic. 11°. Iſtū poſtponit ſamſon quia nō fecit tot facta inſignia ſicut ille. ¶ Dubitat̄ autē de iepte ſi immolãdo filiã ſuam ex voto peccauerit. videt̄ ꝙ nō: quia dicit̄ ibi. Irruit ſpiritus dn̄i in iepte. Et poſt hoc ſequit̄ votū ſuū ⁊ victoria. Contra. Dicit hieronymus ꝙ fuit in vouendo indiſcretus ⁊ in reddēdo impius. Reſpondeo. Dicēdū eſt ꝙ fuit ibi aliquid a ſpiritu ſancto. ſcꝫ motus ad vouendū in generali ꝙ ſcꝫ īmolaret quicquid occurreret ſibi īmolabile. aliquid autē ex ꝓprio ſuo ſpiritu. ſcꝫ ꝙ immolauit qđ non debuit ⁊ in hoc peccauit: ſed poſt penituit. Similiter gedeon peccauit faciēdo ephot ⁊ in temptando deū in petitiōe ſigni in vellere ⁊ poſtea penituit ſicut ⁊ dauid de quo ſubdit dicēs: Et dauid ⁊ ſamuel de quibus ſcꝫ in libris regū agit̄. Et alijs ꝓphetis de quibus ſi vellē dicere tempus deficiet. ¶ Sed tunc queſtio eſt vtrū omnes iſti qui dicti ſunt fuerūt ꝓphete. Reſpōdeo. Dicendū eſt ꝙ ſpūſſanctus mouet mentē ꝓphete ſicut agens principale mouet inſtrumentū ſuū. Poteſt autem ſpūſſanctus mouere ad tria. ſcꝫ ad cognoſcendū. ad loquēdū. ⁊ ad faciendū. Et quodlibet iſtoꝝ dupliciter. Ad cognoſcendū. ſcꝫ quãdoqꝫ cū intellectu eius qđ videt̄ ſicut fuit yſaac ⁊ alij ꝓphete. vnde dicti ſunt videntes. 1. Regū. 9. Qui hodie dicit̄ propheta olim dicebat̄ videns. Aliquãdo autē ſine cognitiōe eius qđ videt̄ ſicut patet in ſomnio pharaonis ⁊ in viſiōe balthaſar. Ad loquendū etiã mouet dupliciter. quãdoqꝫ ad ſciendū id de quo loquit̄ ſicut patet de dauid. qn̄qꝫ autē neſcit ſicut caypbas ⁊ forte etiã balaam. Similiter etiã quãdo mouet ad faciendū ⁊ ſcit quid facit. ſicut hieremias qui abſcōdit lumbare ſuū ſuper eufraten. Quãdoqꝫ aūt neſcit ſicut dicit aug'. ſuper Ioh. de militibus qui diuiſerūt ſibi veſtimenta xp̄i. non tamē cognoſcebant myſteriū ad qđ illa diuiſio ordinabat̄. Hoc eſt ergo de ratiōe ꝓphete ꝙ cognoſcat illud qđ videt. vel dicit. vel facit. Quãdo autē non cognoſcit nō eſt vere ꝓpheta ſed participatiue tantū. Et ſic dicit iohãnes caypbã ꝓphetaſſe: quia habuit aliquid ꝓphetie. Iſte aūt motus ſpūſſancti dicit̄ inſtinctus ſcđm auguſtinū. ¶ Deinde cū dicit. Qui per fidem vicerūt regna ⁊c. oſtendit quid ſancti de quibus locutus eſt fecerūt. ⁊ primo oſtendit hoc in generali. Secūdo deſcendit ad quedã ſpecialia ibi. Obturauerūt ora leonū ⁊c. Primo autē ponit facti ipſoꝝ meritū. Secūdo premiū. ibi. Adepti ſunt ⁊c. Circa primū ſciendū eſt ꝙ inter oēs actus exteriores virtutū moraliū actus fortitudinis ⁊ iuſticie vident̄ eſſe precipui: quia maxime pertinēt ad bonū cōmune. Per fortitudinē enī reſpublica defendit̄ ab hoſte. per iuſticiã vero cōſeruat̄. Unde apoſtolus ex vtroqꝫ actu cōmendat ſanctos patres Ab actu quidē fortitudinis cū dicit ꝙ iſti per fidē vicerūt regna id eſt reges vel etiã regna ipſoꝝ. ſicut dauid ⁊ ioſue. Nihilominus tamē ſancti ſpūaliter per fidē vicerūt regna ſcꝫ regnū dyaboli de quo Iob 41. Ipſe eſt rex ſuper vniuerſos filios ſuperbie. Item carnis. Rom. 6. Non ergo regnet peccatū in veſtro mortali corpore. Itē regnū mūdi Ioh. 18. Regnū meū non eſt de hoc mūdo. Iſti autē vincūt per fidē. 1ͤ. Io. 5. Hec eſt victoria que vincit mūdum fides noſtra. Nullus enī poteſt preſentia cōtemnere niſi ꝓpter ſpem futuroꝝ bonoꝝ. Per cōtemptū enim principaliter vincit̄ mundus. Et ideo quia fides oſtēdit nobis inuiſibilia ꝓpter que cōtemnit̄ mūdus. ideo vincit mundū fides noſtra. Ab actu autē iuſticie cōmendat eos cū dicit. Operati ſunt iuſticiã. Aliquãdo autē iuſticia eſt virtus generalis quãdo ſcꝫ obedit legi diuine. ps Iuſtus dn̄s ⁊ iuſticias dilexit. Et. 2. macha. 9. Iuſtū eſt ſubditū eſſe deo. 1ͤ. Ioh. 3. Qui iuſticiã facit iuſtus eſt. Aliquãdo autē eſt virtus ſpecialis ⁊ iſta cōſiſtit in actionibus ⁊ cōicationibus humanis. quãdo ſcꝫ reddit quis vnicuiqꝫ qđ ſuū eſt. Utrãqꝫ autē iuſticiã habuerūt ſancti Eſaie. 54. Hec eſt hereditas ſeruoꝝ dei ⁊ iuſticia apud me dicit dn̄s Eccl'. 1. Concupiſcēs ſapientiã ſerua iuſticiã. ſcꝫ obediendo mãdatis. Item ipſam exercendo in populo. ps. Feci iudiciū ⁊ iuſticiã in oī tpe. ¶ Deinde cū dicit Adepti ſunt ⁊c. oñdit q̇d receperūt qr adepti ſūt repromiſſiones. Promiſſio enī dei efficax eſt qr nūq̄ deficit deus in ꝓmiſſis. Ro. 4. Quecūqꝫ ꝓmiſit deus potens

eſt ⁊ facere. p̄s. Fidelis deus in omnibus verbis ſuis.
¶ Sed contra. Supra eod̄. Juxta fidē defuncti ſunt nō
acceptis repromiſſionibus. Reſpondeo. Dicendū eſt ꝙ
illud quod hic dicit̄ tripliciter poteſt intelligi. Uno mo
do ꝙ promiſſio dei ſit illa ſpecialis qua ꝓmittit ſanctis
vitaꝫ eternā. Et iſtam nullus accepit ante aduentū xp̄i.
Rom̄.15. Ad cōfirmandas ꝓmiſſiones patrū. Secūdo
pro ꝓmiſſione de terra promiſſiōis habenda. Et iſtā nō
acceperūt priores patres. ſcꝫ abraā yſaac ⁊ iacob. ſed tā
tū patres poſteriores ſicut ioſue ⁊ alij ſancti. Tertio pro
promiſſiōe particulari ꝙ ſcꝫ vnicuiqꝫ ꝓmiſſū fuit ſicut
dauid regnū ⁊ ezechie ſanitas. Et iſtas ꝓmiſſiones cō-
ſecuti ſunt. ¶ Deinde cū dicit. Obturauerūt ora leonū
⁊c. ponit quedā particularia beneficia aliquibus collata
Et primo que pertinēt ad remotionē mali. Secūdo illa
que pertinēt ad executionē boni ibi. Fortes facti ſunt in
bello ⁊c. Malū autē nociuū hoīs eſt duplex. Unū ex-
terius ⁊ aliud interius. Secundū ponit ibi. Conualue-
rūt ⁊c. Exterius autē malū eſt duplex. quia aut illatū eſt
a creatura irratiōali aut ratiōali. Secundū ponit ibi. Ef
fugauerūt ⁊c. Ab irratiōali duplex. ſcꝫ vel ab inanima-
ta vel ab animata. Nocumentū illatū ab inaīata tangit
ibi. Extinxerūt impetū ⁊c. ¶ Quantū ꝙ̄ ad aīata dicit.
Obturauerūt ora leonū. Loquit̄ autē in plurali licet nō
fuerit niſi vnus ſcꝫ daniel. ſicut etiā dicit̄ Math. 2. De-
functi ſunt eīn qui querebāt animā pueri. Nullus auteꝫ
tūc querebat xp̄m occidere niſi ſolus herodes. Cuius ra
tio eſt. qꝛ loquit̄ de oīnibus ſanctis cōmuniter quaſi de
vno collegio ſanctoꝝ. Et qd̄ vnus facit imputat̄ alijs et
etiā omnibus qd̄ fit per virtutē ſpirituſſancti que eſt cō-
munis oīnibus. Unde etiā in iſto contextu loquit̄ tanꝙ̄
de pluribus. Poteſt etiā dici ꝙ hoc completū eſt in da-
uid qui ſicut ipe dicit. 1. Regū. 17. Leonē ⁊ vrſuꝫ inter
feci. Et etiā ſamſon Judic. 14. Per leonē autem ſpiri-
tualiter intelligitur dyabolus. 1ᵉ. Petri. 5°. Aduerſa-
rius veſter dyabolus ⁊c. Qui ergo inſultus eius repri
mit os leonū obturat. Job. 29°. Conterebā molas ini-
qui ⁊ de dentibus eius auferebā predā. ¶ Nocumentū
a re inanīata remouet cū dicit. Extinxerūt impetū ignis
ſicut habet̄ de tribus pueris in Dan̄. 3. Jtem ad preces
moyſi ⁊ aaron extinctus eſt ignis qui miſſus a dn̄o deuo
rabat populū murmurantē. ſicut patet Nume. 11. ⁊ 16.
Jgnis iſte eſt interior motus cōcupiſcentie vel ire. Qui
ergo refrenat illū motū extinguit impetū ignis. p̄s. Su
percecidit ignis ⁊ nō viderūt ſolem. ¶ Remotionē no-
cumēti per rationalē creaturā illatā tangit cū dicit. Effu
garūt aciem gladij. id eſt aciē hoſtis cū gladijs acutis.
Hoc autē frequētiſſime factū fuit per ip̄os. ſicut patet de
ioſue gedeon ⁊ dauid. Per gladiū autē mala ſuaſio in-
telligit̄. p̄s. Lingue eoꝝ gladius acutus. Jſtos gladios
fugat qui malā linguā tacere facit. Ecc. 28. Sepi aures
tuas ſpinis ⁊ noli audire linguā nequā. Prouerb. 25.
Uentus aquilo diſſipat pluuias: ⁊ facies triſtis linguaꝫ
detrahentē. ¶ Nocumentū interius eſt infirmitas de cu
ius remotiōe dicit. Conualuerūt de infirmitate ſicut ſpe
cialiter apparet de ezechia. 4. Regū. 20. ⁊ Eſaie. 38°.
Jſta autē infirmitas eſt peccatū. p̄s. Miſerere mei domi
ne quoniā infirmus ſum. Conualeſcit ergo qui reſurgit.
¶ Deinde cū dicit. Et fortes facti ſunt ⁊c. ponit benefi-
cia quantū ad aſſecutionē boni. ⁊ ponit tria. Primū per
tinet ad hoc ꝙ fortiter egerūt. Unde dicit. Fortes facti
ſunt in bello ſicut patet de ioſue Eccľ. 46. Fortis in bel
lo ieſus naue ſucceſſor moyſi in ꝓphetis ⁊c. Sic patet
etiā de multis alijs, Secūdum pertinet ad effectū illius
fortitudis. Unde dicit. Caſtra verterūt exteroꝝ. Sicut
patet de machabeis ⁊ de dauid. p̄s. Si ꝯſiſtant aduerſū
me caſtra nō timebit cor meū. Sed tertiū pertinet ad ef-
fectū fortitudinis diuine. Unde dicit. Acceperūt mulie
res de reſurrectiōe mortuos ſuos. id eſt per reſurrectio-
nē. Quod aliqui male intelligētes expoſuerūt mortuos
ſuos. id eſt viros ſuos reſuſcitatos per hoc aſſerentes ꝙ
per mortē non ſoluit̄ matrimoniū veruꝫ etiā ſi reſurgat.
Quod eſt cōtra apoſtolū. Ro. 7. Si dormierit vir eius
liberata eſt a lege viri. ¶ Unde ſciendū eſt ꝙ etiā in effe
ctibus ſacramentoꝝ eſt quedā differentia. Quedā eniꝫ
ſacramēta imprimūt caracterē ſicut baptiſmus. cōfirma-
tio. ⁊ ordo. Et quia caracter in aīa eſt perpetuo manet
Et ideo baptizatus vel cōfirmatus vel ordinatus ſi reſu
ſcitaret̄ non debet iterari aliquod illoruꝫ ſacramentoꝝ.
Alia vero ſacramēta non imprimūt caracterē ſicut peni-
tentia. extrema vnctio. ⁊ ſic de alijs: quia ſunt cōtra ali-
quid iterabile ⁊ ideo iterari poſſunt. Jnter alia autē eſt
matrimoniū ⁊ ideo nō dicit viros ſed mortuos: quia ma
tres filios ſuos mortuos receperūt per reſurrectionē quo
rū reſurrectio fuit quoddā preſagiū future reſurrectiōis
inchoate per xp̄m. De iſtoꝝ reſurrectiōe vel magis reſu
ſcitatiōe habet̄. 3. Regū. 17. ⁊. 4. Regū. 4. Tamē iſti
ſic reſuſcitati ſunt iterū mortui. xp̄us autē reſurgens ex
mortuis iam nō morit̄. Rom̄. 6. Unde reſurrectio eius
fuit initiū future reſurrectiōis. 1ᵉ. coꝝ. 15. Xp̄us reſurre
xit a mortuis primitie dormientiū. Sicut aūt iſta tempo
ralia beneficia illis data ſunt tanꝙ̄ infirmius ad ſuſten-
tationē ꝑ meritū fidei ip̄oꝝ: ita fuerūt figura futuroꝝ bo
norū q̄ nobis ex merito fidei dabunt̄. Math. vlt. Signa
autē eos qui crediderint hec ſequent̄ ⁊c. Que gregoriꝰ
exponit de bonis ſpiritualibus.

## Lectio octaua.

Lij autem diſtenti ſunt non ſuſcipi
a entes redemptionēꝫ vt inuenirent
melioꝛem reſurrectionē. Alij vero
ludibria ⁊ verbera experti inſuper ⁊ vincu
la ⁊ carceres. lapidati ſunt. ſecti ſunt. tem-
ptati ſunt. in occiſione gladij mortui ſunt.
Circumierunt in melotis in pellibus capri
nis: egentes. anguſtiati. afflicti. quibus di-
gnus non erat mūdus. in ſolitudinibus er-
rantes. in montibus ⁊ ſpeluncis: ⁊ in cauer
nis terre. Et hi omnes teſtimonio fidei ꝓ-
bati: nō acceperunt repromiſſionē. deo pro
nobis melius aliquid prouidente: vt non ſi
ne nobis conſumarent̄.

Supra poſuit apoſtolꝰ exempla ſanctoꝝ patrū antiquo-
rum qui multa ⁊ magna fecerūt propter fidem: hic ponit
exempla illoꝝ qui multa ꝓpter fidem paſſi ſunt. Et cir-
ca hoc facit duo. Primo eīn oſtendit quomō paſſi ſunt
ꝓpter fidem. Secūdo oſtendit quomō promiſſiones eis
facte dilate ſunt ⁊ quare ibi. Et hi oīnes teſtimonio ⁊c.
Circa primū duo facit. quia primo ponit mala ab alijs
eis illata. Secūdo mala propria volūtate aſſumpta ibi.
Circuierūt in melotis ⁊c. Ab alijs aūt illata ſunt eis ma
la dupliciter. qꝛ quedā in vita: quedā vero in morte. Et
iſta duo ponit ibi. Lapidati ſt̄ ⁊c. Jn vita vero mala tri
plicit̄ illata ſūt eis. qꝛ quedā quantū ad corꝑalē afflictio
nē. quedā quantū ad irriſionē. quedā q̄tū ad īcluſionē
Quantū ad primū dicit. Alij autē ⁊c. Quaſi dicat. Jta
dictū eſt ꝙ quidā multa bona receperūt propter fidē vel
in amotiōe mali vel in executiōe boni temꝑalis. Jn qui
bus figurabat̄ vetus teſtamentū quod conferebat bona

temporalia. Sed alij multa ꝓpter fidem paſſi ſunt quorum quidã diſtenti ſunt in eculeis ſicut dicit̃. 1. Mach. 2. ⁊. 2. Mach. 6. de pueris ſuſpenſis ad ceruices matrũ Et. 7. de ſeptẽ fratribus. In iſtis ſanctis primo figurabat̃ nouũ teſtamentũ. Unde dicit. Non ſuſcipiẽtes redemptionẽ. id eſt liberationẽ. Qui enim ſubijcit̃ pene eſt quodãmodo ſeruus pene. Et ideo liberari a pena dicitur redemptio. p̃s. Die qua redemit eos de manu tribulantis. Sed quare nõ fuerunt liberati oſtendit. quia hoc nõ fuit propter hoc quin deus haberet prouidentiã de ip̃is ſed vt inuenirẽt vitam eternã que melior eſt q̃ liberatio in quacũq; pena preſenti vel quecũq; reſurrectio vite preſentis. ⁊ ideo dicit. Ut meliorẽ inuenirent reſurrectionẽ. Job. 19. In nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum. Eſaie. 26. Uiuẽt mortui tui interfecti mei reſurgẽt Uel dicit meliorẽ. quia ex hocip̃o ꝙ maiora pro xp̃o paſſi ſunt maius premiũ recipient. Sicut eñ dicitur. 1ᵉ. corinth. 15. Stella differt a ſtella in claritate ſic erit reſurrectio mortuoꝝ. Qui eñ fuerũt maiores in merito maiores erũt in premio. Et ideo apoſtoli preferunt̃ martyribus: martyres vero oĩbus alijs. Maiores eñ merito maiores ſunt premio. Precipua vero ſũt merita martyrũ. Joh. 15. Maiorẽ hac dilectionẽ nemo habet ⁊c. Nec tamen quilibet martyr maior eſt quolibet confeſſore: ſed aliquis martyr poteſt eſſe maior aliquo cõfeſſore ⁊ ecõuerſo. aliquis cõfeſſor aliquo martyre: licet nõ vniuerſaliter. Poteſt enim comparari vnus alteri: vel quantũ ad genus operis: vel quantum ad gradus charitatis. Nullus autẽ actus quantũ eſt de ſe: eſt ita meritorius ſicut quo quis moritur propter xp̃m: quia dat illud quod habet carius. ſcilicet vitam propriã. Math. 5°. Beati qui perſecutionẽ patiunt̃ propter iuſticiã. Si vero conſideret̃ radix oĩs meriti que eſt charitas. 1ᵉ. corinth. 13 ſic opus procedens ex maiori charitate eſt magis meritoriũ. Et ſic poteſt vnus ſimplex cõfeſſor eſſe maioris meriti apud deũ. Apoſtolus autẽ loquit̃ in genere operis dicens. Ut ſcꝫ meliorẽ. id eſt maiorẽ ⁊ clariorẽ inuenirent reſurrectionẽ. Unde ly meliorẽ importat comparationẽ ſtatus preſentis vite ad futurã reſurrectionẽ. Uel comparationẽ claritatis reſurrectiõis vnius reſurgẽtis ad claritatẽ alterius. ¶ Deinde cum dicit. Alij vero ludibria ⁊c. ponit mala illis illata in vita quantũ ad irriſionem factã verbis dicens ꝙ alij experti ſunt ludibria: ſicut patet de ſamſon. Judic. 16°. de thobia ⁊ iob ⁊ eſaia. Eſaie. 50. Faciem meã nõ auerti ab increpãtibus ⁊ conſpuentibꝰ in me. Jeremias etiã dicit. Jere. 20. Factus eſt mihi ſermo dñi in opprobriũ ⁊ deriſum. ¶ Quantũ vero ad facta dicit. ꝙ experti ſunt verbera. ſicut patet de michea de quo. 3. Regũ. vlti°. ⁊. 2. Paral. 18. dicit̃ ꝙ percuſſit eum ſedechias in maxillã. In quibus oĩbus preſignabant̃ paſſiones noui teſtamenti. 1ᵉ. corinth. 4. Spectaculũ facti ſumus mũdo ⁊ angelis ⁊ hominibus. ¶ Deinde cum dicit. Inſuper ⁊ vincula ⁊c. ponit mala ſanctis illata quantũ ad incluſionẽ. Unde dicit Inſuper ⁊ vincula ſicut ieremias de quo Jere. 20. dicit̃ ꝙ poſitꝰ in neruo. Nec ſolũ vincula ſed etiã carceres ſicut ieremias. Jere. 37. ⁊. 38. Et micheas. 3. Regũ. vlti. ¶ Conſequẽter oſtendit mala illata quantũ ad mortẽ cum dicit. Lapidati ſunt ⁊c. Quod quidẽ genus mortis tunc erat cõmune apud oĩes iudeos. Math. 23. Hieruſalẽ hieruſalẽ que occidis ꝓphetas et lapidas eos qui ad te miſſi ſunt. Sic lapidatus eſt naboth. 3. Regũ. 21. Et ieremias. ſcꝫ de quo legit̃ ꝙ iudei lapidauerũt eum in egypto lapidibꝰ quos abſcõderat ſub muro latericio domus ipſius pharaonis. Et licet epyphanius dicat ꝙ fuit tractus tamen cõmuniter ponit̃ ꝙ fuit lapidatꝰ. Zacharias etiã filius ioiade fuit lapidatus. vt legitur. 2. Paral. 24°. ¶ Secundũ genus mortis inconſuetũ ⁊ crudele ponit cũ dicit. Secti ſunt. Hoc dicit ꝓpter eſaiã quem manaſſes fecit ſecari ſerra lignea. Et loquit̃ pluraliter: licet nõ fuerit niſi vnus ſcd̃m cõſuetudinẽ ſcripture ꝓpter cauſam ſupradictã. ¶ Tertiũ genus cũ dicit. Temptati ſunt vt ſcꝫ conſentirẽt. Quod dicit ꝓpter mathathiam ⁊ filios eius. 1. Macha. 2. Et propter eleazarũ. 2. Mach. 6. Et ꝓpter hiſtoriã de ſeptem fratribus. 7. cap. Et tandẽ occiderunt eos. Treñ. 4. Melius fuit occiſis gladio q̃ interfectis fame. Specialiter tamẽ vrias fuit occiſus a dauid. 2. Regũ. 11. Et ioſias. 4. Regũ. 23. ¶ Deinde cũ dicit. Circuierũt in melotis ⁊c. ponit mala volũtarie aſſumpta. Et ad iſta tria reducunt̃. ſcꝫ ad exteriorẽ cultum ad perſone ſtatũ ibi. Egentes ⁊c. ⁊ ad habitatiõis locũ. ibi. In ſolitudinibus ⁊c. Quantũ ergo ad cultũ dicit. Circuierũt in melotis ⁊ in pellibꝰ caprinis. Melota eſt veſtis facta de pilis cameloꝝ: vt quidã dicũt. Uel melius ꝙ taxus habet pellẽ hirſutã de qua fit veſtis que dicit̃ melota. Pellis caprina cũ hoc ꝙ eſt hirſuta eſt etiaꝫ vilis. Et hec dicunt̃ de helya. 4. Regũ. 1. ꝙ erat vir piloſus ⁊ zona pellicea accinctus renibus. Et de talibꝰ veſtibus dicit auguſ. in libro de ſermone dñi ꝙ poteſt eſſe in tali veſte intẽtio mala ſi quis vtat̃ ad vanã gloriã. bona autẽ ſi ad ↄtemptũ mũdi ⁊ macerationẽ carnis. Precipue autẽ qui profitent̃ ſtatũ penitentie debent oſtendere ſigna ꝓfeſſionis. Et ideo licet eis vti talibus veſtibꝰ non tamẽ ad oſtentationẽ ⁊ ſic vtebant̃ ꝓphete ¶ Quãtum autẽ ad ſtatũ perſone dicit. Egentes ꝙ carebãt diuitijs. in quo prefigurabãt ſtatum perfectiõis noui teſtamenti. de quo dicit̃ Math. 19. Si vis perfectus eſſe vade ⁊ vende oĩa que poſſides. Et hoc fuit ſpecialiter de helya qui paſtus fuit a coruis ⁊ a muliere vidua. 3. regũ 17. p̃s. Pauper ego ſum in laboribus. Idem. Egenus ⁊ pauper ego ſum. ¶ Itẽ anguſtiati ſũt ſicut patet de helya qui fugit a facie iezabel. 3. Regũ. 19°. Et de dauid qui fugit a facie abſalon. 2. Regum. 1[illegible]. ¶ Item afflicti labore corpali ſicut de helya qui dormiuit laſſus ſubter vnã iunipeꝝ. ¶ Et ſubdit. Quibus dignus nõ erat mũdus. Sicut dicit dyoniſius in epiſtola ad iohannẽ euangeliſtã. Mali aliquãdo per ea que faciũt oſtendũt indicia ſue damnatiõis. Unde dicit ꝙ per hoc ꝙ mali ſeparauerũt a ſe beatũ iohannẽ oſtendebat deus ꝙ erãt indigni ſocietate eius. Et ideo dicit ap̃lus ꝙ mũdus nõ erat dignus eis. Quaſi dicat. Q̃ mũdani non erãt digni ſocietate iſtoꝝ. Joh. 15. Ego elegi vos de mũdo ꝓpterea odit vos mũdus. ¶ Deinde cuꝫ dicit. In ſolitudinibus ⁊c. oſtendit hoc quantũ ad locũ: quia propriã manſionẽ non habebãt: ſed errabãt in ſolitudinibꝰ ⁊ in montibus ⁊ in ſpelũcis ⁊ in cauernis terre. que ſũt loca apta ad cõtemplationẽ ⁊ penitentiã. Dicitur autẽ ſpelunca que fit arte: ſed cauerna que eſt a natura vel ab aliquo accidẽte ſicut ex corroſione aquarũ. Iſta patent de dauid. 1. regũ 22. ⁊. 23. Et de helya. 3. regũ. 19. ¶ Deinde cũ dicit. Et hi omnes ⁊c. oſtendit ꝙ eis dilate ſunt ꝓmiſſiones. Et ne puteт̃ ꝙ hoc fuerit ꝓpter defectũ meriti. ideo ſecũdo deſignat rationẽ illius dilatiõis ibi. Deo pro nobis ⁊c. Dicit ergo ꝙ hi oĩes teſtimonio fidei inuenti ſunt probati. id eſt per fidẽ habent teſtimoniũ ꝙ ſunt probati. id eſt approbati a deo. 2ᵉ. coꝝ. 10°. Non eñ qui ſeip̃m cõmendat ille ꝓbatus eſt: ſed quẽ deus cõmendat Sap̃. 3. Tanq̃ auꝝ in fornace ꝓbauit eos. Et tamen nõ acceperũt ꝓmiſſiones. ſcꝫ glorie vel ꝓmiſſaꝫ vitã vſq; ad xp̃m. p̃s. Diſtuliſti xp̃m. Tpales eñ acceperũt non autẽ ſpũales. Supra eoꝝ. Defuncti ſunt nõ acceptis ꝓmiſſionibꝰ ¶ Deinde cũ dicit. Deo pro nobis ⁊c. oſtendit rationẽ

dilatiōis ex quo aliqui ſumpſerūt cauſam vel occaſionē erroris qui dicūt ꝙ nullus in paradiſuꝫ intrabit vſqꝫ ad vltimā conſumationē que erit per finalē reſurrectionē. Sed hoc eſt cōtra apoſtolū. 2e. corinth. 5. Scimus ꝙ ſi terreſtris domus noſtra huius habitatiōis diſſoluat̄ ꝙ edificationē habemus ex deo domū non manufactā: ſed eternā in celis ⁊c. Iſta ergo cōſumatio de qua loquitur apoſtolus poteſt referri ad premiū eſſentiale. ſcꝫ beatitudineꝫ que habetur per xp̄m. Michee. 2°. Aſcendit pandēs iter ante eos. Quam nō habuerūt ſancti veteris teſtamēti. Uel poteſt referri ad ſtolā corporis que nō dabitur vniuerſaliter vſqꝫ poſt reſurrectionē vniuerſalē: licet forte aliqui iam habeant ip̄am ex ſpeciali priuilegio. Non ergo ſine nobis conſumant̄: ſed perficiunt̄ duplici ſtola vt ſicut dicit glo. in cōmuni gaudio omniū maius fiat gaudiū ſingulorꝝ. Unde in hoc nobis deus ꝓuidit. Et ideo dicit. Deo pro vobis aliquid melius ꝓuidente. p̄s. Ecce q̄ bonum ⁊ q̄ iocundū habitare fratres in vnū Magis em̄ gaudet homo cū pluribus gaudentibꝰ. Gloſa. Si iſti tenuerūt fidem qui tamdiu expectauerūt regē multomagis teneamꝰ nos qui ſtatim recipimus. Luce. 23. Hodie eris mecū in paradiſo.

## Capitulū duodecimū.

i

Deoqꝫ ⁊ nos tantā habentes impoſitā nubem teſtiū: deponētes omne pondus ⁊ circumſtās nos peccatū per patientiā curramus ad propoſitū nobis certamen: aſpiciētes in auctorē fidei ⁊ cōſummatorē ieſum qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucē confuſione cōtempta atqꝫ in dextera ſedis dei ſedet Recogitate em̄ eum qui talē ſuſtinuit a peccatoribus aduerſus ſemetip̄m contradictionē vt ne fatigemini animis veſtris deficientes. Nondū em̄ vſqꝫ ad ſanguinē reſtitiſtis aduerſus peccatū repugnantes.

Supra ap̄lus multipliciter cōmendauit fidē per quā mēbra xp̄o capiti ꝯiungunt̄: hic ponit moralē monitionē exhortans vt fidē quā tenent corde: operibus demōſtrent ſicut etiā monet Iaco. ca. 2°. canonice ſue. Et primo docet qūo ſe debeant habere circa mala. Secūdo qūo debeant ſe habere circa bona. ca. 13. ibi. Charitas fraternitatis ⁊c. Eſt aūt duplex malū. ſcꝫ pene ⁊ culpe. Primo ergo docet qūo ſe debent habere circa mala penalia tolerāda. Secūdo circa mala culpe vitanda. ibi. Propter qđ remiſſas ⁊c. Ad tolerandū autē malū pene. Primo inducit exemplo antiquorꝝ Secūdo exemplo xp̄i ibi. Aſpicientes in actorē ⁊c. Tertio auctoritate ſcripture ibi. Et obliti eſtis ⁊c. Quantū ergo ad primū dicit Ideoqꝫ nos habentes tantā nubem teſtium interpoſitaꝫ ⁊c. Quaſi dicat. Ita dictū eſt ꝙ ſancti teſtimonio fidei ꝓbati: nec tamen habuerūt ꝓmiſſiones. ⁊ tamen cū hoc nō defecerūt in expectando. Ergo nos qui habemus tantā nubē teſtiū interpoſitā ⁊c. Sancti dicunt̄ teſtes dei: qꝛ verbo ⁊ facto glorificabat̄ deus per eos. Math. 5. Sic luceat lux veſtra corā hominibus vt videant opera veſtra bona ⁊ glorificēt patrē veſtrū qui in celis eſt. Eſaie. 44°. Uos teſtes mei dicit dn̄s. Dicunt̄ autē ſancti nubes. Primo ꝓpter cōuerſatiōis ſublimitatē. Eſa. 60°. Qui ſunt iſti qui vt nubes volāt ⁊c. Secūdo ꝓpter doctrine fecunditatē. Iob. 26. Qui ligat aquas in nubibus ſuis vt non erūpant pariter deorſum. Et. 36. Effundit ymbres ad inſtar gurgitū qui de nubibꝰ fluūt. Tertio ꝓpter ſpiritualis ꝯſolatiōis vtilitatē. Sicut em̄ nubes preſtāt refrigeriū ſic exempla ſcōrꝝ. Eſa. 18. Et ſicut nubes roris in die meſſis. Hanc ergo nubē teſtiū habemus interpoſitā: qꝛ ex vita ſanctorꝝ quodāmodo inducitur nobis neceſſitas ad imitandū. Iaco. 5°. Exemplū accipite fratres exitus mali ⁊ longanimitatis laboris ⁊ patiētie ꝓphetas. Auguſti. Sicut ſpūſſanctus loquit̄ in ſcriptura: ita in geſtis ſanctorꝝ que nobis ſunt forma ⁊ preceptū vite Hoc eſt ergo exemplū ſanctorꝝ quod inducit. Sed qꝛ ad cōfirmandū ſe ad aliqđ exemplar interdū ex impedimēto ſuperueniente impedit̄ homo. ideo remouet illud qđ potiſſime poteſt impedire. Illud autē eſt pondus peccati. Tribulatio autē eſt quaſi quidā agon. 1e. corꝝ. 9. Om̄is qui in agone cōtendit ab oībus ſe abſtinet. ¶ Sicut aūt in curſu ⁊ certamine oportet omnia aggrauātia deponere: ita ⁊ in agone tribulatiōis. 2e. tymoth. 4. Bonū certamen certaui curſum cōſumaui. Qui ergo in tribulatiōe vult bene ad deū currere oportꝫ impedimēta deponere. Iſta ip̄e impedimēta vocauit ap̄lus pondus ⁊ circūſtans peccatū. Per pondus aūt poteſt intelligi peccatū perpetratū quod dicit̄ pondus qꝛ animā deprimit ad infima ⁊ inclinat ad aliud. p̄s. Sicut onus graue grauate ſunt ſuper me. Grego. Peccatū qđ per penitentiā non diluit̄ mox ſuo pondere ad aliud trahit. Per circūſtans peccatū poteſt intelligi occaſio peccādi que quidē eſt in omni eo qđ circūſtat. ſcꝫ in mūdo carne. ꝓximo. demone. Deponentes ergo om̄e peccatū perpetratū quod dicit̄ pōdus ⁊ circūſtans nos peccatū. ſcꝫ occaſionē peccādi. 1e. petri. 2°. Deponētes omnē malitiā ⁊ omnē dolū. Uel pondus poteſt intelligi tediū tribulatiōis. Sic em̄ frequenter tribulatio dicit̄ onus per ꝓphetas ſicut onus damaſci. id eſt tribulatio. Quaſi dicat. Nō ſit vobis graue pati ꝓ xp̄o Circūſtans peccatuꝫ dicit̄ temptatio nobis imiſſa ex circuitu hoſtis. 1e. petri. 5°. Aduerſarius veſter dyabolus ⁊c. Uel per pondus affectio terrena. per circūſtans peccatū affectio carnalis que ſcꝫ cauſat̄ in nobis a carne circūſtante. Quaſi dicat. Deponatis affectionē tam tp̄aliū q̄ carnaliū ſi vultis libere currere Unde ſubdit monitionē dicens: Curramus per patientiā ad certamen nobis ꝓpoſitū non ſolū illatū qđ tamen ſuſtineamus patiēter. Sed nos ip̄i volūtarie curramus. p̄s. Uiam mandatorꝝ tuorꝝ cucurri. Hoc autē certamen nobis ꝓpoſitū eſt cum iuſticia. Eccl. 4. Uſqꝫ ad mortē certa ꝓ iuſticia. ¶ Deinde cū dicit. Aſpicientes ⁊c. ponit exemplū xp̄i. Et circa hoc duo facit. Primo em̄ oſtēdit quare paſſio xp̄i habenda eſt in exemplū ⁊ quid in ip̄a conſiderandū eſt. Secūdo oſtendit fructū iſtius cōſideratiōis ibi. Recogitate eū ⁊c. Sicut em̄ dicit̄ Ephe. 2°. Gratia ſaluati eſtis ꝑ fidē. Xp̄us autē eſt auctor fidei. Si ergo vis ſaluari debes intueri exemplar illud. Unde dicit. Aſpiciētes in ieſum paſſum. Hoc ſignificatū fuit per ſerpentē eneū eleuatū ꝓ ſigno in quē aſpiciētes curabant̄. Num. 21. ⁊ Io. 3 Sicut moyſes exaltauit ſerpentē in deſerto ita exaltari oportet filiū hoīs vt oīs qui credit in ip̄m non pereat ſed habeat vitā eternā. ¶ Si ergo vis ſaluari reſpice in faciem xp̄i tui. Ipſe em̄ eſt auctor fidei dupliciter. Primo eā docendo verbo. Supra. 1. Locutus eſt nobis in filio. Iohañ. 1. Unigenitus qui eſt in ſinu patris ipſe enarrauit. Secūdo eam in corde imprimēdo. Phil. 1°. Uobis donatū eſt pro xp̄o non ſolū vt in ip̄m credatis ⁊c. Item ip̄e eſt conſummatio fidei dupliciter. Uno modo ip̄am miraculis cōfirmando. Io. 10. Si mihi nō vultis credere operibus credite. Item fidē premiādo. Cuꝫ em̄ fides ſit imperfecta cognitio eius premiū ꝯſiſtit in ip̄ius cognitiōis perfectiōe. Ioh. 14. Ego diligā eū ⁊ manifeſtabo

el meipm. Hoc aūt ſignificatū fuit Zach.4. vbi dicitur.
Manus zorobabel fundauerunt domum iſtam ſcʒ eccle
ſiam cuius fundamentū eſt fides: ⁊ manus eius ꝑficient
eam ſcʒ manus chriſti: qui de genere zorobabel deſcēdit
fundat eccleſiā in fide ⁊ fidem gloria conſumat. Videmꝰ
enim nunc in ſpeculo ⁊ in enigmate: tunc autem facie ad
faciem. ꝑme Cor.13. Augꝰ pmo de trinitate ca.10. Cō
templatio eſt merces fidei cui mercedi per fidem corda
mundantur: ſicut ſcriptū eſt. Fide mundans corda eorū
¶ In paſſione eñi chriſti tria conſideranda ſunt. Primo
quid contempſit. Secundo quid ſuſtinuit. Tertio quid
promeruit. Quantum ad primum dicit. Qui propoſito
ſibi gaudio ⁊c. Iſtud autem gaudium fuit illud gaudi-
um terrenum quo a turba quam pauerat querebat vt fa-
cerent eum regem: qđ ipe contempſit fugiendo in mōtē
Jo.6. Unde Eccl.2. Riſum reputaui errorē ⁊ dixi qđ
fruſtra deciperis. Uel ꝓpoſito ſibi gaudio eterne vite ꝓ
premio: ſuſtinuit crucē. Hoc ē ſecundum ſcʒ quid ſuſti-
nuit quia crucē. Phy.2. Humiliauit ſemetipm factus
obediens vſq ad mortem: mortē autem crucis. In quo
oſtenditur: ⁊ cruciatus acerbitas qꝛ ibi affixus fuit mani
bus ⁊ pedibus. ⁊ mortꝭ vilitas ⁊ ignominia: qꝛ hoc erat
ignominioſum genus mortis. Sap.2. Morte turpiſſi-
ma condemnemus eum. Quantum autem ad tertiū ſcʒ
quid promeruerit quia ſeſſionē ad dexteram patris. Un
de dicit. Atq ad dexterā ſedis dei ſedet. Exaltatio eñi
humanitatis chriſti fuit premiū paſſionis eius. Sedet
autem ad dexteram maieſtatis in excelſis. ¶ Deinde cū
dicit. Recogitate eum ⁊c. oſtendit quis ſit fructus huiꝰ
conſiderationis. Et primo monet ad diligentem exem-
pli conſiderationem. Secundo oſtendit vtilitatem ibi.
Ut non fatigemini ⁊c. Tertio ſubdit rationem ibi. Nō
enim vſq ⁊c. Dicit ergo. Ita dictū eſt. Aſpicientes. ⁊c.
Nec hoc ſolum: ſed etiam recogitate: id eſt iterum cogi-
tate. Prouerb.3. In omnibus vijs tuis cogita illū. Et
huius ratio eſt quia in quacunq tribulatione inuenitur
remedium in cruce. Ibi enim eſt obedientia ad deum.
Phil.2. Humiliauit ſemetipm factus obediens ⁊c. Itē
pietatis affectus ad parentes. Unde ibi geſſit curam de
matre ſua. Item charitas ad proximū: vnde ibi pro trāſ-
greſſoribus orauit. Luc.23. Pater dimitte illis nō eñi
ſciunt quid faciunt. Ephe.5. Ambulate in dilectione ſi-
cut chriſtus dilexit ⁊ tradidit ſemetipſū pro vobis. Itē
fuit ibi patientia in aduerſis. ps. Obmutui ⁊ humiliatꝰ
ſum ⁊ ſilui a bonis ⁊ dolor meus renouatus eſt. Eſa.53.
Sicut ouis ad occiſionē ducetur ⁊ quaſi agnus corā ton
dente ſe obmuteſcet ⁊ non aperuit os ſuum. Item in om
nibꝰ finalis perſeuerantia. Unde vſq ad mortem perſe-
uerauit. Luc.23. Pater in manus tuas commendo ſpi
ritum meum. Unde in cruce inuenitur exemplum omis
virtutis. Auguſtinꝰ. Crux nō ſolum fuit patibulum pa-
tientis ſed etiam cathedra docentꝭ. Recogitate ergo eū
qui ſuſtinuit. ¶ Sed quid cogitandū? Tria ſcʒ genꝰ paſ-
ſionis: vnde ſuſtinuit contradictionem id eſt afflictionē
in verbis. Unde dicebant. Vah qui deſtruis templū dei
ps. Eripies me de cōtradictionibus populi. Roma.10.
Expandi manus meas ad populum non credentem ſed
contradicentem mihi. Luce.2. Et in ſignum cui cōtra-
dicetur. Et cōtradictionē talē id eſt tam grauem ⁊ igno-
minioſam. Tren. pmo. O vos omnes qui tranſitis per
viam attendite ⁊ videte ſi eſt dolor ſicut dolor meꝰ. Se-
cundo a quibus paſſus eſt quia a peccatoribus pro qui-
bus patiebatur. ꝑme Pet.3. Chriſtus ſemel pro pecca-
tis noſtris mortuus eſt iuſtus pro iniuſtis. Tertio per-
ſona patientis. Ante paſſionem enim ab origine mundi
paſſus eſt in membris ſuis: ſed tunc in propria perſona.

Unde dicit. Aduerſus ſemetipm. Eſa.46. Ego feci et
ego feram. ps. Que non rapui tunc exſoluebam. prime
Pet.2. Peccata noſtra ipe pertulit in corpore ſuo ſup
lignum. ¶ Utilitatem oſtendit cum dicit. Ut non fatige
mini. Conſideratio enim paſſionis chriſti facit nos non
deficere. Gregorius. Si paſſio chriſti ad memoriam re-
uocetur nihil adeo durum eſt qđ nō equanimiter tolerel
Unde nō deficiatis tanꝙ fatigati animo a veritate fidei
Eſa.40. Current ⁊ non laborabunt ambulabunt ⁊ non
deficient. 2. Theſ.3. Nolite deficere benefacientes.
¶ Rationē autem huius ponit dicens. Nondum enim
vſq ad ſanguinem. Quaſi dicat. Non debetis deficere
in tribulationibus veſtris pro vobis quia nondum tātū
ſuſtinuiſtis ſicut chriſtus. Ipe enim ſanguinem ſuum fu
dit pro nobis. Mat.26. Hic eſt ſanguis noui teſtamen-
ti qui pro multis effundetur. ¶ Uos aūt rapinam bono
rum veſtrorum ſuſtinuiſtis. Maius autem ē de genere
operis vitam dare ꝙ ſubſtantiā corporalē: licet aliquan-
do ex radice operis ſcilicet ex charitate poſſit eē minus
ſicut ſupra dictum ē. Unde dicit. Nōdū enim reſtitiſtis
repugnantes aduerſus peccatū vſq ad ſanguinē. ſ. fun
dendum pro xpo.

## Lectio ſecunda.

Et obliti eſtis conſolationis que vo
bis tanꝙ filijs loquit dicēs: Fili mi
noli negligere diſciplinam domini:
neq fatigeris dū ab eo argueris. Quē eniʒ
diligit dñs caſtigat: flagellat aūt oēm filiuʒ
quē recipit. In diſciplina ꝑſeuerante. Tan
ꝙ filijs vobis offert ſe deꝰ. Quis eñi filius
quē nō corripit pater? Qđ ſi extra diſcipli-
nam eſtis: cuiꝰ ꝑticipes facti ſūt oñs. ergo
adulteri ⁊ nō filij eſtis. Deinde pres qdem
carnis nr̃e eruditores habuimꝰ ⁊ reuereba
mur eos. Nō multo magis obtēperabimus
pri ſpirituū ⁊ viuemus? Et illi quidē in tē-
pore paucoꝝ dierū ſm voluntatē ſuam eru
diebant nos hic aūt ad id qđ vtile ē in reci-
piendo ſanctificationē eius. Omis aūt diſci
plina in pſenti quidē videtur non eſſe gau-
dij ſed meroris: poſtea autem fructum paca
tiſſimū exercitatis per eā reddet iuſticie.

Supra induxit apoſtolus ad mala patienter ſuſtinenda
exemplo antiquorū patrum ⁊ xpi: hic monet ad idem ex
auctoritate ſcripture. Unde circa hoc tria facit. Primo
enī ponit auctoritatem. Scđo oñdit ſenſum eius ibi. In
diſciplina perſeuerate ⁊c. Tertio arguit ad ꝓpoſitum ex
premiſſis ibi. Qđ ſi extra diſciplinam ⁊c. Ponit autem
auctoritatē que habet. Prouerb.3. ſed ſub alijs verbis
ꝙ littera noſtra habeat. Ibi enim habemus ſic. Diſcipli
nam domini fili mi ne abijcias: nec deficias cum ab eo
corripieris. Quē eñi diligit dominꝰ corripit ⁊ quaſi pa-
ter in filio cōplacet ſibi. Quia vero apoſtolꝰ inducit au-
ctoritatē iſtā cauſa cōſolationis: ideo vtitur alijs verbis
Unde dicit. Et obliti eſtis conſolationis ⁊c. Quaſi di-
cat. Mirum eſt ſi obliti eſtis. ps. Secundū multitudinē
dolorum meorum in corde meo conſolationes tue letifi-
cauerunt animam meam. Idem. In eternum nō obliui-
ſcar iuſtificationes tuas. Dicit aūt ꝯſolatiōis. i. dei con-

dolantis.⁊ eſt emphatica locutio.2.coꝛ.1.Benedictꝰ de
us et pater dn̄i nr̄i ieſu xp̄i.pater miſericordiaꝝ ⁊ deꝰ to-
tius cōſolatiōis qui conſolat̄ nos in omni tribulatiōe no
ſtra.¶ Sequit̄ Que vobis.id eſt qui deus cōſolationis
loquitur vobis tanq̄ filijs.Ergo ſi punit nō odit .ſed eiꝰ
punitio ordinatur ad bonū.quia loquit̄ vobis tanq̄ fili-
is.¶ Verba autem auctoris ponit dicēs: Fili mi ⁊c. Et
ſubdit rationē ibi Quē em̄ diligit dn̄s ⁊c.In auctorita-
te vero ꝓhibet duo.quia prohibet odiū diſcipline ⁊ im-
patientiā ad ipſam.Propter primum dicit.Fili mi noli
negligere ſicut quidā qui odiūt diſciplinā de quibꝰ dici-
tur ꝓuer.9.Noli arguere deriſorem ne oderit te Amos
5.Odio habuerunt loquentē in porta ⁊ corripientē ꝑfe-
cte abhomīati ſunt.Dicit ergo apl's.Noli negligere di-
ſciplinā dn̄i.Quaſi dicat.Cū deus te flagellat cauſa di
ſcipline:noli negligere.id eſt negligenter habere faſtidi
endo.Sap̄.3.Sapientiā et diſciplinā qui abijcit infelix
eſt.¶ Propter ſcd̄m dicit.Et ne fatigeris dum ab eo ar
gueris.Quidā em̄ ⁊ ſi correctionē durā nō odiāt tn̄ im-
patienter portant.Et ideo dicit.Ne fatigeris ⁊c. Tunc
em̄ homo ſpiritualiter fatigat̄ qn̄ ꝯtriſtat̄ intantū ꝙ de-
ficit.ſupra eodē.Vt non fatigemini animis vr̄is deficiē
tes Eccl'.6.Ne accidieris in vinculis illiꝰ.¶ Deinde cū
dicit Quē em̄ diligit dn̄s ⁊c.aſſignat cauſam.Sicut au
tē dicit ph̄us verbū caſtigatiōis cōmunit̄ accipit̄ in pue-
ris ⁊ in cōcupiſcentia.dicimus em̄ caſtū:cuius concupi-
ſcentia caſtigata eſt Similiter puer dicit̄ caſtigatus qui
eſt bene diſciplinatus,qd̄ em̄ de ſe habet ꝓnitatē ad ma
lū indiget refrenante.Talis autē eſt concupiſcētia ⁊ pu-
er que de ſe ſequunt̄ impetus ſuos.Ideo indiget caſtigā
te.Ille ḡ qui caſtigat ideo hoc facit ne tēdat in malū.Et
quia ſenſus nr̄i ⁊ cogitatio noſtra prona ſunt ad malū vt
dicitur Gen̄.8.Ideo dn̄s caſtigat nos vt retrahat nos a
malo.pſ̄.Caſtigās caſtigauit me dn̄s ⁊ morti nō tradi-
dit me Iere.31.Caſtigaſti me ⁊ eruditus ſum quaſi iuuē
culus indomitus.In hoc autē caſtigat.qꝛ flagellat non
quidem ad cōdemnntionē ſed ad ſalutē.Unde dicit ꝙ
flagellat omnē filiū quē recipit.Et ideo qui nō flagellan
tur nō ſunt de numero filioꝝ.pſ̄.In labore hominū nō
ſunt ⁊ cū hominibus nō flagellabunt̄.Unde eſt ſignum
quaſi eterne reprobati ōis Eze.16.Auferet̄ zelus meus
a te.Nec mirū ſi flagellat omnē filiū quem recipit ꝑ ado-
ptionē.quia proprio filio ſuo nō pepcit Luc.vl.Opor-
tuit xp̄m pati.¶ Cōſequēter cū dicit.In diſciplīa ꝑſeue
rate.Oſtendit ſenſuꝫ auctoritatis p̄allegate.⁊ p̄mo oſtē
dit ſenſum monitiōis.Secūdo ſenſū ratiōis aſſignat ibi
Tanq̄ filijs ⁊c.Tertio oſtendit rationē iſtā eſſe cōueni-
entē ibi Quis em̄ filius ⁊c.Monitio aūt apoſtoli fuerat
ꝙ nō debebant negligere diſciplinā dn̄i:nec etiā fatiga-
ri.Vtrunqꝫ aūt cōprehendit in hijs verbis.Nō neglige
re em̄ nec etiā fatigari ſub diſciplīa.nō eſt aliud q̄ in di-
ſciplina ꝑſeuerare Unde Iob.6.Hec mihi ſit conſolatio
vt affligens me dolore nō parcat.pſ̄.Apprehendite di-
ſciplinā ⁊c.Quare autē nō debeamus negligere dixerat
quia quē diligit dn̄s ⁊c.Unde hic dicit Tanq̄ filijs vo
bis ſe offert deus.Quaſi dicat.Ideo ꝑſeuerate.qꝛ offert
ſe tanq̄ filijs Iere.3.Patrē vocabis me:et poſt me in-
gredi nō ceſſabis.¶ Conſequēter oſtendit iſtā rationem
eſſe cōuenientē dicens Quis em̄ filius quē non corripit
pater.Ad patrē em̄ pertinet corrigere filiū ſuū.ꝓuer.13
Qui ꝑcit virge odit filiū ſuū:qui aūt diligit illū inſtāter
erudit Eccl'.30.Equus indomitus euadet durus:et fili
us remiſſus euadet preceps.Et ideo neceſſaria eſt corre
ctio.ſicut paulo datꝰ ſtimulus carnis ne per ſupbiā cor-
rueret.2.cor.12.¶ Deinde cū dicit.Q̄ ſi extra diſcipli-
nā ⁊c.Arguit ex p̄miſſis.⁊ primo deducendo ad incōue-
niens.Secundo ex quodā exēplo ibi Deinde patres ⁊c.
Tertio ex vtilitate conſequēte ibi.Omnis autē diſcipli
na ⁊c.Circa primū facit talē rationē.Omnes ſancti qui
deo placuerunt per multas tribulationes tranſierūt:per
quas filij dei facti ſunt.Ergo qui in diſciplina nō ꝑſeue-
rat nō eſt filius ſed magis adulter.id eſt de adulterio na
tus.Iſtius rationis ponit tm̄ concluſionē dicēs Si eſtis
extra diſciplinā nō eſtis filij ſed adulteri.quia diſcipline
facti ſunt participes omnes ſcꝫ ſancti.2.thy.3.Omnes
qui pie viuere volunt in chriſto ꝑſecutionē patient̄.Iu-
dith.8.Omnes qui deo placuerunt per multas tribu-
lationes tranſierunt fideles.Nec oportet ꝙ ſemꝑ ſancti
habeant exteriores tribulatiōes cū interius affligunt̄ ex
mala conuerſatione ꝑuerſorū.2.Pe.2.Habitās Loth
apud eos qui de die in diē animā iuſtā iniquis operibus
cruciabant.Filius autē ꝓprie dicit̄ qui eſt ex legittimo
patre.Mater nr̄a eſt eccl'ia:cuius ſponſa eſt ipſe deus.
Oſee.2.Sponſabo te mihi in fide.Adult̄ autē eſt dya-
bolus et mundus.Qui ergo nati ſunt ex ſpiritu dyabo-
li vel mundi ſunt filij adulterini Eſa.57.Accedite huc
filij auguratricis ⁊ adulteri et fornicarie.Patet ergo ꝙ
proprie non ſunt filij niſi de legittimo patre nati.¶ Con
ſequenter cum dicit.Deinde patres ⁊c.Ponit ſecūdam
rationē ſumptā ex Exod̄.quod experti ſumꝰ.ſcꝫ ex corre
ctione paterna.Que quidē ratio procedit ex duplici dif-
ferentia que eſt inter deū patrē ⁊ patrē carnalē.Eſt autē
hec prima differentia dei patris ad patrē carnalē Homo
em̄ generat hominē q̄tū ad corpus:nō q̄tū ad animam
que eſt per creationem ⁊ nō traducit̄.2.Mach.7.Neqꝫ
em̄ ego ſpiritū ⁊ animā donaui vobis.Unde dicit ꝙ nos
habuimus patres carnis nr̄e eruditores Eccl'.7.Filij ti
bi ſunt erudi illos.Et reuerebamur eos Exo.20.Hono
ra patrē tuū ⁊c.Deus aūt excellentiꝰ eſt pater noſter ſcꝫ
q̄tū ad animā quā īmediate creat Eccl'.vl.Spūs rede-
at ad deū qui dedit illū.Item iuſtificat animā adoptādo
in filios Ro.8.Spūs teſtimoniū reddidit ſpūi nr̄o ꝙ ſu
mus filij dei Ideo dicit.Non multomagis obtēperabi-
mus patri ſpirituū.id eſt animaꝝ nr̄aꝝ que dicunt̄ ſpūs
qꝛ nō ſunt ex materia Et viuemus Finis em̄ obediētie ē
vita eterna.Ioh̄.8.Si quis ſermonē meū ſuauerit mor
tē nō guſtabit in eternū.ſupra.5.Factus eſt omnibꝰ ob-
tēperātibus ei cauſa ſalutis eterne.¶ Secūda vero diffe
rentia eſt correctiōis humane ad diuinā que in duobus
differunt.⁊ primo q̄tū ad finē:quia finis humane corre-
ctionis eſt aliquid tranſitoriū.Eſt em̄ ad bene conuerſan
dū in hac vita que eſt paucoꝝ dieꝝ Secūdo q̄tū ad rōeꝫ
qꝛ homo corrigit ſm̄ volūtatē que falli ⁊ errare pōt.⁊ tn̄
obedimus ei.In correctione aūt diuina nō eſt ſic:qꝛ eru-
dit nos ad aliquid vtile in ſempiternū.ſcꝫ ad recipiendū
ſanctificationē:que ſcꝫ ē ipſemet deus Eſa.8.Dominuꝫ
exercituū ipꝫ ſanctificate Ipſe pauor veſter ⁊ ipſe terror
veſter ⁊ erit vobis in ſanctificationē.Et ideo dicit.Et il-
li quidē erudiebant nos in tēpore paucoꝝ dieꝝ.Et hoc
q̄tū ad primū.Et ſm̄ voluntatē ſuā.⁊ hoc q̄tuꝫ ad ſcd̄m
hic autē ad id quod vtile eſt Eſa.48.Ego dn̄s docēs te
vtilia.Et hoc in ſanctificationē ab ipſo recipiēdā.⁊ ido
debemus magis recipere diſciplinā eius.¶ Sequit̄ om
nis autē diſciplina ⁊c.Hec eſt tertia ratio q̄ ſumit̄ ex vti-
litate correctionis.Cuꝫ autē pene ſint quedā medicine.
idē iudicium videtur eſſe de correctione ⁊ de medicina.
Sicut autē medicina in ſumptiōe quidē amara eſt ⁊ ab-
hominabilis.tamen eius finis eſt valde dulcis ⁊ deſide-
rabilis.ita de diſciplina ꝙ grauis eſt ad ſuſtinendū:ſed
adducit fructū optimū.Sciendū eſt aūt ꝙ diſciplina di-
cit̄ a diſcendo.Pueri autē qui addiſcunt flagellis erudi
antur.Et ideo diſciplina aliquando ſumit̄ pro ſcientia.

vt in principio pꝛimi poſterioꝝ. Omnis doctrina ⁊ om-
nis diſciplina ⁊c. que grece dicitur episteme. Aliquādo
autē ſumitur pro coꝛrectione ⁊ grece dicit̄ pedia: ſed in
latino non habet nomina ita diſtincta. Dicit ergo ꝙ om-
nis diſciplina que ſcilicet eſt eruditio p flagella ⁊ mole-
ſtias in pꝛeſenti videtur eſſe non gaudij ſed meroꝛis. qꝛ
exterius habet triſticiam in ſuſtinendo: ſed interius ha-
bet dulcedinē ex intentione finis. Et ideo dicit videt̄ et
non dicit eſt. 2. coꝝ. 6. Quaſi triſtes ſemper aūt gaudē-
tes. Job. 16. Mulier cū parit triſticiā habet ⁊c. 2. coꝛ.
4. Id em̄ quod in pꝛeſenti eſt momentaneū ⁊ leue tribu-
lationis noſtre. ſupꝛa modū in ſublimitate eternū glorie
pondus operatur in nobis. Et ideo dicit. Poſtea reddit
fructū. Fructus em̄ impoꝛtat dulcedinē Unde frui ē de-
lectari in fine adepto. Iſte em̄ fructus habet̄ hic cū ꝑtur
batione exterioꝝ incōmodoꝛum ⁊ temptationū interioꝝ
⁊ ideo non eſt pacatiſſimus ſicut ibi. In gloꝛia ſiquidem
nihil erit interius remoꝛdens conſcientiā nec impellens
ad culpā: nec exterius contriſtans. Ibi em̄ vt dicit Au-
guſtinus. Erit quicqd voles. ergo ille fructus eſt pacatiſ-
ſimus. Pacatus quidē in trāquillitate conſciētie. ſꝫ pec
catioꝛ in ſuſceptiōe pꝛime ſtole ſed pacatiſſimus in ſuſce
ptione ſecunde Eſa. 32. Sedebit populus meus in pul-
chꝛitudine pacis in tabernaculis fiducie in requie opulē
ta. pꝛuer. 3. Pꝛimi et puriſſimi fructus eius. Reddet er-
go fructū iuſticie. id eſt quē meretur iuſticia. Seminanti
em̄ iuſticiā merces fidelis. pꝛuerb. 11. Item ibi Fruct⁹ iu-
ſti lignū vite. Uel iuſticie. id eſt ad iuſticiā appꝛehēden-
dam Oſee. 10. Seminate vobis in veritate iuſticiā ⁊ me
tite in oꝛe miſericoꝛdie. pſ. Euntes ibāt ⁊ flebant ⁊c. Sꝫ
non redditur fructus niſi exercitatis per eam. id eſt p di-
ſciplinam. ſupꝛa. 5. Perfectoꝝ eſt cibus ſolidus eoꝝ q̄ p
conſuetudinē exercitatos habent ſenſus.

## Lectio tertia.

**P**Ropter quod remiſſas manus ⁊ ſo-
luta genua erigite: ⁊ greſſus rectos
facite pedibus veſtris: vt nō claudi
cans quis erret: magis autē ſanetur. Pacē
ſequimini cū omnibus ⁊ ſanctimoniā: ſine
qua nemo videbit deum. Contēplantes ne
quis deſit gratie dei: ne qua radix amaritu-
dinis ſurſum germinans impediat. ⁊ per il
lam inquinentur multi. Ne quis foꝛnicatoꝛ
aut pꝛophan⁹ vt eſau: qui pꝛopter vnā eſcā
vendidit pꝛimitiua ſua. Scitote em̄ quoni-
am et poſtea cupiens hereditare benedicti-
onem repꝛobatus eſt. Non em̄ inuenit peni
tentie locum. ꝙꝙ cū lachꝛymis inq̄ſiſſet eā.

Supꝛa monuit apoſtolus qualiter nos debemus habe-
re ad mala penalia ſuſtinenda: hic monet qualit̄ nos de-
bemus habere ad mala culpe vitanda. Et circa hoc duo
facit. Pꝛimo enim ponit monitiones ſuas. Secundo aſ
ſignat rationes ipſoꝛum ibi Non em̄ acceſſiſtis ⁊c. Cir-
ca pꝛimū duo facit. Pꝛimo em̄ monet hominē peccantē
Secundo nōdū peccantē ibi. Pacē ſequimini ⁊c. Eſt au
tē duplex peccatū. ſcꝫ omiſſionis ⁊ tranſgreſſionis. Pꝛi
mo ergo monet ad dimittendū peccatū omiſſionis. Secū
do ad dimittendū peccatū tranſgreſſionis ibi Et greſſus
rectos ⁊c. Peccatū autē omiſſionis duplex eſt. Unum
quando quis omittit bonū facere. Aliud omittendo ma-
la ⁊ aduerſa tolerare. Quantū ad pꝛimū dicit. Pꝛopter
quod ſcꝫ quia diſciplina affert fructū pacatiſſimum. ideo
vt vos hunc fructū percipere poſſitis erigite manus re-
miſſas. Manus em̄ cū ſit oꝛganū oꝛganoꝛum remiſſa di-
citur quando vacat ab eius operibus. ⁊ ideo erigēda eſt
per rectam intentionem ad operandum que deo placēt.
Tren. 3. Leuemus coꝛda noſtra cū manibus ad deum.
pſ. Eleuatio manuū meaꝝ ⁊c. Manus em̄ remiſſa indu
cit egeſtatē et ſeruitutē. pꝛuerb. 10. Egeſtatē operata eſt
manus remiſſa: manus autē foꝛtiū diuitias parat. Item
eiuſdem cap. 12. Manus foꝛtiū dominabitur: que autē
remiſſa eſt tributis ſeruiet. In huius ſignū quando moy
ſes eleuabat manus vincebat iſrael quando vero remit-
tebat ſuperabat amalech Exod. 17. ¶ Quantū ad aliud
peccatū omiſſionis dicitur: Erigite genua diſſoluta. In
genibus totū pondus coꝛpoꝛis ſuſtentatur. Habent ergo
genua diſſoluta qui non habent foꝛtitudinē foꝛtiter tole
randi aduerſa. hec ergo remiſſio abijciēda eſt Job. 4.
Manus laſſas roboꝛaſti: ⁊ genua trementia confoꝛtaſti.
vacillantes confirmauerunt ſermones tui Eſa. 35. Con-
foꝛtate manus diſſolutas: ⁊ genua debilia roboꝛate. Ma
nus ergo ⁊ genua erigite: vt nec ocio toꝛpeatis: nec debi
litate heſitetis. ¶ Deinde cū dicit. Et greſſus rectos ⁊c.
Impꝛobat peccatū tranſgreſſionis. Iſtud autē peccatum
eſt obliquitas quedam ⁊ curuitas. Rectū em̄ dicitur cu-
ius mediū non exit ab extremis. id eſt cuius operatio nō
recedit ab intentione ⁊ fine debito. Triplex autem ē ob-
liquitas. ſcilicet in affectu. in operatione ⁊ in intellectu.
Iſtas tres monet declinare. Ex affectione autē iniqua ſe
quitur obliquitas in intellectu. ⁊ depꝛauatio in affectu.
Et ideo quantū ad pꝛimū qđ eſt alioꝛum radix dicit: Fa-
cite greſſus rectos pedibus veſtris. id eſt rectas affectio
nes. Sicut em̄ pedes poꝛtant coꝛpus: ita mentē poꝛtant
affectiones. Recti ergo pedes ſunt affectiōes recte Ezc.
1. Pedes eoꝝ pedes recti. Rectificate ergo affectiones
quibus totū coꝛp⁹ poꝛtat̄ ſpiritualiter Eſa. 40. Rectas
facite in ſolitudine ſemitas dei veſtri. Hoc eſt ꝗtū in vo
bis eſt date operā ad hoc. Sed rectificare eſt ſolius dei.
pſ. Dirige greſſus meos in ſemitis tuis. ¶ Quantū ad
ſecundū dicit. Ut non claudicans quis. ſcꝫ quātū ad acti
onem exterioꝛē. Sicut em̄ tibia dicitur clauda quādo nō
ſequitur regulā potentie greſſiue: ita operatio claudicat
quando ſiue ad dexteram. id eſt in pꝛoſperis. ſiue ad ſini
ſtrā. id eſt in aduerſis non ſequitur regulā legis diuine.
Eſa. 30. Hec eſt via ambulate in ea ⁊ nō declinetis: ne-
ꝗ ad dexterā: neꝗ ad ſiniſtrā. Uel claudicat qui cerimo
nialia obſeruat cum euangelio. ¶ Quantū ad obliqui-
tatem intellectus dicit Erret. Malā em̄ operationē ſe
quitur erroꝛ intellectus. pꝛuer. 14. Errant omnes q̄ ope-
rantur malū Sap. 2. Hoc cogitauerunt et errauerūt ex-
cecauit em̄ eos malicia eoꝛum. Qui ergo vult illas du-
as curuitates cauere habeat pedes ⁊ affectiones rectas.
Et ideo dicit: Magis autē ſanet̄. Sicut em̄ ſanitas coꝛ-
poꝛis conſiſtit in contēperatione humoꝛū: ita ſanitas ſpi
ritualis in oꝛdinatione affectuum Iere. 17. Sana me do
mine ⁊ ſanaboꝛ. ¶ Deinde cū dicit: Pacē ſequimini ⁊c.
Monet non peccantē ad vitandū peccatum. ⁊ circa hoc
duo facit. Pꝛimo em̄ pꝛemittit quedā remedia q̄ valent
ad omnia peccata vitanda. Secundo ſpecialiter monet
ad vitationē eoꝛū ibi Ne qua radix ⁊c. Circa pꝛimū ſciē-
dum eſt ꝙ actionū humanarū ſunt diuerſi fines. Quedā
em̄ oꝛdinantur ad alium: ſicut iuſticia que oꝛdinat homi
nem ad pꝛoximum. Et iſtarum finis eſt pax. Unde Eſa.
32. Erit opus iuſticie pax. Quedam ad ipſum operan-
tem ſicut ieiunare: et iſtoꝛum finis eſt puritas. Nō enim
ieiunamus niſi pꝛopter mundiciam ⁊ puritatem. Quan
tum ergo ad pꝛimum dicit. Pacem ſequimini. id eſt

non ſolum habete:ſed queratis quomodo cum alijs ha-
beatis. Ro.12. Si fieri poteſt quod in vobis eſt cũ omni
bus hominibus pacem habentes. pſ. Inquire pacẽ ⁊ ꝑ-
ſequere eam. ¶ Quantũ ad ſecundũ dicit: Et ſanctimo-
niã. 2. cor. 7. Mundemus nos ab omni inquinamento
carnis et ſpiritus. Quod autem iſta remedia ſint neceſſaria
oſtendit per duo damna que incurrimus ſine ipſis. ſcili-
cet damnũ glorie in futuro. ⁊ gratie in preſenti. Quãtuz
ad primũ dicit: ꝙ ſine pace ⁊ ſanctimonia nemo videbit
deũ in quo cõſiſtit beatitudo Johannis. 17. Hec eſt vita
eterna ⁊c. Quaſi dicat Sine pace ad proximũ ⁊ mundi-
cia ⁊ puritate quo ad ſeipſum nemo poteſt eſſe beatus.
Mat. 5. Beati pacifici quoniã filij dei vocabuntur. So
lum autẽ filijs debetur hereditas diuine viſionis. Item
Apoc. 21. Non intrabit in ea aliquid coinquinatuz. pſ.
Domie quis habitabit ĩ tabernaculo tuo ⁊c. Itẽ Quis
aſcendet in montẽ domini ⁊c. ¶ Quantũ ad ſecũdũ dã-
num ſcz gratie in preſenti dicit. Contemplantes ne quis
deſit gratie dei. Gratia eñ per diſcordiã ⁊ immundiciaz
amittitur. 1. cor. 14. Non eſt deus diſſenſionis ſed pac
pſ. In pace factus eſt locus eius. Abacuc. 1. Mundi ſũt
oculi tui domine ne videãt malũ ⁊ reſpicere ad iniquitatẽ
non poteris. Sap. 1. Spirituſſanctus diſcipline effugiet
fictuz et corripietur a ſuperueniente iniquitate. Figura-
tiue aũt loquitur apoſtolus. Gratia eñ et ſi nõ habeat ex
meritis alioquin iam gratia non eſſet gratia: tamen opor
tet ꝙ homo faciat quod in ſe eſt. Deus autez voluntate
ſua liberaliſſima dat eã omni preparanti ſe. Apocal. 3.
Ecce ſto ad hoſtiuz ⁊ pulſo ſi quis apperuerit mihi intra
bo ad eum. 1. thy. 2. Qui vult omnes homines ſaluos
fieri Et ideo gratia dei nulli deeſt ſed omnibus ꝗtum in
ſe eſt cõmunicat. Sicut nec ſol deeſt oculis cecis. Dicit
ergo Contemplãtes ne quis deſit gratie dei. ¶ Sed cõ-
tra quia ſi gratia non datur ex operibus: ſed tñ ex hoc ꝙ
aliquis non ponit obſtaculũ. ergo habere gratiã depen-
det ex ſolo libero arbitrio et non ex electione dei: quod ẽ
error pelagij. Reſpondeo dicendum eſt ꝙ hocipſum ꝙ
aliquis non ponit obſtaculũ ex gratia procedit. Unde ſi
aliquis ponat ⁊ tamen moueatur cor eius ad remouẽdũ
illud hoc eſt ex dono gratie dei vocantis per miſericordi
am ſuam Gal. 1. Cuz aũt placuit ei qui me ſegregauit ex
vtero matris mee et vocauit per gratiã ſuã ⁊c. Hoc autẽ
donũ gratie nõ eſt gratũ faciens. Quod ergo a quibuſdã re-
mouetur iſtud obſtaculum hoc eſt ex miſericordia dei. ꝙ
autẽ non remouetur hoc eſt ex iuſticia eius. Non autẽ di
cit ne tu deſis: ſed ne quis. id eſt quicunq;. quia quilibet
debet eſſe ſollicitus de proximo Eccleſiaſ. decimoſeptio
Unicuiq; mandauit de proximo ſuo. ¶ Deinde cum di
cit Ne qua radix ⁊c. Specialiter deſcẽdit ad monitionẽ
vitationis peccatoꝝ cõtrarioꝝ vniuiq; predictoꝝ reme-
diorũ. Et primo monet vitari peccata cõtraria paci. Se
cundo contraria ſanctimonie ibi. Ne quis fornicator ⁊c.
Dicit ergo: Ne qua radix amaritudinis ⁊c. Illud dicitur
amarũ quod non poteſt guſtari niſi cum offenſa. Conuer
ſatio ergo alicuius dicitur amara quando non poteſt eſſe
ſine offenſa eoꝝ cum quibus cõuerſatur. Quo contra di
citur de ſapientia. Sap. 8. Non habet amaritudinẽ con
uerſatio illius nec tediũ conuictus eius ſed leticiã ⁊ gau
dium. Qui ergo in ſapientia ſcit conuerſari non eſt ama
re conuerſationis. quod fit quando nõ habet dura verba vel
facta. Et ideo dicit Contẽplantes ne qua radix amaritu-
dinis. id eſt amaritudo paulatim inchoata ⁊ in cordera-
dicata ſurſum germinans impediat pacem. ⁊ per conſe-
quẽs gratiã et viſionẽ dei. Deutro. 29. Ne ſit inter vos
radix germinans fel ⁊ amaritudinẽ. Oſee. 12. Ad iracũ-
diaz prouocauit me effraym in amaritudinibus ſuis. Uel

radix amaritudinis ẽ mala cogitatio noxie delectationis.
que ſurſum germinat quando per conſenſum ad opus ve-
nit. Et per illam inquinantur multi: quia non ſolum ille
in quo eſt. ſed et alij malo eius exemplo. 1. corinthiorum
quinto. Modicum fermentum totam maſſam corrumpit
¶ Deinde cum dicit. Ne quis fornicator ⁊c. Monet vi-
tare peccata contraria ſanctimonie cui ſpecialiter oppo-
nuntur pctã carnalia. ſcz luxuria ⁊ gula: que perficiũtur
in delectatione carnali: per quam mens inquinatur. Un
de iſta mentem ⁊ carnem inquinant. Et ideo ſpecialiter
monet iſta vitari. Et primo luxuriam dicens: Contẽplã-
tes. Et non ſolum quilibet in ſeipſo ſed ne quis fornica-
tor. ita ꝙ quilibet in proximo ſuo hoc contempletur Au
guſtinus. Inuicez veſtram pudiciciã cuſtodite. ⁊ Ephe-
ſiorum. 5. Fornicatio autẽ ⁊ omis immũdicia ⁊ auaritia
nec nominetur in vobis ſicut decet ſanctos Thobie. 4.
Attende tibi ab omni fornicatione. ¶ Secundo prohi-
bet gulam dicens: Aut prophanus. ⁊ dicitur quaſi pro-
cul a phano. ⁊ tales ſunt guloſi qui de ventre ſuo deum
faciunt ſicut Eſau Quod dixerat oſtendit in exẽplo eſau
qui propter gulam vendidit primogenita Sic etiam gu
loſus pro mĩma eſca vendit hereditatẽ eternã. Prouer.
6. Preciũ ſcorti vix eſt vnius panis Eſau autẽ non ſolũ
fuit guloſus: ſed etiã luxurioſus. quia contra voluntatez
parentum duxit vxores alienigenas. Ius autem primo-
geniti erat ꝙ habebat duplicẽ portionem. et ante ſacer-
dotium aaron habebat honorem ſacerdotalem. Unde in
hoc cõmiſit ipſe ſymoniã. Sed videtur ꝙ etiam Jacob qui illud
emit ſimiliter cõmiſit ſymoniã quod falſuz eſt. Jacob eñ per
ſpiritumſanctum intellexit illud ſibi deberi. iuxta illud
Malachie. 1. Jacob dilexi Eſau aũt odio habui. Et ideo
non emit ſed quod ſibi debebatur ab iniuſto poſſeſſore re-
demit Et hoc eſt ꝙ dicit ꝙ Eſau propter vnam eſcã ven
didit primitiua ſua: vel primogenita vt dicitur. Gen. 25. ⁊. 27
¶ Et penam conſecutam oſtendit ſubdens: Scitote eñ
quoniam et poſtea cupiens hereditare benedictionẽ re-
probatus eſt. Sicut enim dicitur Gen. 27. Poſtꝙ yſaac
benedixerat iacob: venit Eſau ⁊ petijt benedictionẽ: quod
tamen non obtinuit. licet pater feciſſet ignorans. quia in
illo ſtupore quem habuit: factus in extaſi edoctus eſt a
ſpirituſancto ꝙ non retractaret quod fecerat. Unde di-
cit: Benedixi ei ⁊ erit benedictus. Et ſic Eſau conſilio ſpi
rituſſancti reprobatus fuit. In quo datur intelligi ꝙ nul
lus debet negligere dum adhuc viuit benefacere quan-
tumcũq; ſit reprobatus in preſcientia diuina. quia poſt vi-
tam ad hereditatẽ dei: etiam ſi deſideretur naturaliter nõ
peruenitur. ¶ Sequitur. Non enim inuenit penitentie
locum ꝗꝙ cum lachrymis inquiſiſſet eam. Sicut enim
dicitur Gen. 27. Irrugit clamore magno ⁊c. Sed con-
tra quia dicitur Ezechiel. 18. Quacunq; hora ingemue
rit peccator ⁊c. Reſpondeo dicendũ eſt ꝙ ꝗdiu preſens
vita agitur põt agi vera penitentia. Interdum tñ aliqis pe
nitet non propter amorem iuſticie: ſed propter timorem
pene vel damni temporalis. Et ſic penituit Eſau. non quia
vendiderat primogenita: ſed quia perdiderat. Unde nõ
dolebat de peccato venditionis: ſed de damno perditio-
nis. Et ideo penitentia eius non fuit accepta. quia nõ erat
vera. Sic etiam penitent damnati in inferno. vt dicitur
Sapientie. 5. Penitentiam agentes. non quia peccaue
runt: ſed quia excluſi ſunt. Tamen ſcdm gloſam hoc
quod dicit: Hic fornicator ⁊ prophanus aliter intelligi po-
teſt vt fornicator dicatur qui cũ fide carnales cerimoni-
as obſeruat. ſicut habens concubinam cũ vxore propria.
Sed prophanus. id eſt procul a phano. ſicut penitus in-
fidelis.

## Lectio quarta.

n On enim acceſſiſtis ad tractabilem ⁊ acceſſibilem ignē ⁊ turbinē ⁊ caliginem ⁊ procellā et tube ſonū ⁊ vocem verborum. quā qui audierunt excuſauerunt ſe ne eis fieret verbum. Nō eñ portabant quod dicebatur. et ſi beſtia tetigerit montē: lapidabitur Et ita terribile erat qđ videbatur. Moyſes dixit. Exterritus ſum et tremebundus. Sed acceſſiſtiſ ad ſyon montem ⁊ ciuitatē dei viuentis hieruſalem celeſtem: et multorum milium angelorū freqntiā: et eccleſiam primitiuorum q̄ conſcripti ſūt in celis. et iudicem omnium deū ⁊ ſpiritum iuſtorum perfectorum. ⁊ teſtamenti noui mediatorem ieſum. ⁊ ſanguinis aſperſionē. melius loquentem q̄ȝ abel.

Supra poſuit apoſtolus monitionem ad vitandū mala culpe: hic aſſignat iſtius monitionis rationem quam ſumit ex comparatione noui et veteris teſtamenti. Et circa hoc duo facit. Primo eñ ponit comparationē illā. Secūdo ex ipſa arguit ibi. Uidete ne recuſetis ⁊c. Circa primum duo facit. quia primo proponit ea que pertinēt ad vetus teſtamentū. Secundo ea que ad nouū teſtamētū ibi. Sed acceſſiſtis. Circa primū ſciendum eſt. q̄ vt dicit Auguſtin⁹ Breuis differentia legis et euangelij eſt timor et amor. Lex enim tanq̄ pedagogus noſter fuit in chriſto. paruuli autē terroribus ducendi ſunt. puer. 19. Peſtilente flagellato ſapientior erit paruulus. Et ideo hic dicit apoſtolus: q̄ in datione legis facta ſunt quedā terribilia. Unde primo ponit illa quibus territi ſunt hiſ quibus lex dabat. Secundo agit de terrore legiſlatoris ibi. Moyſes dixit ⁊c. Quantū ad primū tria ponit. ſcilicet terrorē quantū ad viſa. Secundo quantū ad audita ibi Et procellā ⁊c. Tertio quantū ad cōminationes ibi. Et ſi beſtia tetigerit ⁊c. ⁊ iſta tria referuntur ad tria q̄ ibi erant terribilia. ſcilicet ex parte dei. ex parte legis date. ⁊ ex parte miniſtrorū legis Quantū ad primū. ſcȝ ex parte dei ponit tria terribilia. ſcȝ zelum ad puniendum. ſeueritatem pene ⁊ occultationē dantis legem. Zelus deſignatur Deutro. 4. Dñs deus tuus ignis conſumens eſt deus emulator. Malach. 3. Ipſe eñ quaſi ignis conflans. Unde ipſe deus frequenter vocat ſe zelotē. quia crimen ſponſe non dimittit inultū. Exod. 20. Ego eñ ſum dñs de⁹ tuus fortiſ zelotes. ⁊. 34. Dñs zelotes nomē ei⁹. ⁊ prouer. 6. Zel⁹ ⁊ furor viri nō parcet in die vīdicte. Unde dicitur hic. Non eñ acceſſiſtis ſicut illi ad tractabilē ⁊ acceſſibilem ignē. Ille eñ ignis vt dicitur Exod. 19. erat corporalis ⁊ ideo palpabilis ⁊ ſenſibilis. et etiā in certo loco vt ad ipſum poſſet accedi. In noua autem lege dat⁹ fuit ignis ſpiritusſancti. Actuū. 2. Sicut eñ iudeis. l. die ab egreſſu de egypto apparuit ignis emulationis. ita diſcipulis. l. die a die reſurrectionis ignis ſpiritusſancti nō palpabilis ſed mente perceptibilis Treñ. 1. De excelſo miſit in oſſibus meis ignē ⁊ erudiuit me. Iſte ignis infinitus eſt natura et loco Lucē eñ habitat inacceſſibilem 1. thi. 6. Et ideo non eſt acceſſibilis. ¶ Seueritas pene ſignificatur per turbinē que eſt ventus cū aqua Iob. 9. In turbine conteret me. Uel poteſt referri ad temptationes. Lex eñ non refrenabat concupiſcentiā. q: non dabat gratiam adiutricē ex opere operato. ſed tm̄ cohibebat actū. ⁊ ideo generabat turbinē tēptationū. ¶ Occultatio autē dantis legem ſignificatur per caliginē in qua figurabatur q̄ ſtatus legis occultus erat. id eſt velatus. 2. cor. 3. Uſq; in hodiernū diē cū legitur moyſes velamē poſitum eſt ſuper cor eorum Sed in noua lege iſtđ velamen ablatū eſt: in cuius ſignū in paſſione chriſti velum templi ſciſſum eſt. quia nos reuelata facie gloriā domini ſpeculamur. vbi ſupra. Itē caligo illa ſignificabat diuinā excellentiā. Sicut eñ illđ quod in caligine ē: clare videri non poteſt: ita lux excellens hebetat oculū ⁊ facit ipſum caligare qui lucē habitat inacceſſibilē. ¶ Deinde cū dicit: Et procellā ⁊c. Ponit terribilia quantum ad auditū que ſumuntur ex parte legis. In lege aūt tria erant valde terribilia. ſcȝ magnitudo cōminationū. grauitas preceptorū: ⁊ multiplicatio ipſorum. Quantū ad primū dicit. Et procellā. que proprie eſt conturbatio maris. Large autē dicitur turbatio aeris cū turbine ⁊ pluuia. Unde ſignificat auſteritatē cōminationū que erāt in veteri lege Deutro. 29. ¶ Sonitus tube ſignificat grauitatē preceptorum ad quorum adimpletionē indicebatur homini quaſi bellū contra ſeipſum. ¶ Uox verborum ſignificat multitudinē preceptorum. Uerborū inq̄ dei per ſubiectam creaturā. ſcilicet per angelū Gal. 3. Ordinata per angelos ⁊c. Deus eñ per angelos ibi loquebatur. q̄ omnia adeo terribilia fuerunt q̄ illi qui vocē illā audierunt excuſauerunt ſe ne eis fieret verbū. Unđ dicit Exod. 20 Perterriti atq; timore percuſſi fuerunt et ſteterunt procul dicentes moyſi: Loquere tu nobis ⁊ audiemus. nō loquat nobis dominus ne moriamur. Cām autē hui⁹ excuſatiōis ſubdit dicens: Quia non poterant verba dei portare. Unde non portabant. id eſt non ſuſtinebant qđ dicebatur Deutro. 5. Quid eſt omnis caro vt audiat vocem dei viuētis qui de medio ignis loquit: ſicut nos audiuimus et poſſit viuere. Tūc autē dicunt non portari verba dei: quando vel intellectu non capiunt vel excedunt affectum. ¶ Conſequenter ponit pene cōminationem dicens: Et ſi beſtia tetigerit montē lapidabit. Exo. 19. vbi dicitur: Omnis qui tetigerit montē morte morietur. Manus non tanget eū: ſed lapidibus opprimetur aut confodietur iaculis. ſiue iumentum fuerit ſiue homo non viuet Apoſtolus autē ad maiorē terrorē nō facit mētionē hic niſi de iumentis que iubentur in lege occidi: ad oſtendendū grauitatē peccati. Tamen miſtice mons eſt altitudo miſteriorum diuinorum. Beſtia vero eſt homo beſtialiter viuēs. pš. Homo cū in honore eſſet nō intellexit cōparat⁹ eſt iumētis inſipiētib⁹ ⁊c. Hec beſtia duob⁹ modis tangit montē. Uno modo blaſphemādo. pš. Poſuerunt in celū os ſuū Leui. 24. Educ blaſphemū extra caſtra et lapidet eū vniuerſus populus. Alio modo ingerēdo ſe indigne diuinis. puer. 25. Qui perſcrutator ē maieſtatis opprimet a glia. ¶ Ex his cōcludit qđ intēdit. ſ. q̄ iſta valde terribilia erāt: q: etiā nec iumentis parcebat. Unde dicit q̄ ita terribile eſt qđ dicebat. in q̄ deſignat dr̄a noui ⁊ veteris teſtamēti: q: vet⁹ teſtamētū datum fuit in terrore: vt corda iudeorum q̄ pna erāt ad ydolatriā terrerētur. Nouū aūt datū eſt in amore Ro. 8. Nō eñ accepiſtiſ ſpiritū ſeruitutis iterum in timore. ſȝ accepiſtis ſpūm adoptionis filiorum in quo clamamus abba pater. Unde ⁊ xp̄s nō terrores in principio predicationis ſue premiſit: ſed regnū celorū pmiſit Mat. 4. Penitētiā agite appropinq̄bit eñ regnū celorum. puer. vi. Lex clementie in lingua eius. ¶ Deinde cū dicit. Moyſes dixit ⁊c. agit de timore legiſlatoris. ſcȝ moyſi. Lex enim per moyſen data eſt. Ioh. 1. Si ḡ ipe moyſes in legis datiōe territus fuit ita vt diceret vt dicit apl's hic. exterritus ſum. ſcȝ interi⁹ et tremebundus exteri⁹: qui fuit perfectiſſimus inter omēs

ſignū erat ꝙ ipſa lex terribilis erat etiā ipſis pfectiſ: qꝛ nō dabat gratiā vt dictū eſt: ſed tantū oſtēdebat culpā. Unde ipſa fuit graue iugum. de quo dicit Petrus Actuum 15. ꝙ hoc eſt iugū quod nec nos nec patres noſtri portare potuimꝰ. Sed lex chriſti iugū ſuaue eſt: quia charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritūſanctū: q̇ datus eſt nobis Ro. 5. ¶ Unō ſciēdū eſt ꝙ iſta littera quā ponit hic apoſtolus non eſt exod. 20. ſed forte accepit eā apoſtolus Exod. 3. vbi in viſione rubi territus fuit ⁊ dixit: Non ſum eloquens ab heri et nudiuſtertiꝰ: Ex quo dixit. vel facto ſaltem ⁊ ſi non verbo. Exterritꝰ ſum ⁊ tremebundus. Uel forte apoſtolus vtitur alia lr̃a quaꝫ nos non habemus. Ex quo apparet ꝙ lex vetus fuit lex timoris. ¶ Deinde ponit conditiones noui teſtamenti dicēs Sed acceſſiſtis ⁊c. Ubi oſtendit que nobis in ipſo ꝓponuntur. Et ſunt tria nobis promiſſa. ſcꝫ ſpes future glorie. participatio eccleſie ⁊ familiaritas dei. ¶ Secūdum oſtendit cuꝫ dicit. Et eccleſiam primitiuoꝝ ⁊c. Tertiuꝫ ibi. Et iudicem omniū deū ⁊c. In celeſti autē gloria duo ſunt que potiſſime bonos letificabunt. ſcꝫ fruitio deitatiſ ⁊ cōmunis ſanctoꝝ ſocietas. Nullius eñ boni poſſeſſio iocunda eſt ſine ſocio. vt dicit Boecius ⁊. pſ̄. Ecce q̄ bonū ⁊ q̄ iocundū habitare fratres in vnū. Fruitio autē in duobus conſiſtit. ſcꝫ in viſione intellectꝰ: ⁊ in delectatione affectus. Ut eñ dicit Auguſtinꝰ. Fruimur cognitis in quibus voluntas delectata conquieſcit. Propter viſionem eñ dicit Acceſſiſtis ad montē ſyon. Syon enim ſignificat altitudinē diuine contemplatiōis Eſa. 33. Reſpice ſyon ciuitatē ſolennitatis noſtre. Iocunditas ⁊ delectatio affectus ſignificatur per hieruſalem ciuitatē celeſtem dei viuentis. Ibi eñ erit viſio experimentalis pacis: quia nihil erit perturbās: ſiue interius ſiue exterius Unde dicitur ciuitas. id eſt ciuium vnitas. pſ̄. Hieruſalem que edificatur vt ciuitas. Itē Lauda hieruſalē dñm lauda deū tuū ſyō. Sequitur Qui poſuit fines tuos pacem ⁊ adipe frumenti ſaciat te. Gal. 4. Illa que ſurſum eſt hieruſalē libera eſt. Unde nihil vltra erit deſiderandum. Cañ. 8. Ex quo facta ſum corā eo quaſi pacē reperiens. ¶ Cōplemētū aūt ſanctoꝝ eſt cōmunis ſocietas: de qua dicit. Multorum miliū angeloꝝ frequentiam. id eſt aſſiduitatem. quia ſemper ibi ſunt. Mat. 18. Angeli eorum in celis ſemꝑ vident faciē patris mei qui in celis eſt Q̄ autē ſint multa milia patet Dañ. 7. Milia miliū miniſtrabant ei. ⁊ decies centena milia aſſiſtebant ei. Iob 25. Nunquid eſt numerus militū eiꝰ Apocalipſ. 5. Et erat numerus coꝝ milia miliū Eſa. 22. Urbs frequēs ciuitas exultans. Et eccleſiā primitiuoꝝ qui cōſcripti ſunt in celis. Hec de participatione eccl̃ie. Dicitur autē eccleſia domus dei. 1 thi. 3. Primitiui ſancti ſunt apoſtoli q̇ primitus ⁊ abundantius dona gratie ꝑceperūt. ꝑ q̊s deriuata ſunt in poſteros Ro. 8. Non ſolū auteꝫ illa: ſed et noſipſi primitias ſpiritus habentes Ephe. 2. Superedificati ſuper fundamentū apoſtoloꝝ et prophetaꝝ ⁊c. Sicut autē antiquitus apud romāos ſenatores qui aſſumebātur ad magnas dignitates deſcribebant: quos primꝰ pompilius in tabulis aureis ſcripſit: ⁊ dicebātur patres conſcripti. ita apoſtolus hic ad oſtendendum dignitateꝫ apoſtolorum dicit ꝙ conſcripti ſunt in celis cuiꝰ ſcripture liber eſt noticia quā deus apud ſe habet de ſaluandis Unde ſicut ibi illud quod ſcribit non de facili a memoria labitur: ita illi qui ibi per finalē iuſticiā ſcripti ſunt infallibiliter ſaluabunt. Et dicitur liber ille liber vite Lu. 10. Gaudete et exultate. quia nomīa veſtra ſcripta ſunt in celis. ¶ Deinde cū dicit. Et iudicē omnium ⁊c. Oſtendit quomodo conſecuti ſumus dei familiaritatem. Et primo familiaritatē patris q̄a dicit. Acceſſiſtis ad iudicē omnium deum patrē. ſcꝫ a quo eſt omnis auctoritas iudiciaria in diuinis. Q̄ eñ filius iudicet habet a patre. Gen̄. 18. Non eſt hoc tuū qui iudicas omnē terrā. Illud autē qđ dicit Ioh. 5. ꝙ pater omē iudiciū dedit filio. intelligitur q̄tū ad corporalē preſentiam. qꝛ ſola ꝑſona filij apparebit in iudicio. Iſte autē acceſſus eſt ꝑ fidē ⁊ charitatem. Ro. 5. Iuſtificati igit̄ per fidē pacē habeamꝰ ad deū per dñm nr̃m ieſum xp̄m per quē acceſſum habemꝰ ꝑ fidem in gratiā iſtā ⁊c. ¶ Secūdo familiaritatem ſpūſſcti cū dicit. Et ſpiritūſanctū iuſtoꝝ. Scd̄m glo. h̄ eſt triplex lr̃a. Una eſt melior q̄ habet̄ in greco. ⁊ ſpūm iuſtoꝝ ꝑfectōruꝫ id ē acceſſiſtis ad ſpūmſctm̄ q̇ fac̄ ꝑfectos in iuſticia Iob 31. Ut video ſpūs eſt in homibꝰ. 1. coꝝ. 3. Neſcitis qꝛ tēplū dei eſtis vos: ⁊ ſpūs dei habitat in vobis. Oīs enim iuſticia et ꝑfectio eſt a ſpūſancto. ¶ Alia lr̃a. Et ſpūum iuſtoꝝ ꝑfectoꝝ Et eſt ſenſus. Acceſſiſtis ad deū qui quidē eſt iudex omniū: ſed eſt quaſi hereditas ſpirituū iuſtorū perfectoꝝ. Treñ. 3. Pars mea dñs dicit anima mea. ¶ Tertia littera eſt. Et ſpūs iuſtorū ꝑfectoꝝ. id ē vt habeamꝰ ſocietatē cū ſpiritibꝰ ſctōꝝ q̇ ſunt iuſti ⁊ ꝑfcti. Sꝫ prima melior eſt ⁊ planior. ¶ Tertio q̄tū ad familiaritatē filij dicit: Et teſtamenti noui mediator eſt. Quaſi dicat Acceſſiſtis ad chriſtū qui eſt mediator illius noui pacti in quo nobis promittuntur ſpiritualia. Non ſic autē moyſes. Unō ſupra. 9. Ideo noui teſtamēti eſt mediator 1. thi. 2. Mediator dei ⁊ hominū homo xp̄s ieſus. Modus aūt iſtiꝰ mediatiōis fuit effuſio ſanguis xp̄i. qꝛ vt dictū eſt. ſ̄. 9. Sine ſanguis effuſiōe nō fit pctōꝝ remiſſio. Et idō dic̄. Accceſſiſtiſ ad aſꝑſionē ſanguis. ſ̄. 10. Aſꝑſi corda a ꝯſciētia mala. ſ̄. 9. Si eñ ſanguis hyrcoꝝ ⁊ vituloꝝ ⁊ cinis vitule aſꝑſus inquinatos ſanctificat ⁊c. Et loq̄t̄ apl's ſm ritū veteriſ legis. vbi poſt datiōꝫ veteriſ legiſ pplꝰs aſꝑſus ē ſanguīe q̇ erat figura ſāguīs xp̄i q̇ fideles mūdādi erāt. ¶ Seq̄t̄ Meliꝰ loq̄ntiſ q̄ abel. Effuſio ei ſāguinis xp̄i figurata fuit in effuſiōe ſanguinis omnium iuſtorū qui fuerūt ab origine mundi Apoc. 13. Agni q̇ occiſus eſt ab origine mundi. id eſt occidi preuiſus. Et idō effuſio ſanguinis Abel ſignuꝫ fuit iſtius effuſionis. Sed xp̄i ſanguis meliꝰ loquitur q̄ ſanguis abel. quia iſte clamat vindictā. ſed ſanguis xp̄i ibi clamat veniā Luc. 23. Pater ignoſce eis. Eſa. 53. Pro tranſgreſſoribus orauit Matth. 26. Hic eſt ſanguis noui teſtamenti: qui pro multis effundet̄ in remiſſionē peccatoꝝ. Uel meliꝰ loq̄ntē. id eſt melius loqui facientē. qꝛ ſanguis iſte facit nos loqui xp̄m veꝝ deū iuſtificantē.

## Lectio quinta.

v Idete ne recuſetis loquētē. Si eñ illi nō effugerūt recuſantes eū q̇ ſuper terrā loquebatur: multomagis nos qui de celis loquentē nobis auertimus cuius vox mouit terrā tunc: nunc autem repromittit dicens: Adhuc ſemel ⁊ ego mouebo non ſolū terrā ſed et celuꝫ. Q̄ auteꝫ adhuc ſemel dicit: declarat mobilium tranſlationem tanq̄ factorum. vt maneant ea q̄ ſunt imobilia. Itaq̄ regnū imobile ſuſcipientes habemus gratiā per quā ſeruiamus placētes deo cū metu ⁊ reuerentia. eteñ deus noſter ignis conſumens eſt.

Supra poſuit apl's conditionē vtriuſq₃ teſtamēti: hic ex
hoc arguit. ⁊ circa hoc facit duo. Primo em̄ arguit. Se
cūdo inducit cōcluſionē principaliter intentā. ibi. Itaq₃
regnū imobile ⁊c. Circa primū duo facit Primo em̄ pre
mittit intentionē ſuā. Secūdo arguit ad ꝓpoſitū ibi. Si
em̄ illi ⁊c. Dicit ergo. Ita dictū eſt ꝙ ſanguis xp̄i meli⁹
loquit̄ ꝙ̄ ſanguis abel. Uidete ergo ne recuſetis vel cō-
tēnetis loquentē. i. qͦ loquit̄ implete. Duo aūt nob.s
loquit̄ ſanguis xp̄i. Primo em̄ loquit̄ nobis cōmemorā
do ſuū beneficiū quo dat̄ nobis remiſſio peccatoꝝ. Qui
ergo iteꝝ peccat loquentē ꝯtemnit. Item loquit̄ exhor-
tās ad imitandū. 1ͤ. petri. 2. Xp̄s paſſus eſt ꝓ nobis: vo
bis relinquēs exemplū vt ſequami veſtigia eius. Qui ꝯ̄
nō tollit crucē ſuā ad ip̄m ſequendū recuſat loquētē. ps.
Hodie ſi vocē eius audieritis nolite obdurare corda vr̄a
Mat. 17. Hic eſt filius meus dilectus in ꝗ mihi bene cō
placui ip̄m audite. ¶ Deinde cū dicit. Si em̄ illi ⁊c. ar-
guit cōparādo locutionē veteris teſtamēti ad locutionē
noui teſti Et hoc ꝙ̄tū ad duo. ſ. ꝙ̄tū ad monitionē loquē
di ⁊ quantū ad efficaciā locutiōis Mod⁹ loquēdi qꝛ ille
loquebat̄ ſuper terrā: hic aūt eſt de celo. Unde dicit. Si
illi. ſ. antiqui patres recuſantes eū qui loquebat̄ ſuꝑ ter
rā. ſ. xp̄m. Eſa. 52. Ego ip̄e qui loquebar ecce aſſum. ſ.
per angelos vel ꝓphetas. Supra. 1. Multipharie mul
tiſq₃ modis olim deus loquēs patrib⁹ in ꝓphetis. Uel
eū. 1. angelū per quē lex data eſt moyſi. Gal. 3. Ordina-
ta per angelos. ꝯ̄. 2ͦ. Si em̄ qui per angelos dictus eſt
ſermo factus eſt firmus ⁊c. Act. 7. Hic eſt moyſes ꝗ fuit
in eccleſia in ſolitudine cū angelo qui loquebat̄ ei in mō
te ſynai ⁊c. ¶ Non effugerunt ſc₃ vltionē diuine legis.
Job. 11. Effugiū peribit ab eis. Supra. 2. Omis preuari
catio ⁊ inobediētia accepit iuſtā mercedis retributionē.
¶ Sequit̄ cōcluſio per locū a minori. Si illi qui recuſa-
uerūt loquentē de terra non effugerūt: multomagis nos
qui aduertimus loquentē de celo nō debemus recuſare
quia ſc₃ min⁹ poſſemus effugere. Ille em̄ qui nobis lo-
quit̄ in nouo teſtamēto xp̄us ſc₃ iam eſt in celis. Math.
vlti°. Dn̄s quidē ieſus poſtꝙ̄ locutus eſt eis aſſumptus
eſt in celū. Deutro. 4. De celo audire te fecit vocē ſuā₃
vt doceret te. Doctrina ergo veteris teſtamēti eſt doctri
na xp̄i loquētis de terra ꝓpter duo. Primo quia ibi ſub
figura terrenoꝝ tradunt̄ celeſtia. Item ibi ꝓmittebant̄
terrena: ſed doctrina noui teſtamēti eſt xp̄i loquentis de
celo: quia terrena cōuertum⁹ in ſignificationē celeſtiū₃ ꝑ
intellectū miſticū. Item in ip̄o ꝓmittunt̄ celeſtia. Mat.
10. Ecce em̄ merces veſtra copioſa eſt in celis. Joh. 3°.
Si terrena dixi vobis ⁊ nō creditis quomō ſi dixero vo-
bis celeſtia credetis. ¶ Conſequēter cōparat ad inuicē₃
vtrūq₃ teſtamentū quantū ad efficatiā locutōis. Et de ef
ficacia quidē locutiōis veteris teſtimēti dicit. Cui⁹ voꝶ
mouet terrā tūc id eſt fecit cōmotionē in terra multiplici
ter quia per ſigna in egypto per diuiſionē maris. per mo
tū terre in deſerto. ps. Terra mota eſt ⁊ em̄ celi diſtilla-
uerūt ⁊c. In quo ſignificat̄ ꝙ tota illa locutio cōmoue-
bat corda ꝑ terrena ꝓmiſſa. ¶ Deinde cū dicit. Nūc au-
tē repromittit ⁊c. ſubiūgit quantū ad efficacia noui teſta
ſtamēti. Et ꝓbat eam per auctoritatē ꝓphete. ⁊ poſt ex-
ponit eā ibi. Quod autē dixit ⁊c. Auctoritas illa ponit̄
aggei. 2. Non tamē ſcđm litterā noſtrā. Nos em̄ ſic ha
bemus. Adhuc vnū modicū eſt ⁊ ego mouebo ⁊c. Apo
ſtolus autē accipit ſic. Adhuc ſemel ⁊ ego mouebo nō ſo
lum terrā ſed etiā celum. Et eſt ſenſus idē. Et manifeſtū
eſt ꝙ iſta prolata fuerūt tempore veteris teſtamēti circa
finem eius. ſc₃ poſt reditū tranſmigratiōis eius quo tem
pore nihil reſtabat de veteri teſtamēto. Ergo manifeſtū
eſt ꝙ illud qͦ promittebat̄ erat in iplendū in nouo teſta
mēto ſc₃ nouū celū ⁊ noua terra. Eſa. 65. Ecce ego creo
nouos celos ⁊ terram nouā. Que quidē creatio oſtenſa
eſt in ſpiritu iohāni. Apoc. 21. Et vidi celū nouū ⁊ terrā
nouā. In illa em̄ innouatiōe mouebunt̄ celi. Poteſt aūt
celū dupliciter accipi. Uno modo celū aereū ⁊ iſtud igne
vltime flagratiōis purgabit̄ vt ſupra dictū eſt. 10. capi.
Alio modo celū ſidereū. Et iſtud nō purgabit̄ ſed muta-
bit̄ quantū ad nouū ſtatū quia ceſſabit a motu ⁊ augebit̄
claritas partiū eius. quia lux lune erit vt lux ſolis. ⁊ lux
ſolis ſeptēpliciter. vt dicit Eſaie. 30. Dicit ergo. Nunc
autē id eſt per nouū teſtamentū repromittit dicens: Ad-
huc ſemel ⁊ ego nō ſolū mouebo terrā: ſed etiam celum.
¶ Conſequēter cū dicit. Qḋ autē dixit ⁊c. exponit verba
prophetie ⁊ facit magnā vim in hoc ꝙ dicit. Adhuc ſe-
mel. Qḋ em̄ dicit adhuc. oñdit ꝙ mobilia ſūt. Sed ꝙ di
cit ſemel. oſtendit ꝙ a ſtatu mobilitatis ⁊ corruptibilita
tis mutāda ſt̄ ad ſtatū incorruptiōis ⁊ imutabilitatꝭ. Si
em̄ poſt motionē illam remaneret in ſtatu mutatiōis nō
diceret ſemel ſed iterū ⁊ iterū. qͦ eſt contra origenē qui
voluit ꝙ mundus in infinitū renouabit̄ ac recuperabit̄.
Dicit ergo. Qḋ autē dixit. Adhuc ſemel declarat trāſla
tionē mobiliū ad ſtatū. ſc₃ imobilitatis. Et quaſi aliquis
quereret vtrū deus hoc poſſit facerēt ſubdit. Tanꝙ̄ fa-
ctoꝝ. Omia em̄ facta diuine poteſtati ſubijciunt̄. Unde
ſicut ex nihilo fecit ea deus: ita poteſt ea ꝓ ſue volūtatis
arbitrio imutare. Et hoc vt maneāt ea que ſunt immobi
lia. id eſt quantū ad eſſentias ſuas principales remane-
ant imobilia: ſed quantū ad aliquas accidētales diſpo-
ſitiōes mutabunt̄. ps. Et ſicut opertoriū mutabis eos et
mutabunt̄ ⁊c. Que ſupra. 1°. ſūt expoſita. Ex his patet
ꝙ iſta in veteri teſtamēto ⁊ ſi mouebant̄ non tamē ad ſta
tū incorruptiōis ⁊ imutabilitatis: ſed hoc fit tantū in no
uo in ſignū ꝙ promiſſa veteris teſtamēti erāt mutabilia
non autē noui. ¶ Deinde cū dicit. Itaq₃ regnū imobile
⁊c. ponit ꝯcluſionē principaliter intentā. poſtꝙ̄ em̄ mul
tipliciter cōmendauit gratiā ⁊ beneficia per xp̄m nobis
collata ⁊ cōferenda principaliter intendit nos inducere
ad ſeruiendū ei. Et hoc cōcludit ꝙ exquo nobis in nouo
teſtamēto promittunt̄ bona imobilia. debemus xp̄o qui
repromittit ſeruire in timore ⁊ reuerētia. Et hec eſt con
cluſio principalis vnde primo reſumit beneficiū exhibi-
tum dicens: Itaq₃ exquo. ſcilic₃ deus nobis repromit-
tit celū et terrā immobilia per que deſignantur bona fu-
tura immobilia ⁊ ſempiterna habemus. id eſt reddim⁹
gratiā. id eſt gratiarūactionē. 2ͤ. corint. 9. Gratias ago
deo ſuper inenarrabili dono eius. Et hoc ſuſcipiētes. id
eſt quia ſuſcipimus ⁊ ſi nō in re tamē in ſpe ꝓmiſſionis
regnū immobile. ps. Regnū tuū regnū omniū ſeculoꝝ.
Luce. 1. Regni eius nō erit finis. Uel per gratiā intelli
git̄ donū gratie qͦ in preſenti recipimus tanꝙ̄ pignus
eterne glorie. Et ideo dicit. Itaq₃ ſuſcipiētes regnū im-
mobile. id eſt future glorie qͦ nobis promittit̄. Luc. 12
Nolite timere puſillus grex: quia cōplacuit patri veſtro
dare vobis regnū₃. Quod em̄ ſperamus habemus. ſc₃
gratiā quā tanꝙ̄ quoddā glorie inchoatiuū accipimus.
Sicut em̄ natura nō deficit in neceſſarijs: multo minus
deus. Et ideo dat nobis ſpē₃ illius regni. ⁊ per ꝯſequēs
gratiā per quā ꝑueniam⁹. Rom. 5°. Acceſſum habem⁹
per fidem in gratiā. ps. Gratiā ⁊ gloriā dabit dominus
¶ Sequit̄. Per quā ſeruiamus placētes deo cū metu ⁊
reuerētia. vbi inducit ad obſequiū vt a nobis requiſitū.
Dictat em̄ ratio naturalis ꝙ ei a quo multa beneficia re
cipimus obligamur ad reuerentiā ⁊ ad honorē exhiben
dum. Ergo multo fortius deo qui nobis maxima dona-
uit ⁊ infinita repromiſit. Et ideo dicit ꝙ per iſtā gratiā₃
ſc₃ nobis datā ⁊ dandā ſeruiamus deo placētes cum me



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

tu ⁊ reuerētia. Non eñ ſufficit tantū ſeruire deo quod
poteſt fieri per actionē exteriorem niſi etiā placeamus ei
per intentionē rectā ⁊ per amorē. Sapieñ. 4°. Placēs
deo factus eſt dilectus. p̄s. Placebo domīo in regione
viuoꝝ. Maxime autē ſeruit̄ deo per obſequiū interius.
p̄s. ⁊ Luc. 1. Seruiamus illi in ſanctitate ⁊ iuſticia. De
us autē propter creationē dicit̄ dominus. ꝓpter regene
rationē vero pater. Domīo autē debet̄ timor: ſed patri
amor ⁊ reuerētia. Malach. 1. Filius honorat patrē ⁊ ſer
uus dominū ſuū timebit. Si ergo pater ego ſum vbi eſt
honor meus. Et ſi dominꝰ ego ſum. vbi timor meus. Er
go deo ſeruiendū eſt cum metu ⁊ reuerētia. p̄s. Seruite
domīo in timore ⁊ exultate ei cū tremore. ¶ Q᷑ autē ita
debeamus ſeruire deo. ꝓbat per auctoritatē ſumptam:
Deutro. 4. Etenī deus noſter ignis ꝯſumens eſt. Hoc
autē ꝙ deus dicit̄ ignis non dicit̄ hoc ſcd̄m dyoniſiū ꝙ
ſit aliqđ corporeū: ſed quia intelligibilia deſignant̄ per
ſenſibilia inter que ignē reperimus habere maiorē nobi
litatē ⁊ maiorē claritatē. Item maiorē actiuitatē. Item
maiorē altitudinē in ſitu. Item eſt magis purgatiuus ⁊
cōſumptiuus. ideo deus precipue nominat̄ ignis ꝓpter
eius claritatē quia lucē habitat inacceſſibilē. 1ͤ. thymo.
6. Item quia maxīe actiuus Eſaie. 26. Om̄ia opera no
ſtra operatus es in nobis. Item altior eſt in ſitu. p̄s. Ex
celſus ſuper om̄es gentes dñs ⁊c. Item purgat pecca-
ta ⁊ quaſi cōſumit. Unde dicit hic ꝙ eſt ignis cōſumens
ſcʒ peccata. Malach. 3°. Ipſe eñ quaſi ignis cōflans.
Et ſequit̄. Et purgabit filios leui. Supra. 1. Purgatio
nē peccatoꝝ faciens. Item cōſumit peccatores puniēdo
Supra. 10. Terribilis aūt quedam expectatio ⁊ ignis
emulatio que cōſumptura eſt aduerſarios. Et ideo quia
iſta nobis ꝓmiſſa ſunt. Eſa. 10. Erit lumē iſrael in igne
⁊ ſanctꝰ eius in flām̄a. p̄s. Ignis ante ip̄m precedet ⁊ in
flām̄abit in circuitu inimicos eius. Et ideo debemꝰ ſtu-
dere ad ſeruiendū ⁊ placendū deo.

## Capitulū tredecimū.

C Haritas fraternitatis maneat in
vobis: et hoſpitalitatem nolite
obliuiſci. Per hanc enim placue
runt quidam angelis hoſpitio re
ceptis. Memētote vinctorum tanꝙ̄ ſimul
vincti: ⁊ laborantium tanꝙ̄ ⁊ ipſi in corpo-
re morantes. Honorabile connubiuʒ in om-
nibus: ⁊ thorus immaculatus. Fornicato-
res enim ⁊ adulteros iudicabit deus. Sint
mores ſine auaritia: contenti preſentibus.
Ipſe enim dixit. Non te deſeram neqʒ dere
linquam ita vt confidenter dicamus: Domi
nus mihi adiutor eſt: non timebo quid fa-
ciet mihi homo. Mementote prepoſitoruʒ
veſtrorum qui vobis locuti ſunt verbū dei
quoꝝ intuētes exitū cōuerſatiōis imitami
fidē. Jeſus xp̄s heri ⁊ hodie ip̄e ⁊ in ſecl'a.

Poſtꝙ̄ ſupra monuit eos apoſtolus qualiter ſe debent
habere ad perferēda mala: hic monet quomō ſe debeant
habere ad operandū bona. Unde ſcd̄m glo. ab iſto loco
incipit moralis inſtructio poſt cōmendationē ⁊ exhorta
tionē ad imitandū ip̄m. Et circa hoc duo facit. Primo
enim hortat̄ ip̄os ad bonū. Secūdo orat pro eis ibi. De
us autem pacis ⁊c. Circa primū tria facit. Primo enim
oſtendit quomō debent bonū operari quantū ad proxi-
mos. Secūdo quantū ad ſeip̄os. ibi. Honorabile cōnu-
biū ⁊c. Tertio quantū ad prelatos ibi. Memētote pre-
poſitoꝝ veſtroꝝ ⁊c. Dicit ergo quantū ad primū ſic. Di-
ctum eſt ꝙ ꝓmiſſuʒ eſt nobis regnū immobile. ad quod
ſi volumus peruenire neceſſe eſt nos charitatē habere.
Ergo charitas fraternitatis maneat in vobis. 1ͤ. Johā.
4°. Qui non diligit fratrē ſuū quem videt: deū quem
nō videt quomō poteſt diligere? Item. 1ͤ. petri. 2. Om
nes inuicem honorate: fraternitatē diligite. Quia vero
charitas nō eſt ocioſa vt dicit Gregoriꝰ. ideo hortat̄ ad
opera charitatis. 1ͤ. Joh. 3°. Non diligamꝰ verbo neqʒ
lingua ſed opere ⁊ veritate. Ideo dicit ꝙ debemꝰ oſten
dere charitatē peregrinis per hoſpitalitatē. vinctis per
compaſſionē. pauperibus per ſubuentionē Et primū po
nit ibi. Et hoſpitalitatē nolite obliuiſci ⁊c. Secundū ibi
Mementote vinctoꝝ ⁊c. Tertiū ibi. Et laborantiū ⁊c.
Dicit ergo quantū ad primū. Nolite obliuiſci hoſpitali
tatis. Et dicit obliuiſci: quia iſti aliquādo in ꝓſperitate
ſua multū fuerāt hoſpitales. Sed modo depaupati erāt
⁊ ideo nō ita bene poterant. Tamē animat eos ad cōti-
nuandū ſcd̄m poſſibilitatē ſuam. Rom̄. 12. Hoſpitalita-
tem ſectātes. Et ſpecialiter facit mentionē de hoſpitali-
tate quia qui peregrinos recipit tria opera miſericordie
ſimul implet. quia ⁊ recipit ⁊ cibat ⁊ potat. 1ͤ. Joh. 4°.
Hoſpitales inuicē ſine murmuratiōe. Et ſubdit rationē
quia per hāc multi placuerūt angelis hoſpitio receptis
ſicut patet de abraā ⁊ loth. Geñ. 19°. Alia littera habet
Per hāc quaſi neſcientes receperūt angelos. quia non
credebāt eos eſſe angelos. quod verū eſt in principio vn
de ꝙ abraam adorauit eos putauit ꝙ eſſent viri ſancti a
deo miſſi ⁊ adorauit eos adoratiōe dulie que exhibet̄ ſan
ctis. ⁊ quaſi hominibꝰ cibos obtulit. Sed poſtmodū in-
tellexit eos angelos in quibus deus loquebat̄. Et locu-
tus eſt eis ſicut deo dicens. Non eſt hoc tuū qui iudicas
oēm terrā. ⁊ ſimiliter loth. ¶ Quantū ad ſecundū dicit.
Memētote vinctoꝝ illoꝝ. ſcʒ qui propter deū miſſi ſunt
in carcerē. memētote viſitādo redimendo tanꝙ̄ eſſetis
ſimul corporaliter cū eis vincti. Hoc eñ eſt aliud opus
miſericordie. Math. 25°. In carcere eram ⁊ veniſtis ad
me. Contra qđ Eſa. 14. dicit̄ Uinctis eius nō apperuit
carcerē. Hoc ip̄i aliquando fecerūt ſicut patet ſupra. 10.
Specialiter aūt hoc pertinet ad opus miſericordie: alie
nam miſeriā ſuam reputare. ¶ Quantū ad tertiū dicit.
Et laborantiū ſiue labore corporali. p̄s. Labores manu
um tuarū quia manducabis ſine ſollicitudine ſpirituali.
2ͤ. tymothei. 2°. Laborantē agricolā oportet primū de
fructibus percipere. Siue in malis ſuſtinēdis. Eccl'. 1°.
Et cognoui ꝙ in his quoqʒ eſſet labor ⁊ afflictio ſpiritꝰ.
Breuiter tota preſens vita labor quidā eſt. Job. 5. Ho-
mo ad laborē naſcit̄ ⁊ auis ad volatū. Supple memēto-
te tanquā ⁊ ip̄i in corpore morātes. Per quod experti
eſtis q̄d neceſſe ſit laborātibus. Eccl'. 31°. Intellige que
ſunt ꝓximi tui ex teip̄o. Math. 7. Om̄ia quecūqʒ vul-
tis vt faciāt vobis homīes eadē ⁊ vos facite illis. ¶ De
inde cū dicit. Honorabile connubiū ⁊c. monet bona face
re quantū ad ſeip̄m. Et circa hoc duo facit. Primo eñ
ponit monitionē contra cōcupiſcentias carnalium dele-
ctationū. Secūdo contra cupiditatē reruʒ exterioꝝ. ibi.
Sint mores ſine auaritia ⁊c. Primo ergo pōit monitio
nē dicens: Honorabile ⁊c. Circa qđ ſciendū eſt ꝙ circa
venerea dupliciter cōtingit peccatū. Uno mō per illici-
tam coniunctionē ſoluti cum ſoluta. ⁊ q̄tum ad hoc di-
cit: Honorabile cōnubium ſupple ſit in omnibꝰ q̄ conti-
nere nolūt nō ꝯiunctio fornicatoria. Et dicit̄ honorabi
le quādo fit ſm̄ debitas circumſtantias matrimonij. Ex

quo patet ꝙ actus matrimonialis poteſt eſſe ſine pecca-
to. quod eſt cõtra hereticos. 1. Coꝛin. 7. Si nupſerit vir
go non peccauit. Unde dominus ad oſtendendum bonũ
eſſe actum matrimonij: Pꝛimum ſignum fecit in nupti-
is ⁊ matramonium nobilitauit pꝛeſentia ſua coꝛpoꝛali et
naſci voluit de coniugata. Alio modo per violentiã tho-
ri maritalis quando ſcꝫ vir accedit ad alterius vxoꝛem:
vel mulier ad alterius viruꝫ. Et quantũ ad hoc dicit. Et
thoꝛus immaculat⁹. Et Sap̃. 14. Neqꝫ vitam neqꝫ nu-
ptias mundas iam cuſtodiunt. ſed alius alium ꝑ inuidi-
am occidit aut adulterans contriſtat. Item capitulo ter-
tio. Felix ſterilis ⁊ incoinquinata. ⁊ que neſciuit thoꝛum
in delicto. habebit fructum in reſpectione animarũ ſan-
ctaꝝ. ¶ Subdit autẽ apoſtolus rationẽ dicens: Foꝛni-
catoꝛes enim ⁊ adulteros iudicabit deus. In quo elidit
erroꝛem aliquoꝛum dicentium ꝙ deus peccata carnalia
non punit nec curat. Ephe. 5. Nemo vos ſeducat inani-
bus verbis. ꝓpter hec enim ſcꝫ propter peccata carnalia
que premiſerat venit ira dei in filios diffidentie. Ideo di
cit hic ꝙ foꝛnicatoꝛes pꝛopter hoc ꝙ dixit honoꝛabile cõ
nubium ⁊ adulteros ꝓpter hoc ꝙ dixit thoꝛus immacu-
latus deus iudicabit id eſt cõdemnabit. Ephe. 5. Om̃is
foꝛnicatoꝛ aut immundus aut auarus quod eſt idoloꝛuꝫ
ſeruitus nõ habet partem in regno dei ⁊ xp̃i. ¶ Deinde
cũ dicit. Sint moꝛes ⁊c. ꝓhibet cupiditatẽ bonoꝛuꝫ ex-
terioꝛum: circa que contingit peccare duobus modis.
Uno eñ modo per tenacitatem. Alio modo ꝑ cupidita-
tem. Liberalitas eñ eſt virtus que ponit medium circa
pecunias q̃tũ ad dationẽ ⁊ q̃ntuꝫ ad acceptionẽ. Quã-
tum ad pꝛimum ſcꝫ contra tenacitateꝫ dicit. Sint moꝛes
ſine auaritia. Auarus eñ dicit̃ nimis tenax quaſi auid⁹
eris. Unde Ecc̃. 10. Auaro nihil eſt ſceleſtius. Quantũ
ad ſecundum dicit. Contenti pꝛeſentibus. Illi qui ſemꝑ
his que habent volunt alia cumulare non ſunt contenti
pꝛeſentib⁹. 1. Timo. 6. Habentes alimẽta ⁊ quib⁹ tega-
mur: his contenti ſimus. Uel qđ dicitur. Sint moꝛes ſi-
ne auaritia. ꝓhibet auaritiam q̃tum ad cupiditatẽ ⁊ te-
nacitatem. Cum vero dicit. contenti pꝛeſentibus. exclu-
dit cauſam auaritie ſcꝫ ſollicitudinẽ. Matth. 6. Nolite
ſolliciti eſſe ⁊c. Non enim ꝓhibet̃ ꝙ homo non ſollici-
tetur de rebus in poſterum neceſſarijs. ſed ꝙ cura ⁊ ſol-
licitudo non pꝛeoccupet mentem. Sic eñ qui pꝛeoccu-
pat futurã ſollicitudinẽ ſollicitus eſt in craſtinũ. ¶ De-
inde cum dicit. Ipſe enim dixit ⁊c. ponit monitionis ra-
tionẽ. Et eſt ratio quare nõ debemus ſuꝑflue eſſe ſollici
ti. ſed tamen facere qđ in nobis eſt ſcꝫ cũ fiducia diuini-
auxilij. Ipſe enim dixit Joſue. 1. Non te deſeram id eſt
q̃n miniſtrẽ tibi neceſſaria. neqꝫ derelĩquã ſcꝫ fame ꝑire
pſ̃. Non vidi iuſtum derelictum nec ſemen eius querẽs
panem. Uel nõ derelinquã quin liberem te a malis. Et
ex hoc cauſat̃ fiducia in coꝛde. ita vt confidenter dicam⁹
Eſa. 12. Fiducialiter agã ⁊ nõ timebo. ⁊ ꝙ dicam⁹ illud
pſ̃. Dñs mihi adiutoꝛ eſt nõ timebo quid faciat mihi ho
mo. Adiutoꝛ inq̃tum a malis liberat. pſ̃. Adiutoꝛ in tri
bulationibus que inuenerunt nos nimis. Et ideo non ti
mebo quid faciat mihi homo id eſt aduerſarius quicũqꝫ
carnalis Eſa. 51. Quis tu vt timeas ab homĩe moꝛtali.
Uel diabolus qui dicit̃ homo ab homine victus ſicut ſci
pio affricanus. Matth. 13. Inimicus hõ hoc fecit. ¶ De
inde cũ dicit. Mementote pꝛepoſitoꝝ ⁊c̃. oſtendit quo-
modo debent bonũ operari q̃tum ad pꝛelatos. Et circa
hoc facit duo. Pꝛimo eñ oſtendit quõ ſe debẽt habere
ad moꝛtuos. ſcꝫ vt eoꝛũ ſequant̃ exempla. Secũdo quo-
mõ ad viuentes vt eis obediant ibi. Obedite pꝛepoſitis
veſtris ⁊c. Quantũ ad pꝛimũ duo facit. Pꝛĩo eñ oñdit
quomõ bonoꝛum doctrinã imitent̃. Secundo quõ malo-
rum doctrinam deuitent ibi. Doctrinis varijs ⁊c. Dicit
ergo. Mementote pꝛepoſitoꝝ veſtroꝛũ qui vobis locuti
ſunt verbuꝫ dei id eſt apoſtoloꝝ qui vobis pꝛedicauerũt
Eſa. 51. Attendite ad abꝛaã pr̃em vr̃m ⁊c. Non ſolũ aũt
ꝑdicauerũt verbo: ſed etiã facto oſtenderũt. Matth. vlt.
Sermonẽ confirmante ſeq̃ntib⁹ ſignis. Nõ ſolũ memẽ-
tote verboꝝ: ſed etiã intuemini exituꝫ. 1. Mach. 2. Me-
mẽtote operũ patrũ q̃ fecerũt ĩ generationib⁹ ſuis ⁊ acci-
pietis gloꝛiã magnã ⁊c Jac. 5. Exemplũ accipite fratres
mei mali exitus ⁊ longanimitatis ⁊ laboꝛis et patientie
ꝓphetas q̃ locuti ſunt in noĩe dñi ⁊c. Sed non ſolũ hoc
imitemini ſcꝫ exitum vt ſcꝫ ꝓ xp̃o ſapiẽter ſuſtineatis: ſꝫ
etiam conuerſationẽ. ad bonã eñ moꝛtem venitur ꝑ bo-
nam conuerſationẽ. Imitamini etiã fidẽ illoꝝ: vt ab illa
non declinetis. ¶ Sequit̃. Jeſus chꝛiſtus heri ⁊ hodie
ipſe ⁊ in ſecula. ſcđm gloſam ſic introducitur littera iſta.
Ipſe enim ſupꝛa dixerat quod ſcilicet dictum eſt Joſue.
Non te deſerã neqꝫ derelinquã. poterant iſti dicere. Il-
le cui hoc dictũ eſt bene debebat confidere de dei adiuto
rio. Nos autem non ſic quibus non eſt dictum. Hoc re-
mouet apoſtolus dicens ꝙ chꝛiſtus q̃ hoc tunc dixit Jo-
ſue manet ineternum. Et ideo ſicut tũc potuit ipſum iu-
uare. ita poteſt modo auxiliari nobis. Ideo dicit. Jeſus
chꝛiſtus heri ⁊ hodie ⁊c. Uel poteſt referri ad immedia-
te dictum. Jam enim dixerat ꝙ deberent imitari apoſto-
los. Poterant dicere ꝙ non eſt ſimile q2 illi immediate
inſtructi fuerunt a chꝛiſto ⁊ ſeruierũt ſibi. nos autẽ nõ ſic
Et iõ dicit apl̃s ꝙ chꝛiſtus manet. ⁊ ideo inſtruit nos ad
ſeruiendum ſibi. Unde dicit. Ipſe chꝛiſtus heri ſcilicet
in tempoꝛe pꝛimitiuoꝛum apoſtoloꝛum. et hodie ſcilicet
in tempoꝛe iſto ipſe ⁊ in ſecula Matth. vltimo. Ecce ego
vobiſcum ſum vſqꝫ ad conſumationem ſeculi. Apoc. 1.
Dicit dominus deus qui erat ⁊ qui eſt ⁊ qui venturus ẽ
omnipotens. pſ̃. Tu autẽ idem ipſe es ⁊ anni tui non
deficient. In hoc ergo oſtendit apoſtolus eternitatẽ xp̃i

## Lectio ſecunda

d Octrinis varijs ⁊ peregrinis nolite
abduci. Optimũ eſt eñ gr̃a ſtabili-
re coꝛ: non eſcis que nõ pꝛofuerunt
ambulantibus in eis: Habemus altare: de
quo edere non habent poteſtatẽ qui taber-
naculo deſeruiunt. Quoꝛuꝫ enim animaliũ
infertur ſanguis ꝓ peccato in ſancta ꝑ pon
tificẽ: hoꝝ coꝛpa cremant̃ extra caſtra. Pꝛo
pter qđ ⁊ ieſus vt ſctĩficaret ꝑ ſuũ ſanguinẽ
ꝑl̃m ex̃ poꝛtã paſſus eſt. Exeam⁹ igit̃ ad eũ
extra caſtra: impꝛopꝛiũ ei⁹ poꝛtãtes. Nõ eñ
habem⁹ hic manentẽ ciuitatẽ ſ; futurã inq̃-
rim⁹. Per ip̃m g̊ offeram⁹ hoſtiã laudis ſꝑ
deo id ẽ fructũ labioꝝ ꝯfitentiũ noĩ ei⁹. Bñ
ficentie aũt ⁊ communionis nolite obliuiſci.
Talib⁹ eñ hoſtijs ꝓmeret̃ deus.

Supꝛa monuit apl̃s ad imitandũ exempla ⁊ conuerſati-
onem eoꝛum qui deceſſerunt: hic monet ad inſiſtendum
doctrine eoꝛuꝫ. Et circa hoc duo facit. Pꝛimo eñ ponit
monitionẽ ſuam. Secũdo aſſignat rationẽ ibi. Habem⁹
altare ⁊c. Iteum̃r ꝑma in duas. Pꝛimo enim ponit mo
nitioneꝫ ſuam in generali. Secundo exemplificat ipſam
ibi. Optimũ eſt eñ gratia ⁊c. Dicit ergo. Nolite abduci
varijs ⁊ peregrinis doctrinis. quaſi dicat. Ita dixi ꝙ de-
betis imitari fidẽ apl̃oꝛũ. Ergo a doctrina ipſoꝝ ꝑ quã-
cũqꝫ aliam doctrinaꝫ nolite ab duci id eſt remoueri. Ubi

ſciendum eſt ꝙ cum veritas conſiſtat in medio cuius eſt vnitas. ⁊ ideo vni vero multa falſa opponi poſſunt ſicut vni medio multa extrema. Doctrina ergo fidei vna eſt qꝛ a puncto in punctū non conuenit ducere niſi vnam rectā lineam. Omnes alie doctrine multe ſunt: qꝛ a recto multis modis cōtingit deuiare. Et ideo dicit. Doctrinis varijs id eſt diuiſis Oſee. 10: Diuiſum eſt coꝛ eoꝝ nunc interibunt. Hee ſunt ille doctrine de quibus .1. Ti. 4. Doctrinis demonioꝝ in ypocriſi loquentiū mendatiū. Item ſunt peregrine ſcꝫ a fide catholica. a nobis aūt tales doctrine nō ſunt ſuſtinende. qꝛ non ſumus hoſpites ⁊ aduene: ſꝫ ſumꝯ ciues ſanctoꝝ ⁊ domeſtici dei Eph. 2

¶ Deinde cum dicit. Optimum eſt em̄ gratia ⁊c. exemplificat in ſpeciali que ſunt varie et peregrine doctrine. Unde ſciendum eſt ꝙ in ꝑmitiua eccleſia fuit vnus erroꝛ ꝙ ad ſalutē neceſſaria erat obſeruantia legaliū que precipue conſiſtebat in quibuſdā cibis ſumendis: puta agni paſchalis. Exo. 12. Et in abſtinendo a quibuſdaꝫ cibis. ſicut patet Leuit. 11. et in alijs multis locis. Alius erroꝛ fuit ꝙ paſſim licebat vti delectationibꝯ coꝛpoꝛalibꝯ. Et iſte fuit erroꝛ nicolaitarum. Et de vtroq; poſſunt hec verba exponi. ſed magis ꝓprie de ꝑmo. Dicit ergo. Nolite abduci a veritate fidei ꝑ varias ⁊ peregrinas doctrinas. 2. Theſſal. 2. Non cito moueamini a ſenſu veſtro. Gal. 1. Miroꝛ ꝙ ſic tam cito trāſferimini ab eo q̄ vos vocauit in gratiā xp̄i in aliud euangeliū. Deus em̄ a nobis requirit coꝛ. ꝓuer. 23. Prebe fili mi coꝛ tuū mihi. Et id debet eſſe firmū ⁊ ſtabile. Contra quod dicit in ps̄. Coꝛ meum dereliquit me. Hoc autē non ſtabilit eſcis coꝛpoꝛalibus: ſed ꝑ grām iuſtificantē Ro. 3. Iuſtificati gratis ꝑ gratiam ipſius ⁊ ꝑ redemptionē que eſt in chꝛiſto ieſu Et ideo dicit. Non eſcis que non pꝛofuerunt. Ro. 14. Non eſt regnū dei eſca ⁊ potus. ſed iuſticia ⁊ pax ⁊ gaudium in ſpūſancto. Non eſt ergo ſtabilimentū coꝛdis in īmoderata vel ſuꝑflua ſumptione cibi: ſꝫ magis in gratia dei. ps̄. Paratum coꝛ eius ſperare in domino confirmatū eſt coꝛ eius non cōmouebit donec ⁊c. Spes aūt eſt quaſi anchoꝛa ſtabiliens coꝛda. ſupꝛa. 6. Confugimꝯ ad tenendam ꝓpoſitam nobis ſpem quam ſicut anchoꝛā habemus aīe tutaꝫ ⁊ firmā. Et dicit ꝙ non ꝓfuerunt ambulantibus in eis id ē ſperantibus in eis. quia illis qui eis vtunt ad neceſſitatē ꝓſunt ad ſalutē coꝛpoꝛis. ſed qui totum ſtudium ponunt in eis ambulant in ipſis. ⁊ talibus nec ꝓficiunt ad ſalutē aīe nec coꝛpoꝛis. Iere. 11. Nunq̄d carnes ſancte auferent a te malicias tuas in quibus glo riata es.

¶ Deinde cum dicit. Habemus altare ⁊c. aſſignat rationē et eſt valde ſubtilis. Sicut em̄ legit Leui. 16. Decima die ſeptimi menſis ſūmus ſacerdos ſanguinem vituli ⁊ hirci inferebat intra ſancta ꝓ ſua ignoꝛantia ⁊ illoꝛum coꝛpoꝛa cremabant extra caſtra. Et qꝛ erat oblatio ſacerdotum nō cōmedebant carnes eoꝝ. Quod em̄ offerebant pꝛo peccato ſacerdotum non comedebant ſed extra caſtra comburebant. Ex iſta ergo figura trahit aplꝯs myſteriū. Per ſanguinē em̄ illum figurabat ſanguis xp̄i vt ſupꝛa dictum eſt. 9. caº. Vitulꝯ em̄ ⁊ hircus xp̄m figurabāt. qꝛ vitulus erat hoſtia ſacerdotalis: ⁊ hircus imolabat ꝓ peccato. In quo figurabat ꝙ chꝛiſtꝯ debebat īmolari ꝓ peccato non ſui ſed populi. Vitulus q̄ ⁊ hircus imolatus. eſt chꝛiſtus ſacerdos ſeipſum offerēs ꝓ peccatis noſtris. Sanguis q̄ xp̄i illatus eſt intra ſancta ⁊ caro cremata ē extra caſtra. Ubi duplex eſt ſignificatum. Unuꝫ ꝙ xp̄s in ciuitate imolatus eſt linguis iudeoꝛum. Unde ⁊ marcus dicit ipſum hoꝛa tertia crucifixū: licet hoꝛa ſexta fuerit in cruce leuatus. Aliud ꝙ ꝑ virtutem paſſionis ſue xp̄s intra celeſtia ſancta nos introducit ad patrem. Q̄ḋ autē coꝛpoꝛa illoꝝ cremabant extra caſtra q̄tum ad caput noſtrū ſignificat ꝙ xp̄s paſſurꝯ erat extra poꝛtam. Quantū vero ad nos qui ſumus membꝛa ſignificat ꝙ ꝓ illis q̄ ſunt extra caſtra legaliū vel exterioꝛum ſenſuū imolat xp̄s. Qui em̄ erant in caſtris de carnibus illis non comedebant. Hec eſt ergo figura quā ꝓponit aplꝯs. cuius ꝑmo ponit ſignificatū. Secundo ponit figuram ibi: Quoꝛum em̄ animaliū ⁊c. Tertio inducit concluſionē ibi. Exeamus igit ad ipſum ⁊c. Dicit ergo. Stabiliamus coꝛda noſtra non eſcis ſed gratia. Aliter em̄ non poſſumus: qꝛ habemus altare ⁊c. Iſtud altare vel eſt crux xp̄i in qua xp̄s ꝓ nobis imolatus eſt. Vel ipſe xp̄s in quo ⁊ ꝑ quē pꝛeces noſtras offerimꝯ. Et hoc eſt altare aureum de quo dicit Apoc. 8. De iſto ergo altari non habēt poteſtatē edere id eſt fructū paſſionis xp̄i percipere ⁊ ipſi tanq̄ capiti incoꝛpoꝛari qui tabernaculo legalium deſeruiunt Gal. 5. Si circumcidimini xp̄s vobis nihil pꝛoderit. Vel tabernaculo coꝛpoꝛis deſeruiunt q̄ carnales delectationes ſequunt Ro. 13. Carnis curam ne feceritis in deſiderijs. Talibus em̄ nihil pꝛodeſt. 1. Coꝛin. 11. Qui em̄ manducat ⁊ bibit indigne: iudicium ſibi manducat ⁊ bibit. Dicit autē coꝛpus tabernaculum qꝛ in ipſo tanq̄ in bello habitamꝯ contra hoſtes ⁊ modicū manet. 2. Pe. 1. Velox eſt depoſitio tabernaculi mei ⁊ ideo nō eſt ei deſeruiendū.

¶ Deinde cū dicit. Quoꝝ em̄ animaliū ⁊c. ꝓſequit figuram ipſam. Et ꝑmo figurā veteris legis. Secūdo figuram noui teſtamēti ibi. Propter qḋ ⁊ ieſus ⁊c. Quantū ad pꝛimū dicit. Quoꝝ em̄ animalium ⁊c. Et poteſt legi littera iſta duobus modis. Uno modo ſic. hoꝛum animaliū coꝛpoꝛa cremant extra caſtra ſcꝫ vituli ⁊ hirci quoꝛuꝫ ſanguis infertur in ſancta ꝑ pontificeꝫ ꝓ peccato ſacerdotū ⁊ multitudinis. Aliter ſic vt ꝑ illa animalia intelligat xp̄s vel ſancti eius. Per oēs em̄ hoſtias veteris legis figurabat xp̄s ⁊ ꝑ cōſeq̄ns mēbꝛa eius. Chꝛiſti ergo cuius ſanguis illatus eſt in ſancta celeſtia ꝓ peccato totius mundi coꝛpus igne paſſum in ara crucis extra poꝛtas hieruſalē quaſi extra caſtra crematū eſt. Vel etiam ſancti extra caſtra id ē extra cōmunē ſocietatē hominū igne charitatis ieiunijs: oꝛationibus: ⁊ alijs operibus miſericoꝛdie ſe cremant. Quoꝛum id ē ꝓ quibꝯ efficaciter ſanguis xp̄i in ſancta illatus eſt. Pꝛimus ſenſus lr̄alis eſt ꝓpter qḋ adaptat figuratū qḋ fuit in nouo teſtamento figure veteris teſtamenti vt ſit conſonantia inter ipſa. Unde dicit. Pꝛopter qḋ et ieſus ⁊c. Et patet totum.

¶ Deinde cum dicit. Exeamus igit ad eum ⁊c. inducit duas concluſiones. Secūdā ibi. Per ipſum ergo ⁊c. Quantū ad pꝛimuꝫ dicit. Ita dictum eſt ꝙ nos habemꝯ altare quod eſt extra caſtra. Duo ergo debemus facere ſcꝫ ad ipſum accedere ⁊ ſuper illud ſacrificare. Modum accedendi ponit ꝑmo dicens ꝙ ſicut xp̄s paſſus eſt ⁊ impꝛoperium paſſionis extra poꝛtā ſuſtinuit ſic ⁊ nos exeamus ad eū extra caſtra id eſt extra cōmunē ſocietatē carnalium vel extra obſeruantiam legaliū. Vel extra ſenſus coꝛpoꝛis poꝛtantes impꝛoperiū eius ſcꝫ xp̄i: id eſt ſigna paſſionis xp̄i ꝑ quam chꝛiſtꝯ factus eſt oppꝛobꝛium hominū ⁊ abiectio plebis. ps̄. Impꝛoperiū expectauit coꝛ meū ⁊ miſeriam. Vel impꝛoperiū id ē renunciemus legalibus adueniente veritate ꝓpter quod ſumus iudeis impꝛoperiū id eſt ſigna penitētie que a carnalibꝯ impꝛoperant. ſupꝛa. 11. Maioꝛes diuitias eſtimans theſauris egyptioꝛum impꝛoperium chꝛiſti. Sic enim accuſatus eſt chꝛiſtus ꝙ ſubuerteret legē. ita apoſtolo impꝛoperabatur ꝙ pꝛedicaret nō deberi ſeruare legalia. Gal. 5. Ego autē fratres ſi circumciſionem adhuc pꝛedico q̄d adhuc perſecuionem patioꝛ. Subdit aūt rationem huiꝯ dicens. Nō em̄ habemꝯ hic manentē ciuitatē ſed futurā inquirimꝯ. Homo enim libēter manet in loco ſuo ꝓpꝛio

Finis enī noſter non ſunt legalia nec tempoꝛalia: ſed finis noſter xp̄s ē. Ro. 10. Finis noſter xp̄s ē ad ſalutē oī credenti. Nō ergo habemꝰ hic manentē ciuitatē ſed vbi ē xp̄s: ergo exeamꝰ ad ip̄m. Col. 3. Si cōſurrexiſtis cum xp̄o que ſurſum ſunt querite vbi xp̄s ē in dextera dei ſedens ⁊c. Eſa. 33. Reſpice ſyon ciuitatē ſolēnitatis nr̄e. ſupra. 11. Expectabat fundamēta habentē ciuitatē cuius artifex ⁊ conditoꝛ dominꝰ. Item melioꝛem ciuitatē appetunt id ē celeſtem. Ad ip̄m enim intendimus transferri ſicut ad locū ⁊ altare noſtrum. Ergo exeundū ē ad illud. ¶ Deinde cum dicit. Per ip̄m ergo offeramꝰ ⁊c. ponit ſecundam concluſionē ꝙ ſcꝫ ſup̱ iſtud altare ſacrificare debemus ⁊ qualia ſacrificia. Duplex ē autē ſacrificiū qđ ſup̱ altare xp̄i offerre debemus. ſ. deuotionē ad deum ⁊ miſerationē ad ꝓximū. Quantuꝫ ad primū dicit ꝙ poſtꝙ nō ſunt offerenda ſacrificia legalia. p̄s. Sacrificium ⁊ oblationē noluiſti. ergo per ip̄m id ē per xp̄m offeramꝰ ſemper deo hoſtiā laudis. p̄s. Sacrificiū laudis honoꝛificabit me. Iſtud autē ſacrificium laudis vocat fructum labioꝛum. i. cōfeſſionē vocis. Melius enim laudaꝛ deus oꝛe ꝙ occiſione animaliū. Unde dicit. Fructū labioꝛum confitentiū nomini eius. Hoc eſt enim neceſſarium. Ro. 10. Coꝛde creditur ad iuſticiam oꝛe autēꝫ confeſſio fit ad ſalutem. Oſee. 14. Reddemꝰ vitulos labioꝝ noſtroꝛum Eſa. 57. Creaui fructum labioꝛū pacem. Hoc autē ſacrificium debet eſſe ſemp̱. i. cōtinue: ſicut in lege erat iuge ſacrificium: ſicut patet numeri. 28. p̄s. Benedicam dn̄m in omni tempoꝛe: ſemper laus eius in oꝛe meo. Aliud ſacrificiū ponit cum dicit. Beneficentie aūt ⁊ cōmunionis nolite obliuiſci. Quaſi dicat. Olim ope exhibebatꝛ op̱a miſericoꝛdie: modo aūt ſaltē coꝛde ⁊ ſi non poteſtis ope. Et ideo dicit. Nolite obliuiſci beneficentie. i. liberalitatis quantū ad ea que datis. Largus eñ beneficus dicitur Gal. 6. Bonū autem facientes nō deficiamus. Eccl. 12. Benefac humili ⁊ nō dederis ip̄io. ¶ Et nolite obliuiſci cōionis ꝙtum ad ea q̄ ꝓuatis vt tp̱e ſuo cōicetis. Act. 2. Oēs q̄ credebāt erāt pariter ⁊ habebāt oīa cōia. Ro. 12. Neceſſitatibus ſanctoꝛū cōmunicantes. Uel cōionis id eſt charitatis p̱ quā ſunt omnia cōia. ¶ Quare autēꝫ iſtud duplex beneficiū offerre debeamꝰ oſtendit dicens: quia talibus hoſtijs pꝛomereꝛ paſſiue deus. i. poſſumus deum mereri talibus ſacrificijs. Ipe enim ē merces nr̄a quam iſtis operibus poſſumus acquirere Gen̄. 17. Ego pꝛotectoꝛ tuus ſum ⁊ merces tua magna nimis. p̄s. Tūc acceptabis ſacrificiū iuſticie ⁊c. Eſa. 19. Colent eum̄ in hoſtijs ⁊ munerib9 ⁊ vota vouebūt domino ⁊ ſoluent.

## Lectio tertia.

Obedite pꝛepoſitis veſtris: ⁊ ſubiacete eis. Ipſi enim peruigilāt quaſi rationem pꝛo animabus vr̄is reddituri: vt cum gaudio hoc faciant ⁊ non gementes. Hoc enim non expedit vobis. Oꝛate pꝛo nobis. Confidimus enim: quia bonā conſcientiam habemus in omnibꝰ bene volentes conuerſari. Amplius autēꝫ depꝛecor vos hoc facere quo celeriꝰ reſtituar vobis. Deus autem pacis qui eduxit de moꝛtuis paſtoꝛem magnū ouium in ſanguine teſtamenti eterni dominū noſtruꝫ ieſum chꝛiſtū aptet vos in omni bono vt faciatis eius voluntatem: faciens in vobis qđ placeat coꝛāꝫ ſe per ieſum chꝛiſtum cui eſt gloꝛia in ſecula ſeculoꝛum Amen. Rogo aūt vos fratres vt ſufferatis verbum ſolacij. Eteni perpaucis ſcripſi vobis. cognoſcite fratrē veſtrum Timotheum dimiſſum cum quo ſi celerius venerit videbo vos. Salutate omnes pꝛepoſitos vr̄os ⁊ oēs ſcōs. Salutāt vos de italia fratres: gratia cū omnibꝰ vobis Amen.

Supꝛa monuit apl̄s quō ſe debent habere ad pꝛelatos moꝛtuos vt ſcꝫ in fide ipoꝛū permaneant: hic monet eos qualiter ſe debeāt hr̄e ad viuētes: ⁊ p̄mo quō ad alios. Scđo quō ad ſeip̄m paulū ibi. Oꝛate ꝓ nobis ⁊c. Dicit ergo. Obedite p̄poſitis vr̄is. Ubi cōſiderandū ē ꝙ duo debemꝰ p̄latis. ſ. obedientiā vt ipoꝛū mādata impleamꝰ Unde dicit. Obedite ⁊c. p̄mi Re. 15. Melioꝛ eſt obedientia ꝙ victime. Itē reuerentia vt eos honoꝛemꝰ tanꝙ patrē ⁊ ipoꝛū diſciplinā toleremus. Et iō dicit. Subiacete eis. p̄me Pe. 2. Subiecti eſtote om̄i humane creature. Ro. 13. Qui poteſtati reſiſtit dei oꝛdinationi reſiſtit. ¶ Rōnem ſubiectiōis ſubdit dicēs: Ipi eñ p̱uigilāt ⁊c. Quare enim debeamꝰ obedire ⁊ ſubijci p̄latis. Hoc eſt iō qꝛ incumbit eis laboꝛ ⁊ p̱iculū īminet. Un̄ ꝙtum ad laborē ſollicitudinis qui eis incūbit de regimie ſubditorum dicit ꝙ ipi p̱uigilant. i. perfecte vigilant. Ro. 12. Qui p̄eſt in ſollicitudine. Uigilare eñ ſup̱ gregē commiſſū incūbit p̄latis. Unde Luc. 2. dicit Paſtores per quos deſignanꝛ p̄lati erant vigilātes ⁊ cuſtodiētes vigilias noctis ſup̱ gregē ſuū qꝛ dū doꝛmiūt hoīes inimicus hō ſup̱ſeminat zizania in medio tritici. vt dicit Mat. 13. ¶ Quantū aūt ad p̱iculū qđ īminet dicit. Quaſi ꝓ aiabus vr̄is reddituri rōnem. Hoc ē enī maximū p̱iculū hominē de factis alteriꝰ rōneꝫ reddere q̄ ꝓ ſuis nō ſufficit. 3. Re. 20. Cuſtodi virū iſtū qui ſi lapſus fuerit erit aīma tua ꝓ aīa illiꝰ. Reddēt eñ p̄lati in die iudicij rōnē de ſibi cōmiſſis qn̄ fiet eis illa qđ. Iere. 13. Ubi ē grex qui datus ē tibi pecus inclitū tuū. Quid dices cū viſitauerit te Tu eñ docuiſti eos aduerſū te. ſ. loquēdo bona ⁊ faciendo mala ⁊ erudiſti ī caput tuū p̱ mala tua exēpla. Gregꝰ. Scire debēt p̄lati ꝙ tot moꝛtibꝰ digni ſūt quot exēpla p̱ditōis ad ſubditos trāſmittūt. Prouer. 6. Fili ſi ſpoponderis ꝓ amico tuo defixiſti apud extraneū manū tuā illaqueatꝰ es verbis oris tui ⁊ captꝰ ꝓprijs ſermonibꝰ Fac ergo qđ dico fili mi ⁊ temetip̄m libera qꝛ incidiſti in manū ꝓximi tui. Diſcurre feſtina ſuſcita amicū tuū ⁊c. Prelatus eñ manu. i. exēplo boni op̱is ⁊ oꝛe. i. p̄dicatōe obligat ſe xp̄o ꝓ ſubditis. Dicitur aūt xp̄s extraneꝰ: qꝛ vt dicit Bernardꝰ Amicꝰ ē in ſpōſione ſꝫ extraneus ī exigenda rōne. Sꝫ nō videꝛ ꝙ aliq̄s teneaꝛ reddere rōnē niſi pꝛo ſe tm̄. 2. Coꝝ. 5. Oēs nos māifeſtari op̱tet an̄ tribunal xp̄i vt recipiat vnuſq̄ſq; ꝓpria coꝛp̱is ꝓut geſſit Rn̄deo dicēdū ē ꝙ q̄libet p̄ncipalr̄ reddet rōnē de factꝭ ſuis. Sꝫ inꝙtū actus ſui q̄dāmō p̱tinēt ad aliū in tm̄ reddet rōneꝫ de illo. Facta āt p̄lati p̱tinēt ad ſubditos ſm̄ illđ Ezech. 3. Fili hoīs ſpeculatorē dedi te domui iſrl̄ et audies de oꝛe meo vbū ⁊ annūciabis eis ex me. Ubi ſequiꝛ ꝙ ſi p̄latꝰ q̄ noīe ſpeculatorꝭ intelligiꝛ nō ānunciauerit impio: ip̄e q̄dem impiꝰ ī iniq̄tate ſua morieꝛ: ſꝫ ſanguis de māu ſpeculatorꝭ inq̄reꝛ. Si igiꝛ p̱uigilant q̄ſi reddituri rōneꝫ ꝓ nobis ⁊ nos debemꝰ qđ ī nobis eſt facere. ſ. obedire ⁊ nō rebellare vt ipi cū gaudio hoc faciāt nō gemētes. i. ſuſtineāt p̱iculū ⁊ laborē ꝓ nobis cuꝫ gaudio ⁊ nō cuꝫ gemitu: qꝛ bonꝰ p̄latꝰ multuꝫ gaudet qn̄ videt ſubditos bn̄ op̱antes: qꝛ tūc labor ſuꝰ nō ē inanis. 3. Io. Maiorē hoꝝ

gr̄aȝ nō habeo ꝙ̄ vt audiā filios meos ī ỽitate ambula-
re. Philip. 4. Itaq; frēs mei chariſſimi ⁊ deſiderantiſ-
ſimi gaudium meum ⁊ corona mea ſic ſtate in dn̄o cha-
riſſimi. ¶ Ipſi aūt gemunt in rebellione veſtra. Gal. 4
Filioli mei quos iterum parturio donec formetur chri-
ſtus in vobis. Iere. 9. Quis dabit capiti meo aquam ⁊
oculis meis fontem lachrymarū ⁊ plorabo die ac nocte
interfectos filie populi mei. Gemunt etiam compatien-
do quando propter rebellionem noſtram nō conſeq̄mur
fructum laborū ipſorum qui eſt fructus eterne heredita-
tis. Eſa. 33. Ecce videntes clamabūt foris: angeli pacis
amare flebunt. ¶ Subdit autē rōnem quare debem⁹ obe
dire eis quia non expedit nobis ꝙ ſcilicet ipſi gemant ꝓ
nobis ex rebellione noſtra. Deus enim vindicabit pro
ipīs. ps. Irritauerunt moyſen in caſtris aaron ſanctum
domini. Aperta eſt terra ⁊ deglutiuit datan ⁊ operuit ſu
per congregationē abiron. Eſa. 63. Ipſi autē ad iracun-
diam prouocauerunt eum ⁊ afflixerunt ſpiritum ſanctuȝ
eius. ¶ Sequitur. Et cōuerſus eſt eis in inimicuȝ ⁊ ipſe
debellauit eos. Nota autem ꝙ dicit. Non expedit vob.
non eni dicit. Non expedit illis. Gemere eñ pro cōmiſ-
ſis ſubditorum bene expedit prelatis. Sic gemebat Sa
muel ſuper reprobationē ſaulis. p̄mi Reg. 15. et. 16.
¶ Deinde cum dicit. Orate pro nobis ⁊c. monet apoſto
lus qualiter ſe debeant habere ad ipſum. Petit enim ꝙ
ipi orent pro eo. Simile habet Roma. 15. Obſecro vos
fratres per dominū noſtrum ieſum xp̄m ⁊ per charitateȝ
ſpiritusſancti vt adiuuetis me in orationibus veſtris: q̄
ſicut dicit ibi glo. Impoſſibile eſt id eſt valde difficile p̄-
ces multorū nō exaudiri. Mat. 18. Si duo ex vobis con
ſenſerint ſuꝑ terram de omni re ꝙ̄cunq; petierint fiet eis
a patre meo. In hoc ergo ꝙ apoſtolus qui certus erat ꝙ
deo erat acceptus petit orari pro ſe: ꝑcutit ſuperbiam ali
quorum qui dedignantur ab alijs preces petere: vt dicit
glo. ¶ Rationem ſue petitionis aſſignat dicens. Confi
dimus enim ⁊c. quod poteſt duobus modis intelligi.
Vno modo reſpectu ipſorū quoruȝ petit orationes: quia
cum apoſtolus iudeis nō predicaret: ſed tantum gentib⁹
non videbatur eis acceptus. Et ideo poterant ſe excuſa-
re ne exaudirent petitionem eius: ⁊ ideo dicit quaſi ſe ex
cuſando ꝙ ipe non habet conſcientiā quin bonū ipſoruȝ
velit. Vnde dicit. Confidimus eñ ꝙ nos habemus bo-
nam conſcientiam ꝙ volumus vos bene cōuerſari ī om-
nibus. Per qd̄ dat intelligere ꝙ etiā intendit eis ꝓdeſ-
ſe cum poterit. Quia vero bonum conſcientie eſt a ſolo
deo: ideo illud attribuit fiducie quam gerit de ipſo. Vel
poteſt referri ad ipm apoſtolum: quia cum non p̄dicaret
iudeis non videbatur dignus ꝙ orōnes pro ipo fierent:
q̄ domin⁹ nō exaudiret eas: quia hoſtis fidei iporuȝ vi-
debatur: ſicut dicitur Iere. 7. Tu ergo noli orare ꝓ po-
pulo hoc neq; aſſumas pro eis laudem ⁊ orōnem ⁊ non
obſiſtas mihi quia non exaudiam te. Hoc ergo remouet
apoſtolus dicens. Orate pro nobis quia nō habem⁹ con
ſcientiam alicuius peccati nec alicui⁹ malefacti ſed con-
fidimus. Nec ait. certi ſumus quia delicta quis intelli-
git. Eccl. 9. Neſcit homo vtrū amore aut odio dign⁹ ſit
p̄me Cor. 4. Nihil mihi conſcius ſum ſed in hoc nō iu
ſtificatus ſum. Quia ergo bonā conſcientiam habemus
bene volentes cōuerſari in omnibus: ideo nō repugnat
mihi quin orōnes veſtre ſint vtiles. ¶ Deinde cuȝ dicit.
Ampli⁹ aūt dep̄cor ⁊c. aſſignat aliā rōnem quare debēt
orare pro ipo: q̄ ſcȝ hoc erit eis vtile. Vnde dicit. Am-
plius id eſt propter aliud dep̄cor hoc vos facere. ſcȝ ora-
re quo reſtituar vobis celerius qd̄ erit ad vtilitatem ve-
ſtram. Ro. p̄mo. Deſidero videre vos vt aliquid impar-
tior vobis gratie ſpiritualis. Apl's aūt qui ſic pro omni-
bus factis ſuis recurrit ad orōneȝ inſinuat nobis ꝙ oēs
vie eius ⁊ facta ordinabantur ab ipo ſm̄ dei diſpoſitiōeȝ
Iob. 37. Nubes ſpargunt lumen ſuum que luſtrant cun
cta per circuitum: quocunq; eas voluntas gubernantis
duxerit. Per nubes eni predicatores ⁊ apoſtoli intelli-
guntur. Eſa. 60. Qui ſūt iſti qui vt nubes volant. ¶ De
inde cum dicit. Deus autē pacis. ⁊c. orat apl's pro ipis.
⁊ primo orat. Secundo aliquid ab ipis petendo ſe excu-
ſat ibi. Rogo autē vos fratres ⁊c. Circa primū prius de
ſcribit eum quem orat dicens. Deus aūt pacis ⁊c. Pro
prius enim effectus dei eſt facere pacem. Non eni ē de⁹
diſſenſionis ſed pacis. p̄me Cor. 14. Item. 2. Cor. 13.
Pacem habete ⁊ deus pacis ⁊ dilectionis erit vobiſcuȝ
Pax eñ nihil aliud ē niſi vnitas affectuū quos vnire eſt
proprium ſolius dei: q̄ per charitatem que a ſolo deo eſt
vniuntur corda. Deus etiam nouit colligere ⁊ vnire: q̄
deus eſt charitas que eſt vinculum perfectōis. Vnde ipe
habitare facit vnanimes in domo. ps. Homo inter ſe et
deum pacem fecit per myſterium xp̄i. Et ideo dicit Qui
eduxit dē mortuis paſtorem magnum ouium. Quādoq;
autē dicitur xp̄s ſuſcitatus per virtutem patris. Roma.
8. Si ſpiritus ei⁹ qui ſuſcitauit ieſum chriſtum a mortu
is ⁊c. Quandoq; vero dicitur ſeipſū ſuſcitaſſe. ps. Ego
dormiui ⁊ ſoporatus ſum. Que tamē nō ſunt contraria
quia ſurrexit virtute dei que eſt vna patris ⁊ filij ⁊ ſpūs
ſancti. Eduxit ergo de mortuis id eſt de ſepulchro qd̄ eſt
locus mortuorū. Roma. 8. Quō ſurrexit xp̄s a mortuis
per gloriā patris: ita vt nos in nouitate vite ambulem⁹.
Dicitur autē xp̄s magnus paſtor ouium. i. fideliuȝ ⁊ hu
milium. Ioh. 10. Ego ſum paſtor bonus. ⁊c. Oues eniȝ
ſunt qui deo obediunt. Ibidem. Et oues mee vocē meā
audiunt. Dicit autem ipm paſtorē magnū: quia omnes
alij ſunt vicarij eius q̄ ipe paſcit oues proprias: alij ve-
ro oues chriſti. Ioh. vltimo. Paſce oues meas. 1. Pet.
5. Cum apparuerit princeps paſtorū ꝑcipietis īmarceſ-
ſibilem glorie coronā. Eduxit autē ipm in ſanguine teſta
menti eterni id eſt in virtute ſanguinis chriſti per quem
confirmat̄ teſtamentū nouū in quo eterna promittuntur
ad differentiam veteris. xp̄s enim ſanguinem ſuum di-
cit ſanguinem noui teſtamenti. apoſtolus autē dicit eter
ni. Et ideo in cōſecratiōe ſanguinis in forma ponit̄ vtrū-
q;. Ipſe vero xp̄s per paſſionē ſuam meruit ſibi ⁊ nobis
gloriā reſurrectionis. Iō dicit ꝙ eduxit dn̄m noſtrū ieſū
xp̄m de mortuis in ſanguine teſtamenti eterni. Phil. 2.
Humiliauit ſemetipm ⁊c. Zach. 9. Tu vero in ſanguie
teſtamēti tui eduxiſti vinctos de lacu ī quo nō erat aqua
¶ Conſequenter ſubiungit petitionē ſuam cū dicit. Ap-
tet vos in omni bono. Volūtas enim humana cū ſit que-
dam inclinatio rōnis: eſt principium actuū humanorum
ſicut grauitas ē principium motus grauiū deorſuȝ vnde
ſe habet ad actus rōnis ſicut inclinatio naturalis ad ac-
tus naturales. Res autem naturalis dicit̄ apta ad illud
ad qd̄ habet inclinationē. Sic etiam homo quando ha-
bet voluntatem bene faciendi dicitur aptus eſſe ad illud
De⁹ etiā quādo īmittit homini bonā voluntatem aptat
eū. i. facit ipſū aptū. Et ideo dicit. Aptet vos in om̄i bo-
no vt faciatis eius volūtatē. i. faciat vos velle omne bo-
num. Prouerb. 11. Deſiderium iuſtorū omne bonū. Hec
eſt enim voluntas dei ſcȝ velle qd̄ deus vult nos velle.
Aliter enim non eſt bona voluntas noſtra. Volūtas au-
tem dei eſt bonum noſtrū. p̄me Theſ. 4. Hec voluntas
dei ſanctificatio veſtra. Ro. 12. Vt probetis q̄ ſit volun
tas dei bona ⁊ beneplacēs ⁊ ꝑfecta. Dupliciter aūt aptat
hō ad benefaciēdū. Vno mō exteri⁹ operando. Et ſic vn⁹
hō aptat aliū ꝑſuadēdo vl' cōminādo Alio mō aliq̄d inte
ri⁹ exhibēdo: ⁊ ſic ſol⁹ de⁹ aptat volūtatē q̄ ſol⁹ ipſā pōt

immutare. Prouer. 21. Cor regis in manu domini quo
cunqꝫ voluerit inclinabit illud. Unde dicit. Faciens in
vobis. Phil. 2. Deus ē qui operatur in nobis velle et
perficere. Quid autem faciet? Qđ placitū ē coram ſe. i.
faciet vos velle qđ placet ei. Hec autē ſunt fides ⁊ man-
ſuetudo ⁊ timor domini. Eccle. pmo. Beneplacitum eſt
ei fides ⁊ manſuetudo. ps. Beneplacitū eſt deo ſuper ti
mentes eū. Hec autē omnia habēt per xp̄m. Nihil enim
a patre impetratur niſi per filium. Jo. 10. Si quid petie
ritis patreꝫ in noīe meo dabit vobis. Et ideo dicit. Per
ieſum xp̄m. 2. Pe. pmo. Per quem maxima ⁊ precioſa
nobis promiſſa donauit. Ro. 5. Per quem acceſſum ha
bemus ⁊c. Cui ſcꝫ xp̄o eſt gloria in ſecula ſeculorū amen
id ē gloria ſempiterna. pme Thy. pmo. Regi ſeculoruꝫ
immortali inuiſibili ſoli deo honor ⁊ gloria in ſecula ſe-
culorum amen. Hec enim gloria ſibi debet̄ inquantū eſt
deus. ¶ Deinde cum dicit. Rogo aūt vos frēs ⁊c. ſub-
dit petitionem ſuā in qua excuſat ſe: deinde cōcludit epi-
ſtolam ibi. Gratia dei ⁊c. Circa primum tria facit: qꝛ pri
mo ponit excuſationem ſuam. Secundo recōmendatio-
nem nuncij per queꝫ ſcribit. Tertio ponit quaſdā ſaluta
tiones. Dicit ergo quantū ad primū. Rogo vos vt ſuffe
ratis verbum ſolacij id ē patienter portetis verba epiſto
le huius in qua ⁊ ſi in aliquo vos rep̄hendi totum eſt ad
conſolationem veſtram. Roma. 15. Quecunqꝫ ſcripta
ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. Et quare debēt
patienter portare oſtendit dicens: quia perpaucis id eſt
valde paucis ſcripſi vobis: qđ veruꝫ ē reſpectu myſterio
rum que in ip̄o continent̄. In iſta enim epiſtola fere oīa
myſteria veteris teſtamenti continentur. Sermones aūt
breues valde accepti ſunt: quia ſi ſunt boni auidius au-
diunt̄: ſi vero mali parum grauant. Eccl. 5. Pauci ſunt
ſermones tui. ¶ Conſequenter recōmendat illum ꝑ quē
ſcribit dicens. Cognoſcite timotheuꝫ dimiſſum ſcꝫ a car
cere in quo cum apoſtolo erat vel a me dimiſſum ad pre-
dicandum ⁊ ad vos miſſum. Cognoſcite ergo id ē gratio
ſe recipite: tum quia vt habet̄ Act. 16. fuerat circūciſus
tum etiam quia ſi celerius venerit cū ip̄o videbo vos: in
quo oſtendit dilectionem quā ad ip̄os habebat. Hoc eti
am dicit: qꝛ ⁊ ſi ad ip̄os nō venerit quia rome paſſus ē ta
men incertus erat: vtrum vel ad tempus deberet dimit-
ti. ¶ Conſequenter ponit ſalutatiōes ſuas. Et primo in-
iungit eis ſalutationem aliorum dicens. Salutate oēs
prepoſitos id eſt apoſtolos adhuc viuētes ⁊ oēs ſanctos
ſcꝫ alios diſcipulos. Iſtis autē non ſcribit qꝛ nō intende
bat ſcribere niſi contra obſeruantes legalia. Et ideo qꝛ
iſta epl'a ē inſtructiua non intendebat inſtruere apl'os qꝛ
erant anteceſſores ſui in fide. Secūdo ſalutat eos ex p̄te
aliorum dicens. Salutant vos fratres de ytalia. Scri-
pſit enim epl'am iſtam a roma. Tertio more ſolito cōclu
dens ⁊ quaſi pro ſigillo ponit ſalutationē dicens: Gratia
dei cum omnibus vobis amē. i. peccatorū remiſſio ⁊ oīa
alia dei dona que per gratiaꝫ dei habentur ſint firmiter
cū omnib⁹ vobis. Amen cōfirmatio ē omnium.

Finit explanatio ſancti Thome de aquino ordinis fra-
trum p̄dicatorum in omnes epl'as beati Pauli apoſtoli
caracterib⁹ Michaelis furter Baſilee īpreſſa: ductu ve-
ro et impenſis Wuolfgangi Lachner ſtudioſis ī mediuꝫ
data feliciter. Anno a partu virginis ſalutifero. Mille-
ſimo quadringenteſimo nonageſimoquinto. Die vero
decimaſexta menſis Octobris.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

# Regiſtrum operis

Regiſtrum totius opis:
de carta in cartã ⁊ triter-
no in triternum.

a

primum vacat
Feliciter incipiunt
autem aliquid
do modo

b

Ezech.16.
turus eſt.
ſacerdotes Apo.5.

c

propter duo
huius excluſionis
veniale. Primo

d

mente carnales
originali ſed etiam
mano genere.

e

Iud. Sal.5.
bonum faciendũ
Non enim habuit

f

conformes imaginis
patit pro quocunq
In quibus ſignum

g

Omnes vos fratres
riora in hoc
gentibus nõ querentib⁹

h

Secula ſuccedentia
ne miniſterium
habentes Non

i

Incipit capitulum
vt ſcʒ vno die
bet aliquem eſſe

k

in xp̃o ieſu
citur.1.Cor.3.
quam iuſtificamur.

l

ergo primo
ritualibus ibi
bat eorum iudicium

m

Circa quod conſide.
pam cuiuſdam
motio corruptionis

n

tis circumſtantijs
ſi vocauit
emunt tanq̃

o

6. Cura eſt.
piant nos autẽ
eſt deo in illis

p

Lectio tertia.
de quibus eccleſie
ad corpus xp̃i

q

Ex his enim
pedibus id eſt
porcis angelis

r

Et ſic dicit
cordis ſui
Si quis videtur

s

alia qualitas
cet culpe
ſa primum.

t

non ſed eſt.
te habundantiori
Poſtq̃ apoſtolus

v

natura humana.
poſſeſſam Tunc
eſt ad vtilitatem

x

erat in animo
quam oſtenderunt
nalitatum noſtrarum

y

velle proſtitui
ad philippenſes
ad hoc dicit

z

plicabantur
vt per alios
in eis apparuerunt

A

illum in gentibus
rit ſermo eius
ambularent ad

B

iudeorum ſuperbiam
4. Non addentis.
eſt per fidem.

C

Lectio ſeptima
Si filius
euangelizet

D

uerantiam quia
gloriantes: quia
animam ⁊ quãtum

E

in chriſto ab
vici ⁊ ſedi
patione teſta.

F

oſtendit orationis.
Supra cõme.
menſurauit

G

Eccl.41.
ſit lumen
eccleſie ſuo

H

non tantũ
eſt dilectio
modo ſic

I

autem ſuum
primo ponit
euangelice fidei

K

Et talia
vos iudicet
ta in ſpeciali.

L

chriſto ieſu
moueat ad bonum
cõſolamini

M

Lectio ſecunda
ſequi vitam
aliorum ibi

N

Lectio tertia Mulier
ſpitum Roma.12.
excludit cauſam

O

Peccantes tam
Sed hoc non
⁊ oportunitas

P

Lectio tertia Pro
inde cum dicit
Secundo oſtendit

Q

Corrigat. Unde.
immundiciam
¶ Sed quantum

R

merita illorum
rantem genuit
cit Qui

S

pertinet ad eius
ris ex eo
meam non quero

T

¶ Deinde cum.
rectionem ſuam
ſenſus pro ſenſu

V

requiratur ad
nalibus obſeruantijs
capitulo ſunt maiora

X

Conueniens ergo
ſpectu boni
a preteritis non

Y

ad completam
non inueniebatur
q̃cq̃ eſt difficile

Z

ei meipſum
vt in principio
Lectio quarta. Nos
Supra poſuit

Finis

b Ec ē tabula in epiſtolas ꝑPauli ⁊ poſtillā diui et angelici doctoris ſancti thome Cui mente fluctuante dubia:an que in apoſtolū ſcȝ ſcripſerat:de illius etiam eſſent ſentētia ipſe apparens conteſtatus eſt:melius in ſui elucidationē mortaliū ſenſiſſe neminē. Teſtimonio igitur ⁊ humano ⁊ diuino liber hic (quia ſacris ⁊ apoſtolicis refertus dogmatibus) a ſtudioſis venerandus eſt. Et vere ſic eſt:quia in hoc opere nullus eum precellebat. quippe qui nihil ad noſtram fidem neceſſarium intactū dimiſit:ita ꝙ etiā elementa grāmaticalia ⁊ dictiōes interpretatus ſit:ꝙ per illam poſtillam omnes errores heretico rum ⁊ iudeoꝝ ita cōuincunt:ꝙ alijs ī libris ſtudere quaſi inutile videat. Et quia in alijs tabulis elemēta in marginibus appoſita materie ſolent ſignari. Hoc hic fieri nō potuit:q2 quaſi tertia pars iam impreſſa erat anteꝗ rogatus eam ederē. Unde colūne ſuperius nō ſunt ſignate ſicut in tabula poſui. Diligens autē lector ad modum glorioſiſſimi Hieronymi qui obelis et aſtericis vſus eſt: qui ſe potius libros vtiles ⁊ maculatos ꝗ deauratos ⁊ pulchros ⁊ īcorrectos hr̄e autumabat. Ipſā aūt ī colūnas ⁊ ¶ quia aliter poſſibile mihi non erat diſtinxi. Unde neceſſe erit cuiq3 vt librū ſuū ita ſignet ꝙ in primo prologo incipiat ſignare colūna prima ſecūda tertia quarta. ⁊c. cum primo capitulo vſq3 ad finē capituli:⁊ iterū incipiēdo. j. 2. 3. 4. ⁊c. Et vbicunq3 reperies. ¶. j. 2. 3. ⁊c. numera in iſta columna ⁊ immediate inuenies. Sed ſi contingat nouum capitulum in eadē colūna incipere. Uide ſi ſupra capitulum declaratio ꝓcedentis capituli ſit maior ꝗ ſequentis proſequere. vt columna . 10. vel. 11. ⁊c. Si vero ſequentis capituli ſit maior ⁊ excedat nō cures ſi modicum de ꝓcedenti capitulo ſupra ſequenti ſit poſitum:ſed incipe. j. 2. 3. ⁊c. Hoc etiā te ſcire volo ꝙ vbi reperies nullum ¶ per integrā columnam:ꝙ modū primi poſtillatoris tenui vt ſi nullus poſt textum inueniatur:⁊ poſt textum ſcripſi:vide immediate poſt textū:vel ſi non eſt textus:⁊ pono in principio vide in ꝑma vel in ſecūda riga. ſi poſt principium vide ī quarta vel in quinta linea. ſi ante medium:vide ante mediū:poſt mediū:ante finem in fine:⁊ illum ordniē tenui. Et ſi in aliqua columna habetur ¶ tunc poſt textum quāꝗ impſſor nō poſuerit. ¶. ꝑmū intelligi volo. Et quia omnia dicta ponere in hāc tabulam neceſſariū non fuit cum doctor oīa declaret que Paulus diuerſis ſcripſit ſed ſolū ea que ad vtilitatē ſūt ꝑdicatoris. Unū ſi ſcire aliqua ꝑfunctorie volueris in tabula concluſionē de rebus quibus dubitas inuenies niſi prolixitas materie ꝓhibuerit. Et veniaȝ ſi aliq̄d qđ tibi nō placuerit: quia tempus nō pertulit dabis. Facta autē hec tabula eſt a quodam fratre ordinis predicatorum cōuentus Baſilienſis minimo.

a Aron ſeipſum nō ꝓmouit:ſed a deo vocat⁹ in pōtificeȝ datus fuit. ad Heb. 5. Col. 2. ¶. 6.

Ab

Abba hebraice ⁊ grece idē eſt qđ pater latine ad Gal. 4. Col. 5. ¶. j. 2. ⁊. 3.

Abbatiſſe nimis iuuencule eligi nō debent:ne de incontinentia ſuſpicio oriatur. j. ad Timo. 5. Col. 3. poſt ꝑn.

Abel plurimā hoſtiā obtulit fide nō quantitate ſed ꝓcioſitate ꝗ cayn. ad Heb. 11. Col. 6. in prin.

Abortiuus dicit aliquis fetus qui naſcit extra tempus debitū. j. Coꝝ. 15. Col. 4. ¶. ꝑmo.

Abrae dicte repromiſſiones in plurali:ſed in ſemie ī ſingulari. ad Gal. 3. Col. 12. ¶. 1.

Abrae facta promiſſio in ſemie:nō iuſtificabat ante legē gratie ſed in xp̄o: ideo dixit. In ſemine:nō in ſeminib⁹ ⁊ per fidem. ad Ro. 4. Col. 6. ¶. ꝑmo. Et eadem. Col. 7. ¶. ꝑmo ⁊ ſecundo.

Abrae filios ſe eſſe gloriabant pſeudo ⁊ nobiles. Et corinthijs ignobilitatē improperabant. 2. Coꝝ. 11. Col. 9 ante medium.

Xp̄s nō fuit in lumbis abrae ſecundū ſeminalē rationem ſed ſolum ſcđm corpulentā ſubſtantiā. ad Heb. 7. Col. 6. ¶. 5.

Abraam promiſſiones habuit ſed nunquā paſſum pedis terre poſſedit. ad Heb. 6. Col. 10. ¶. ꝑmo.

Abraam fuit ꝑmum exēplū fidei. Quia pri⁹ receſſit a cōſortio infidelium. ad Heb. 6. Col. 9. ¶. ꝑmo.

Abraam duos habuiſſe filios apl's dicit. ⁊ rebecca ſimiliter. ad Roma. 9. Col. 5. ¶. 3. ⁊ ſequentibus.

Abraam fuit iuſtificatus per fidē ⁊ nō ꝑ circumciſionem ad Ro. 4. Col. 2. in principio.

Abraam dr̄ pater omniū hominuȝ credentiū ex quocūq3 ſemine ſiue gentili ſiue iudeo. ad Ro. 4. Col. 8. ¶. 2

Abraam fuit ſeptuagintaquinq3 annoruȝ quādo exiuit de terra ſua. ad Gal. 3. Col. 12. ante finem.

Abraam nullam habitatōȝ fecit ī terra chanaan ſed vſq3 ad mortē aduena fuit. ad Heb. 11. Col. 9. ¶. 4.

Abraā ⁊ ſi cū pr̄e ſuo thare terrā ſuaȝ exiuerit: tn̄ poſtea reuerſus fuit. ad Heb. 11. Col. 9. ¶. 1. 2. ⁊ ſequentibus.

Abraam et ſi riſerit de promiſſiſſione. non tn̄ dubitauit ſed ammiratus fuit. ad Heb. 11. Col. 10. ¶. 2.

Abraam q2 de⁹ licite ſibi vt filiū occideret precepit. obtemperare voluit quem reſuſcitandum credidit. ad He. 11. Col. 14. ¶. 5. ⁊ ſequentibus

Abraā vacauit opi carnali nō ꝓpter cōcupiſcentiā: ſȝ ꝓpter ꝓlem habēdā. ad Gal. 4. Col. 16. ¶. 2.

Abraam quatuor reges occidit. q̄ quatuor vitia ꝯtra cardinales virtutes deſignāt. ad He. 7. Col. 2. poſt ꝑn.

Abraam dicit patriarcha. id ē princeps patrum. Quia etiā ſibi ꝓmiſſio facta fuit gētiū. ad He. 7. Co. 4. ¶. 1.

Abſtinere apl's docet a carnalibus deſiderijs. Et ꝗtum ad corpus ⁊ quantum ad bona fortune. 1. ad Theſ. 4. Col. 2. ¶. 1. 2. 3. ⁊. 4.

Ac

Fides romanox cōmendat̄ ex certis ſignis:quia ꝓmpti erāt ad ſubaudiendū.ad Ro.1.col.12.in medio.
Fides importat quandā certitudinē ad id qđ nō videt̄. ad Ro.1.col.17.¶.1.2.et.3.
Propter incredulitatē vnius vel pluriū prerogatiua iudeox nō auferebat̄ ſic nec fides noſtra.ad Roma.3.col. 2.¶.3.et.4.
Ex fide remanet firma ꝓmiſſio ꝓpter virtutē diuine gratie iuſtificātis.ad Ro.4.col.8.¶.1.et.2.
Fides ſic reputabat̄ abrae ad iuſticiā ita ⁊ nobis ſi firmā habuerimus.ad Ro.4.col.11.¶.1.
Fides ſi recipiat̄ pro eo qđ creditur non eſt virtus ſ3 ſ̄t pro habitu ſic quādoq3 eſt virtus quādoq3 non.ad Ro. 1.col.17.¶.2.
Fides importat aſſenſū quendā cū certitudine ad id qđ nō videt̄. ad Ro.1.col.17.¶.1.
Fides recipiť aliquādo ꝓut eſt virtus:aliquādo ꝓut diciť conſcientia ⁊ differūt vt particulare ⁊ vniuerſale. ad Rom.14.col.13.¶.2.
Fides grano ſinapis ꝯparat̄ ⁊ quō ſcti cū maximi in fide fuerint nullū tamen legimus montes tranſtuliſſe.1.Corinth.12.col.2.¶.1.
Fides nō eſt ex nobis quāꝙ credere ſit in noſtro arbitrio ad Ephe.2.col.6.¶.1.
Fides nō dat̄ nobis ex merito operū ꝑcedentiū. ad Eph 2.col.6.¶.1.
Fides primo annūciata eſt in iudea ſimiliter fideliū perſecutio ibi ꝑmū ē orta.1.ad Theſ.2.co.5.¶.1.⁊ ſeqn̄ti.
Fides eſt ſperandarū ſubſtantia rerū argumentū nō apparentiū notabilis expoſitio.ad Heb.11.col.1.in textu.
Fides accipiť dupliciter Uno modo ꝓprie. alio modo cōmuniter.Prima eſt nō viſox.alia excludit omnē certā concluſionē.ad Heb.11.col.13.¶.1.et.2.
Fides diſtinguiť ab oppinione dubitatiōe ⁊ ſuſpitione. ad Heb.11.col.3.circa prin.
Per fidem ſaluat̄ homo ſine meritis precedētibus. ad Ephe.2.col.6.¶.2.
Fidē habens in vniuerſali poteſt errare in particulari. ad Tytū.1.col.9.¶.3.
Poſt peccatū primi parētis nemo potuit ſaluari a reatu culpe originalis niſi per fidē. ad Heb.11.col.7.¶.2.
Fidē annūciatā contempnēs in eodē genere peccati plꝰ peccat ꝙ ignorās.ad Heb.10.col.10.¶.1.
Fide enoch ⁊ ſi tranſlatus ſit a cōuerſatiōe huius vite tamen aliquādo morieť cū helya.ad Heb.11.col.6.¶.2. ⁊ ſequentibus.
Fide moyſes magnus factus eſt: q2 filiū filie pharaōis ſe negauit.ad Heb.11.col.16.¶.4.⁊ ſequētibus.
Fidei actus eſt credere: ⁊ eſt actus fidei determiatio ad vnū ex imperio volūtatis. ad Heb.11.col.1.¶.2.et.3.
Fideliū ⁊ infideliū peccata diſtinguūtur. q2 fidelis grauius peccat ꝙ infidelis.1.ad Tymoth.5.col.2.¶.3.
Fidei certitudo debet eſſe in corde ⁊ in effectu. ad Ro. 10.col.3.¶.1.et.2.
Fidē habentiū intellectus nō determinat̄ ad aſſentiēdū veritati ex neceſſitate. ad Ro.10.col.5.poſt prin.
Ad fidē duo requirunt̄.ſ. cordis inclinatio ⁊ credibilis determinatio.ad Ro.10 col.7.¶.2.
Ad fidē pertinētia in primitiua eccleſia nō erant oīa determinata.ad Ro.14.col.12.poſt mediū.
Difficile eſt ad fidē ꝯuertere ignaros.ſ.ꝓpť doctrinā hereticā vel nō plenā cognitionē. ad Ro.15.col.6.¶.2.
Fidei fundamentū quid ſit ⁊ per aurū argentū lignū ⁊ ſtipulā quid intelligat̄.1.Cor.3.col.6.¶.4.
Fideles nō debent eligere iudices infideles.1.Cor.6. col.1.¶.1.2.et ſequētibus.
Per fidem firmā etiā ſine charitate miracula fiūt.1.Corinth.13.col.3.poſt principiū.
Fides nō heſitātis innitiť oīpotentie dei per quē miracula fiūt.1.Cor.13.col.3.circa prin.
Figura ⁊ res figurate quomō diuerſimode intelligūtur de xp̄o.ad Heb.1.col.9.¶.2.
Figura qn̄ recipiť in bono: multo melior eſt figurato in malis ecōuerſo.1.Cor.10.col.2.¶.1.
Filiationē xp̄i quō heretici expugnauerūt videlicet fotinus ſabellius ⁊ arrius. ad Ro.1.col.3.¶.1.
Filios nō debere theſaurizare parentibus: ſed ecōuerſo quō intelligat̄.2.Cor.12.col.14.poſt prin.
Filij dei adoptiui fuerūt nō ſolū iudei ſed ⁊ gentiles cōuerſi.ad Gal.4.col.5.in prin.
Filiolos vocauit aplus galathas:q2 puer in parturitiōe vocat̄ filiolus.ad Gal.4.col.11. poſt textū.

# G

Filiũ eſſe filiũ pr̃is ſi genitiuꝰ deſignet habitudinẽ cauſe efficientis eſt falſa ſi aũt formã. id eſt habens eſſentiã eſt vera. ad Coloſ.1.col.6.¶.1.
Filius dei dicitᷣ aſſumpſiſſe naturã humanã: nõ autẽ hominẽ. ad Phil.2.col.4.¶.1.poſt mediũ.
Filiꝰ dicitᷣ ymago patris ꝛ nõ ecõuerſo. ſimiliter ꝛ verbum. ad Coloſ.1.col.7.poſt principiũ.
Filius meus cũ dicitᷣ es tu hodie genui te: exponitur ad Heb.1.col.8.¶.2.

Fl.

Flagella quibꝰ deus flagellauit filios iſrael ꝑpter adorationẽ vituli.1.Coꝛ.10.col.2.¶.2.
Flectere genua ante tribunal xp̄i eſt rationẽ quecꝫ reddere etiã de verbo ocioſo. ad Ro.14.col.6. poſt prin.

Fo.

Fornicatio dicitᷣ a fornice arcu triũphali iuxta quẽ erant lupanaria. ad Ephe.5 col.2.poſt tex.
Fornicationẽ fugere docet ap̄lus corinthios multis ratiõibus.1.Coꝛ.6.col.7.¶.1.ꝛ.2.

Fr.

Fructus eſt duplex. ſcꝫ acquiſitus per laborẽ ꝛ ꝑductꝰ naturaliter. ad Gala.5.col.12.poſt textũ.
Fruiturũ cũ ſe dixit ap̄lus romanis in aduentu eius. ad Rom̃.15.col.9.¶.1.
Frui dicimur cognitis: quia volũtas ibi delectatᷣ ꝛ quid ſit frui. ad Phil.1.col.5.¶.1.
Fruitio in duobus ꝯſiſtit. ſcꝫ in viſione intellectus. ꝛ delectatiõe affectus. ad Heb.12.col.13.¶.3.

Fu.

Fundamentũ eccleſie ſunt apoſtoli inquãtũ xp̄m annũciauerũt. principale vero fundamentũ eſt tantuꝫ xp̄s ieſus. ad Ephe.2.col.14.¶.1.et.2.
Furari ꝛ rapere inter ſe differũt qꝛ primũ latenter. ſcđm hoſtiliter.2.Coꝛ.12.col.2. poſt mediũ.

Ga.

G Alathe ſeducti a pſeudo apoſtolis: dicebant apoſtolos nõ habere tantã auctoritatẽ ſicut petrũ ꝛ ceteros ap̄los. ad Gal.1.col.2.¶.1.
Galathe vnde ſũpſerint originẽ ꝛ q̃ ſtulti fuerint ꝛ inſtabiles. ad Gal.1.col.3.poſt princi.
Galathe dimiſerũt ſpiritũſanctũ ꝛ adheſerũt legalibus. ad Gal.3.col.4.¶.1.et.2.
Galathia trãſlatio dr̃ vñ ap̄ls dicebat alludẽdo ad vocabulũ miroꝛ q̃ tã cito transferimi. ad Gal.1.co.5.pꝰ prin.
Gaudiũ quãdocꝫ ꝑuenit ex bona cauſa quãdocꝫ ex mala. ad Phil.1.col.5.poſt tex.

Ge.

Genealogia xp̄i virginis glorioſe ꝛ aliquoꝝ apoſtolorũ ad Gala.1.col.12.poſt principiũ.
Genealogia xp̄i non ponitᷣ duplici ratiõe quia generatio eius eſt ineffabilis ꝛ quia nõ pertinet ad genus leuiticũ ad Heb.7.col.3.¶.3.
Gentiles ꝛ ſi non fuerũt xp̄o coniũcti ſcđm carnẽ: fuerũt tamen ſibi coniũcti ſm̃ ſp̄m ad Gal.4.col.5.poſt prin.

Gl.

Gloria eſt clara cũ laude noticia. ad Heb.1.col.4.¶.2
Gloria dei mutatᷣ cũ cultus latrie nõ deo ſꝫ creature exhibetᷣ. ad Rom̃.1.col.21.¶.3.
Gloria mũdanoꝝ amittitᷣ ſeptẽplicitᷣ ſcđm ſingula peccata moꝛtalia.1.Coꝛ.9.col.6.¶.vlti.
Gloria dei eſt duplex. ſcꝫ inquantũ in ſe glorioſus eſt. et inquantũ gloria ab eo deriuatur ad alios.1.Corinth.11.col.6.¶.2.
Gloriari ſe dicebat ap̄lus nõ in diuitijs. nõ honoribus: ſed in cruce dñi. ad Gal.6.col.7. poſt textũ.
Gloriari ap̄lus gentiles ꝑhibuit de eo q̃ fuiſſent vocati

# H

ſed humiliari. ad Ro.11.col.8.¶.1.
Gloriari poteſt homo de gloria dei nõ autẽ tanq̃ ꝑ merito habito.2.Coꝛ.12.col.7.¶.1.
Gloriari nemo debet q̃ ſit miniſter xp̄i: ſed potius humiliari.1.Coꝛ.2.col.3.poſt prin.
Gloriari in dño contingit tripliciter. ſcꝫ amãdo. cognoſcendo. ꝛ bona nõ a ſe ſed a deo habẽdo.2.Corinth.10.col.6.¶.primo.
Gloriabat ap̄ls de fructu quẽ dicit nõ ſe feciſſe: ſed xp̄m ad Rom̃.15.col.6.¶.1.et.2.
Gloriabantᷣ ſe aliqui eſſe cõuerſos per petrũ. alij per apollo. alij per paulũ.1.Coꝛ.1.col.6.¶.1.

Gr.

Gratie origo eſt dei dilectio. vocatio. ꝛ interioꝛ inſpiratio. ad Rom̃.1.col.10.¶.1.
Gratia eſt primũ inter dei dona: qꝛ per eã iuſtificatᷣ impius. ad Rom̃.1.col.10.¶.2.
Gratia dei per ieſum xp̄m nos liberat a coꝛpoꝛe moꝛtis. ad Rom̃.8.col.1.¶.1.
Sine gratia dei hõ nõ poteſt diu ſtare ſine peccato: necꝫ a peccato ſine eo liberari.1.Coꝛ.12.col.2.poſt prin.
Gratia facit hominẽ abſtinere a peccato: ꝛ facit operare bonũ.1.Coꝛ.12.col.2.¶.1.et.2.
Gratia ꝑueniens liberat nos a peccato: gratia ſubſeq̄ns adminiſtrat virtutes.2.Coꝛ.6.col.1.ante finẽ.
Gratia ꝑpter duo datᷣ. ſcꝫ ad vitandũ malũ: ꝛ operandũ bonũ.2.Coꝛ.6.col.2 ¶.2.
Gratia et pax ſunt principia omniũ bonoꝝ. ad Galath.1.col.3.¶.1.
Gratia eſt duplex: gratis data. ꝛ eſt illa que datᷣ ſine meritis ꝛ que gratos facit deo. ad Ephe.1.col.6.poſt tex.
Gratia que eſt in hoïe non eſt ex hoïe necꝫ ab hoïe ſed a dono dei. ad Ephe.2.col.6.¶.3.
Gratia nõ eſt data oĩbus vniformiter: ſed ſm̃ formã donatiõis xp̄i. ad Ephe.4.col.4. poſt textũ.
Dr̃a eſt inter gratiã gratis datã. ꝛ gratiã gratũ facientẽ quia prima facit inhabitare ſpiritũſanctuꝫ. ſcđa manifeſtat.1.Coꝛ.12.col.4.poſt textũ.
Gratiã dei nõ inuanũ accipere docet apoſtolus.2.Coꝛ 6.col.1. poſt mediũ.
Gratiã nobis facere deũ fit duobus modis. vel exaudiẽdo. vel adiuuãdo.2.Coꝛ.1.col.6. poſt mediũ.
Gratiã ſuã dixit dñs ſufficere paulo necꝫ eũ cuꝫ rogaret exaudiuit.2.Coꝛ.12.col.8.poſt tex.
Ad gratiã duo requiruntᷣ. ſcꝫ facultas exequẽdi ꝛ actualitas operãdi. ad Ephe.3.col.4.¶.1.
Gratiarũactio neceſſaria eſt oĩbus qui ad vlterioꝛa beneficia tendũt. ad Ro.1.col.11.¶.1.
Gratiarũactio reddenda eſt deo mediatoꝛi ꝛ homini viatoꝛi. ad Ro.1.col.12.in prin.
Gratiarũ diuerſitas cõſurgit ex diuerſitate donoꝛum. ad Rom̃.12.col.5.¶.2.
Gratiarũ diuiſiones ſunt ꝑphetia operatio miraculoꝛũ. ꝛc.1.Chorinth.12.col.3.¶.2.

Ha.

H Abere ſpiritũſanctũ poteſt intelligi dupliciter. ſcꝫ receptiue vel diſpoſitiue. ad Ephe.5.col.9.poſt principiũ.
Habitus rectꝰ facit recte iudicare de his que pertinẽt ad illũ habitũ. ad Phil.1.col.3.¶.3.
Habitus eſt quadruplex. Primus mutat habentẽ ꝛ ipſe non mutatᷣ. ad Phil.2.col.4.¶.1.in fine.
Habitus cognoſcitᷣ per actũ ꝛ actus per obiectũ. ad Hebreos.11.col.1.¶.1.
Habitu inuentus eſt xp̄us vt homo. ad Phil.2.col.4.¶.1.ante finem.

# H

# I

He.

Hereditas debet nō ſolū filio naturali:ſed etiā adoptiuo Et quid ſit hereditas.⁊ quare differt gloria. ad Rom̄. 8.col.10.¶.3.⁊.4. et col.11.¶.1.

Hereditas noſtra conſiſtit in fruitiōe dei. ad Ephe.5. col.4.¶.1.

Heres xp̄s non fuit inquantū fuit filius dei ab eterno: ſʒ ſolū inquantū homo ex tp̄e.ad Heb.1.col.3.¶.1.

Hebrei dicūt ſm quoſdā ab abraā qꝛ ante eū hoc nomē non inuenit: ſed tñ melius ſm alios ab heber.2.Coꝛ. 11.col.11.poſt principiū.

Hereſes eſſe neceſſarias in eccleſia quomō intelligat.1. Corinth.11.col.11.¶.2.

Hereſis incepit tempe apoſtoli apud iudeos ꝙ ſerui dei in eccleſia miſtrare nō deberent.ad Tytū.2.col.5.¶.1

Hereticus eſt qui errat circa fidē cū pertinacia non autē oīs errans eſt hereticus.ad Tytū.3.col.6.¶.1.et.2.

Hereticus dicit qui priuatā doctrinā ſequit ex elatione. 1.Coꝛ.11.col.10.¶.2. ante finē.

Hereticus ſeu ſeductoꝛ dicit qui errat ex ignoꝛātia ⁊ hic nō eſt excōicatus.ad Gal.1.col.7.¶.2.

Heretici in principio dicūt quedam vera ⁊ vtilia:in fine autē effundūt moꝛtifera.2.ad Tymo.2.col.6.¶.3.

Heretici per vanas doctrinas nō poſſunt totaliter fideʒ ſubuertere.2. ad Tymot.2.col.7.¶.1.

Ho.

Homo eſt aſſumptus a verbo. id eſt humana natura eſt aſſumpta a verbo.ad Ro.1.col.8.¶.2.

Homo iſte ſemper fuit eſt vera: qꝛ homo ſupponit eternū ſuppoſitū. ad Ro.1.col.8.¶.3.

Homo tenet mediū locū inter deū ⁊ bruta animalia ⁊ cū vtroqʒ cōmunicat. ad Ro.1.col.22.¶.1.

Homo dicit carnalis:quia eius ratio carnalis eſt.aut qꝛ ratio a carne impugnat. ad Ro.7.col.7.¶.2.

Homo nō poteſt cōprehendere rationē diuinoꝝ iudiciorū.ad Rom̄.11.col.14.¶.4.⁊ ſequētibus.

Homo primus fuit productus ſine viro ⁊ femīa.Eua vero de coſta ade.abel ex adam ⁊ eua.xp̄us ſolū ex maria. 1.Corinth.11.col.8.¶.2.circa finē.

Homo debet aliquid deo.aliquid ſibi.⁊ aliquid ꝓximo. ad Gal.3.col.5.poſt textū.

Unus homo miſeret alterius triplici ratiōe. ad Ephe. 2.col.4 ante mediū.

Homo malus ꝓpter malitiā dicit demon:nō natura ſed imitatiōe.1.ad Tymo.4.col.1.poſt mediū.

Hō ſi nō peccaſſet xp̄s ſm mentē beati thome incarnatꝰ nō fuiſſet.1.ad Tymoth.1.col.8. circa mediū.

Homo ex ſui creatiōe dicit ſeruus dei ⁊ natura humana eſt foꝛma ſerui.ad Phil.2.col.4.¶.1.poſt mediū.

Hoīes ſeinuicē diligentes tria cōſueuerūt obſeruare ad Gal.4.col.9.¶.1.

Homo eſt optimū animaliū quādo operat ſcd̄m rationē ſed qñ declinat ad maliciā:ē decies millies peioꝛ ꝙ mala beſtia. ad Tytum.1.col.7.¶.2.

Homo poſt lapſum indigebat duobus. ſcʒ participatione cū diuina natura ⁊ depoſitiōe vetuſtatis. ad Tytum 3.col.3.¶.6.

Homo qui nunꝙ peccauit poteſt eſſe ſine gratia ⁊ culpa ad Tytum.3.col.4.¶.2.

Hominū tria ſunt genera. quidā ſunt virtuoſi ⁊ duo vitioſi.ad Tytū.3.col.2.poſt principiū.

Honoꝛare debent filij parētes per reuerentiā.obedientiam.⁊ neceſſarioꝛum miniſtrationē. ad Ephe.6.col.1. poſt textum.

Honoꝛare parentes pertinet ad pietatē.1. Tymot.4. col.5.in principio.

Hoſtia que in veteri lege offerebat debebat habere quattuoꝛ. integritatē.ſanctitatē.a deo odoꝛis ſuauitatē.⁊ ſalis condimentū.ad Ro.12.col.2.in medio.

Hoſtis ſtultus aut debilis nō multū eſt timēdus ſed potens nequā ⁊ callidus. ad Ephe.6.col.5.¶.1.

Hu.

De humanitate xp̄i fuerūt quattuoꝛ erroꝛes falſi.fotini. arrij.neſtoꝛis.⁊ euticetis.ad Phil.2.col.5.circa pñ.

Humilitati cōtraria ſunt que oꝛiunt ex ſuperbia. ſcʒ ꝯtētio ⁊ inanis gloꝛia.ad Phil.2.col.2.¶.4.poſt mediū

Humilis eſt qui ſe ſubijcit alicui ſcd̄m ſuā menſurā. ad Phil.2.col.2.¶.4.ante finē.

Ia.

Iacob dilexi:eſau autē odio habui.⁊ pulcherrima differētia de predeſtinatiōe ⁊ preſciētia. ad Rom̄.9.col.7.¶.3.

Iacobꝰ fuit epiſcopus hieroſolymitanꝰ. ⁊ dicebat minoꝛ.⁊ frater dñi.Nota multa de eo ad Galath. 1.col.12.circa principiū.

Id.

Idolū nihil eſſe demonſtrat.⁊ quomō ea que ydolis immolant non inquinant.1.Corinth.8.col.3.¶.1.2.3.et ſequentibus.

Idolatriā ap̄lus docet fugere ꝓpter demonis ſocietatē ⁊ de immolatitijs ydoloꝝ.1.Coꝛ.10.col.8.¶.1.et ſequētibus.Et col.9.et.10.in prin.per totū.

Ie.

Ieiuniū:⁊ ſi ſit exercitatio coꝛpoꝛalis meret tamen vitā eternā ſi pꝛo obiecto habeat charitatē.1.ad Tymot.4. col.5. ante mediū.

Ig.

Ignis in extremo iudicio dicit cōſumere om̄ia:intelligi poteſt ex parte operantis vel ex parte operis.1.Coꝛint. 3.col.10.¶.2.

Ignis inter om̄ia elementa eſt maxime actiuus ⁊ efficax ad agendū ⁊ ſemper mouet.ad Heb.1.col.10.¶.1.in fine ⁊ quomō peccatū ignoꝛantie excuſet.1.ad Tymoth. 1.col.7.¶.2.

Ignoꝛātia quid ſit ⁊ quādo excuſat a peccato ⁊ quando ſit peccatū.ad Ro.1.col.20.poſt textū.

Ignoꝛare deū contingit dupliciter.Uolūtarie vt quis liberius peccet.⁊ malicioſe.ad Ro.1.col.26.¶.2.

Ignoꝛātia legis aliquādo cōtingit ex defectu naturalis ingenij.aliquādo ex defectu diſcipline. aliquando vero ex defectu alicuius neceſſarij.ad Rom̄.2.col.11.in fine vſqʒ ad ſequentē ¶.

Il.

Illuſtratio mētis ad cognoſcendū eſt de quattuoꝛ.ſcʒ diuinis terrenis euētibus vel de agendis.1.Corinth.14. col.4.circa finem.

Im.

Impedimentū pauli ꝙ non potuit venire ad romanos quomō ſe excuſat.ad Ro.1.col.14.¶.3.

Impietas dicit quādo aliquis directe peccat cōtra deū. ad Tytū.2.col.6.¶.2.

In.

Inanis gloꝛia iudeoꝝ qua gloꝛiabant ſe eſſe p̄ferendos gentibꝰ.ad Ro.3.col.12.¶.1.Ibidē.col.13.¶.2.⁊.3.

Incarnatiōis fructus.modus.⁊ neceſſitas. ad Rom̄.7 col.3.¶.1.

Incarnationē ſacra ſcriptura nō ſemel ſed iterū atqʒ iterū repetit.ad Heb.1.col.10.ante mediū.

Indurare dicit deus nō īmittendo malitiā:ſed nō apponendo gratiā.ad Ro.9.col.13.¶.2.

Infideliū mentes dicit deus excecare nō inducēdo maliciā:ſed merito precedēti ſubtrahendo gratiā.2.Coꝛ.

4.col.2.poſt textũ.
Infideles dānabunť ſine iudicio diſcuſſiōis ⁊ examīa-tiōis.1.Coꝛ.5.col 7.¶.1.in fine.
In infidelibus primi motus non ſunt peccata moꝛtalia. ad Rom̄.8.col.1.¶.1. in fine.
Infirmi in fide cū iudeis ⁊ hereticis cōuerſari nō debēt ne ſeducanť.1.Coꝛinth.5.col.7.¶.2.
Inimicis non debemus reddere malū pro malo: videx em̄ deus eſt.ad Ro.12.col.11.¶.1.et ſequēti. Idez ad Rom̄.11.col.13.¶.1.et.2.
Iniurie ſunt remittēde exemplo xp̄i ⁊ apoſtoli.2.Coꝛ. 2.col.3.in fine.et ¶.ſequētibus.
Inſenſatus fit aliquis multis modis. vel quia veritatē acceptā dereliquit.vel nunꝙ eā acceptat.ad Galath.3. col.1.poſt textū.
Intellectus noſter dicitur in potētia ad aliquid cognoſcen dū.intellectus autē angeli impletus eſt ſciētia intelligi-biliū.ad Coloſ.2.col.1.¶.3.in fine.
Intellectus poteſt dupliciter accedere ad cognitionē ali cuiꝰ nature. ſcȝ per cognitionē ⁊ compꝛehenſionē.1.ad Tymoth.6.col.7.¶.1.
Intellectꝰ perfectus iudicať quādo recte iudicat de his que ⁊ ſibi ꝓponunť.ad Heb.5.col.7.¶.2.
Intellectꝰ moueť ad aſſentiendū ex euidētia obiecti qḋ eſt per ſe cognoſcibile.ad Heb.11.col.3.poſt prin.
Intellectū noſtrū duo impediunt ſcȝ debilitas ⁊ obſcuri tas.ad Coloſ.2.col.2.poſt mediū.
Inter duos iudices.ſcȝ inter fidelē ⁊ infidelē:fidelis eli gendus eſt. etiā ſi non ſit tante prudentie vt infidelis.1. Coꝛinth.6.col.2.¶.3.
Inter indulgentiā que eſt pro peccatis.⁊ eam quā dice-bat paulꝰ cōtrahere mr̄imoniū differētia eſt.1.Coꝛ.7. col.4.in princiº.et ¶. ſequētibus.
Inuiſibilia dei quō a viatoꝛibus ⁊ quō ab electis cogno ſcunť.⁊ quare dicunť in plurali.ad Ro.1.col.19.¶.2.
Inuocare debemus deū fide precedente. ad Rom̄.10. col.6.poſt principiū.

Ir.

Iram ante ſolis occaſum apoſtolus iubet deponere. ad Ephe.4.col.16.¶.1.
Ira eſt triplex.ſ.In coꝛde.in ꝓlatiōe vaga. in cōtumelia ad Ephe.4.col.18.¶.2.
Ira eſt duplex.ſcȝ que tendit ad vindictā cōtra iuſticiā. ⁊ que exequitur quādo opoꝛtet ⁊ in quibus opoꝛtet. ad Ephe.4.col.15.¶.3.
Irregularitatē incurrit aliquādo aliquis ſine peccato.1 ad Tymoth.3.col.3.¶.1.

Iu.

Iudei non dicunť a iuda machabeo: ſed a iuda ⁊ benya min ⁊ alijs qui ſe adiunxerūt.ad Ro.2.col.11.¶.1.
Iudei nullā ꝓrogatiuā habēt nūc in lege gratie: ſed pa-rificanť gentilibꝰ.ad Ro.3.col.6.¶.1.2.et.3.ad Eph. 3.col.3.¶.1.
Iudei nō poſſunt iuſtificari ſine lege xp̄i ſicut ⁊ gentiles ad Rom̄.3.col.10.¶.3.
Iudei dicunť moꝛtui cū ſunt in peccatis ⁊ nō credūt deꝰ aūt viuificat per gratiā.ad Ro.4.col.9.¶.1.
Iudei gloꝛiabanť de duobus.ſcȝ de abraā ⁊ de iacob ad Rom̄.9.col.5.¶.1.et.2.
Iudei nō oēs fuerūt repꝛobati:ſȝ aliq̄ erāt inter eos ele-cti.ad Ro.11.col.2.¶.1.et.2. Et col.3.¶.2.et.3.
Iudei nō om̄es ſaluabūť neꝙ maioꝛ pars:ſed aliqui. ad Rom̄.9.col.18.¶.1.
Iudeis xp̄s in carne exiſtēs predicauit p̄cipaliter gen-tibus aūt perfunctoꝛie.ad Gal.4.col.5.poſt prin.
Iudei offendūt deū maxime in duobus.ſcȝ in inobediē-tia ⁊ temptatiōe.
Iudeoꝝ ſtatus ſi ꝯſidereť ante legē tūc ꝓpter beneficiū legis erāt digniores nō autem in lege gratie.ad Gal.3. col.18.¶.1.et.2.
Iudeoꝝ caſus fuit vtilis ⁊ fuit reparabilis per xp̄m. ad Ro.11.col.5.¶.1.⁊ ſequētibus.
Iudeos cōmendauit paulus ex tribus.ex gente.ex bene ficijs.⁊ ex cultu.Et quō xp̄us promiſſus eſt eis.ad Ro. 9.col.3.¶.2. Et col.17.¶.1.et.2.
Iudex eccleſiaſticus gerit perſonā dei xp̄i ⁊ angeloꝝ.iō debet iuſte iudicare.1.ad Tym̄.5.col.7.¶.1.2.et.3.
Iudex nullū iudicare dēt niſi ſit pn̄s ꝙꝙ paulus iudica uerit in abſentia eū qui vxoꝛē patris duxerat.1. Coꝛ.5. col.1.in principio. ⁊ ¶.ſequētibus.
Iudices infideles a fidelibus eligi nō debent.1.Coꝛ.6 col.1.¶.1.2.et ſequētibus.
Ante iudicē citatus primo debet ſe examinare de factis ſuis vt in iudicio nō ꝯfundať.2.Coꝛ.13.col.2.pꝰ tex.
Iudicare aliū eſt cōdempnare ſeipm̄.⁊ fit tripliciter. Iu ſte.iniuſte.⁊ temerarie.ad Rom̄.2.col.1.¶.1.et.2.Et iterū col.ſequēti.¶.1.
Iudicans aliū in quo reus ip̄e reperiť a deo ſeuere puni tur.ad Ro.2.col.2.¶.3.et.4.
Iudicij diuini veritas cōſiſtit in hoc ꝙ nō punit in pn̄ti ſm̄ meritū ⁊ equalitatē.ſm̄ ꝓpoꝛtionē ꝙꝙ eternā penā ꝓ tpali dicať illatura.ad Ro.2.col.4.¶.1.
Iudicare extra caſum nō cōceſſuȝ alterū nullus p̄ſumat quia deus iudex eſt. ad Ro.14.col.3.¶.1.
Iudicare dies ⁊ annos ⁊ menſes aplꝰs ꝓhibet.ad Ro. 14.col.4. ¶.1.2.et.3.
Iudicare de occultis nemini licet:hoc xp̄o cōmiſſum eſt in diſtricto iudicio qui iudicabit abſcondita. ad Ro.14 col.6.in prin.Et.1.Coꝛ.4.col.3.¶.1.
Iudicare de actibus exterioꝛibꝰ quō poteſt fieri bene ⁊ male:iudicare aūt de occultis ſoli cōmittiť deo. ad Ro. 14.col.2. ¶.1.⁊ ſequē.
Iudicare debet quilibet ſeipm̄ iudicio diſcuſſionis.⁊ ſi-militer iudicio cōdemnatiōis ⁊ repꝛehenſionis.1.Coꝛ. 4.col.2.¶.1.ante finē.
Iudicari ſancti ab hoībus ꝓ maximo habere debent. ſi iudicanť vnde puſilli ſcandalizari poſſunt. quantū autē ad ſeipſos curare nō debent.1.Coꝛ.4.col.2 ¶.1.
Iudicandus vel excōmunicandus trina vice eſt ammo-nendus.2.Coꝛ.13.col.1.ante mediū.
Iugū dicitur oīe illud qḋ ligat plures ad aliq̄d faciendū ⁊ eſt iugū dei ⁊ iugū dyaboli.2.Coꝛ.6.col.7.¶.2.
Iurare deū per ſemetipm̄ quō intelligať.ad Rom̄.14. col.6.poſt principiū.
Iurando ſanctus paulus oſtendit verbū dn̄i. ⁊ apl̄i ia-cobi nō eſſe intelligendū ꝓ ſemper: ſed ꝓ tp̄e ⁊ loco. ad Ro.1.col.13.in prin.vſꝙ ad ¶.ſequentē.
Iurandi duplex eſt modus. ſcȝ per ſimplicē atteſtatatio nē vel execrationē.ad Heb.6.col.10.¶.2.
Iurauit deus per ſemetipm̄ ⁊ ideo iurare iuſte nō eſt pec catū.ad Heb.6.col.9.¶.2.
Iuris rigoꝛē ſeruare eſt quādo aliq̄s ſeruat ea que iuſta ſunt ſm̄ ſe ⁊ tūc dicitur equitas.ad Heb.1.col.11.¶.3.
Iurat aliqn̄ deus iurat ⁊ angelus.⁊ cōiter immobiliter iurata permanēt.ad Heb.3.col.6.¶.3.
Iuſticia cōſiſtit in redditiōe debiti homo aūt aliq̄d debȝ deo.aliquid ſibi ⁊ aliq̄d ꝓximo.ad Gal.3.col. 5.pꝰ tex.
Ad iuſtificationē cōcurrūt ſex que deꝰ operať iuſtificās ad eph.1.col.3.¶.2.et ſequē.⁊ ad eph.5.col.7.pꝰ p̄n
Iuſtificatio nō eſt ex lege ſed ꝑ gratiā que dať a ieſu xp̄o ad Ro.3.col.11. a principio vſꝙ ad finē.
Iuſtificari pōt dupl'r accipi.ſcȝ ꝓ iuſticiā exequi ⁊ iuſti

clā fieri.ad gal.2.col.11.pꝰ prin. ⁊ ad gal.3.col.8.¶.2

Iuſti iudicabūt angelos bonos in eo ꝙ eos excellunt. ⁊ malos in eo ꝙ eos ꝯdemnāt.1.Coꝛ.6.col.2.¶.2.⁊.3.

Iuſticia dei tpe gratie manifeſtata eſt per doctrinaȝ xp̄i per euidētia ſigna. ad Ro.3.col.10.¶.1.et.2.

Iuſticia dei reuelaṫ in hoīe credēte euāgelio per fidē ieſu xp̄i.ad Ro.1.col.16.¶.3.

Iuſtificatio non eſt ex lege ſed per gratiā que daṫ a ieſu xp̄o.ad Ro.3.col.11.a principio vſqȝ ad finē.

In iuſtificatiōe impij ſunt duo termini. ſcilȝ a quo ⁊ ad quē.ad Tytū.3.col.4.¶.2.

Iuſticia aliqn̄ eſt virtus ſpecialis. aliqn̄ generalis. ad Phil.3.col.4. poſt textū.

Iuſticie modus eſt duplex.ſcȝ legalis ⁊ moralis. ibidē.

Iuſtis nō eſſe poſitā legem: ſed iniuſtis declaratio.1.ad Tymoth.1.col.5.¶.3.

Iuſticia eſt duplex.ſcilȝ humana ⁊ diuina. ad Heb.10. col.16. ¶.1.

Iuuare deū dupliciter intelligi poteſt.ſcȝ vires ei dādo vel eius mandata exequēdo.2.Coꝛ.6.col.1.poſt prin.

Iuuenes ſequūtur voluptates qꝛ nō ſunt alia experti et reputāt ꝓ medicina eſſe laboꝛ.2.ad tym̄.2.col.9.¶.1

Imago tria in ſe icludit ⁊ ſic homo diciṫ eſſe ymago dei propter memoriā intellectū ⁊ voluntatē.1. Corinth.11. col.6.¶.1.et.3.

Imago perfecta diciṫ xp̄us ex parte ſimilitudinis. origi nis.⁊ equalitatis.2.Coꝛ.4.col.3.poſt mediū.

La.

Aboꝛantiū in vinea dn̄i ſabaoth que ſit mer-
l ces.1.Coꝛ.3.col.4.¶.1.et ſequētibus.

Laudare ſe pōt aliqs duplr̄.ſ.vt oñdat ſe nō deficere in tribulatōibꝰ.1.coꝛ.5.col.2. in fi.

Laudare debemus deū nō ſolū mentaliter ſed etiā vocaliter.ad Ephe.5.col.9.¶.1.

Le.

Ledere poteſt aliqs aliquē tripliciter.ſcȝ in perſona.in fama.⁊ in rebus.2 Coꝛ.7.col.2.¶.1.

Legē non habētes ip̄i ſibi ſunt lex inq̄tū ſcȝ fungūṫ officio legis. ad Ro.2.col.9.¶.1.

Legē obſeruare quō nos debemus ⁊ obligemur ad certa legis. ad Ro.6.col.6.¶.2.et.3.

Sub lege factum ſi ly ſub denotet ſolū obſeruantiā legis ſicut xp̄s fuit factus ſub lege. ſi aūt ſuppreſſionē tūc nō eſt ſub illa lege.ad Gal.4.col.4.¶.1.

Legē ſtatuēs debet eā regulare ſm deū vt ſiat vtilis in inſtitutis.1.ad Tymoth.1.in ꝓlogo.

Legē nō eſſe poſitā iuſtis ſed trāſgreſſoꝛibus quō intelligaṫ.1.ad Tymoth.1.col.5. ¶.3.et ſequētibus.

Legalia ceſſare debebāt ceſſante euāgelio ⁊ quō ap̄lus permittebat ad tp̄s.ad Ro.14.col.2.¶.1.

Legalia vlterius nō eſſe ſeruāda poſt euangelicā inſtitutionē apoſtoli cōcluſerūt ad Gal.2.col.3.¶.1.et 2.

Legalia nō ſeruabat petrus:ſed cū gētilibꝰ edebat que cūqȝ apponebanṫ.ad Gal.2.col.3.¶.1.et.2.

Legalia vtrū debebant ſeruari lege gratie data magna ꝯcertatio auguſtini ⁊ hieronymi. ad Gal.2.col.8.¶.1 poſt mediū.Et ca.5.col.1.poſt textū.

Legis opera quedā erāt legalia quedā moralia.ad gal. 2.col.11.poſt principiū.

Aliud eſt eſſe ſub lege.⁊ aliud ſeruare legē.ad Gala.5. col.10. ¶.2.

A lege diuina nemo liber eſt:neqȝ homo:neqȝ angelus. 2.Corinth.3.col.8.¶.1.

Legē iuſticie quō quidā nō habuerūt iuſticia eīn eſt per fidem xp̄i.ad Ro.9.col.19.¶.2.

Legiſlatoꝛis intētio debet eſſe vt faciat hoīes iuſtos.ad Rom̄.10.col.2.¶.5.et.6.

Lex nō iuſtificat ex auditu:ſed ex opere operāte.ad Romañ.2.col.8.¶.1.et.2.

Lex moyſi fuit media inter legē nature ⁊ gratie.ad Romañ.5.col.15.¶.1.et col.ſequēti.

Lex humana reſpicit actus exterioꝛes:diuina aūt prohibet actus interioꝛes ⁊ exterioꝛes nociuos. ad Rom̄.5. col.16.poſt mediū.

Lex aliquādo recipiṫ pꝛo tota ſcriptura veteris teſtamēti.quādoqȝ pꝛo quinqȝ libꝛis moyſi.aliquando ꝓ decalago.ad Ro.5.col.18.¶.2.

Lex fuit data peccatoꝛibꝰ in flagellū:ꝓficiētibus in pedagogū: perfectis in ſolatiū.ad Ro.5.col.18.¶.6.

Lex naturalis moꝛiṫ in hoīe quādo ratio naturalis paſſionibus ſuccūbit. ad Ro.7.col.1.¶.1.

Lex durat q̄diu homo viuit:poſtea abſoluiṫ homo a lege.ad Ro.7.col.1.¶.2.et.3.

Lex nec docet peccare neqȝ legiſlatoꝛ in hoc ꝙ iuſtā legem cōdit.ad Ro.7.col.3.¶.1.

Legē ꝓhibentē pc̄m operari oēm ꝯcupiſcentiā eſt locutio emphatica.ad Ro.7.col.4.¶.1.et ſequēti.

Lex eſt bona ⁊ facit cognoſcere peccatū ⁊ pꝛohibet. ad Ro.7.col.6.¶.3.et.4.

Lex ſp̄us liberat hoīem a peccato ⁊ moꝛte:⁊ eſt cauſa ſpiritualis vite. ad Ro.8.col.2.¶.1.

Lex quō dicaṫ ſubintraſſe ante legē gratie ⁊ ſub lege nature.ad Ro.5.col.15.¶.2.

Lex licet demōſtret peccatū tn̄ cōcupiſcentiā nō aufert. ad Ro.5.col.16.poſt principiū.

Lex antiqua fecit cognoſcere pctm̄:ſed nō pꝛebebat auxiliū cōtra peccatū.ad Gal.3.col.7.poſt prin.

Lex vetus cōparaṫ ad nouā ſicut opa nature ad opa intellectus.ad Gal.3.col.9.poſt prin.

Lex antiqua fuit data ꝓpter quattuoꝛ.ſcȝ maliciā. infirmitatē.ꝯcupiſcentiā ⁊ ignoꝛātiā.ad Gal.3.co.14.¶.1

Lex vetus ꝑpoſita erat iudeis per quā māuducerenṫ ad fidē ⁊ iuſticiā.ad Gal.4.col.2 ¶.1.

Lex vetus diciṫ lex peccati ⁊ moꝛtis: ⁊ mutata fuit per xp̄m ⁊ erat imperfecta.ad Heb.7.col.7.¶.1.et.2.

Lex vetus diciṫ carnalis:qꝛ ꝓmittebat carnalia pꝛemia ⁊ tp̄alia ſupplicia. ad Heb.7.col.9.¶.3.

Lex noua diciṫ lex amoꝛis:⁊ ideo diciṫ ymago vetus vero vmbꝛa. ad Heb.10.col.1.¶.1.

Lex daṫ vt inducat hoīes ad virtutē et faciat abſtinere a vicijs. ad Heb.10.col.2. ¶.3.

Li.

Liber vite ⁊ pꝛedeſtinatio ſunt idē ſm rem:differūt aūt ratiōe.ad Phil.4.col.2.¶.3.

Liber vite eſt firma noticia de pꝛedeſtinatis. ad Phil. 4.col.2.¶.3.et ad Heb.10.col.2.¶.3.

In libꝛo vite aliqui ſunt ſcripti ſimpliciter.⁊ illi nūq̄ delenṫ. alij ſm q̄d.ad Phil.4.col.3.¶.3.

Liber vite diciṫ xp̄us: in quo ſcripta ſunt oīa neceſſaria ad ſalutē.ad Heb.10.col.2.¶.3.

Liberū arbitriū habet multiplicē ſtatū. qꝛ ante lapſum eſt in poteſtate noſtra peccare moꝛtaliter vel nō peccare ad Heb.10.col.9.¶.2.

Liberū arbitriū habet homo quo ad coactionē non autē quo ad inclinationē. ad Ro.6.col.8.¶.2.

Per liberū arbitriū homo nō poteſt ſaluari abſqȝ diuino auxilio.ad Phil.2.col.8.¶.1.

Liberalitas xp̄i oſtēdiṫ ex muneribus que fidelibus cōtulit. ad Ro.1.col.9.¶.1.

Liberalitas oꝛtū habet a duobus.ſ. habūdantia tp̄aliū ⁊ cōtemptu earū.2 Coꝛ.8.col.2.poſt prin.

Licitū aliqn̄ eſt aliquid ſm ſe qᷦ efficiṫ illicitū ꝓpter ex

roneā cōſcientiā.ad Ro.14.col.8.¶.1.
Licere ſibi oīa cum dicit apl's eſt diſtributio accōmoda. id eſt que diuina lege non prohibent.1.Cor.6.col.5.¶.2.et ſequēti.
Lingua angelorum ſunt homīes officia angelica hñtes vt ſunt pdicatores.1.Cor.13.col.1.¶.2.
Lingue ceſſabūt poſt reſurrectionē vltimā q̄ ad diuerſitatē qua aliqui in primitia eccleſia loquebant varijs linguis.1.Cor.13.col.7.¶.1.
Litteras cōmendatitias accipe a perſonis famoſis quouſq; aliquis per facta ſua in noticiā perueniat nō eſt malū.2.Cor.3.col.1.¶.1.
Littera legis dat ſolū cognitionē peccati ⁊ occaſionaliter auget.2.Cor.3.col.4.¶.1.

Lu.

Lumen glorie dupliciter menti infundit. ſcʒ per modū forme cōnaturalis facte ⁊ permanētis aut per modū forme trāſeuntis.2.Cor.12.col.4. poſt mediū.
Luxuria eſt filia deſperatiōis: qꝛ multi ex deſperatione ſpūaliū dāt ſe totaliter carnalib⁹. ad Col.3.col.3.¶.1.

Ma.

m Ala que hic ſuſtinemus poſſunt cōſiderari vt ſunt in patiēte:aut vt ſunt in agēte.ad Ro.8.col.23.¶.1.ante mediū.
Mala ꝓpter duo cōſueuerūt cōmemorari ſcʒ ad cōmendationē ⁊ correctionē.2.Cor.7.col.1.¶.2.
Maledicere cōtingit tripliciter.ſcʒ annūciando. imperando.⁊ optādo. ad Ro.12.col.9.circa finē.
Maledicere nō eſt aliud niſi de re aliqua ex malicia malū dicere.ad Gal.3.col.8. poſt principiū.
Maledicēdo apl's pſeudo benedixit.qꝛ de carnali abſciſione ⁊ caſtratōie:ac ſterilitate intellexit. ad Galath.5.col.6.¶.1.
Maledictū eſt duplex.ſcʒ maledictū culpe.⁊ maledictū pene.ad Gal.3.col.9.poſt textū.
Maledictus quanq̄ in noſtris q̄ in hebreorum codicibus ſeu libris habeat ſcʒ qui pepēderit in cruce tñ prauitate iudeorum falſificatū eſt. ad Gal.3.col.9.¶.1.
Mali nō priuant donis dei ꝓpter maliciā:ſed in eis reꝓbat qđ ex eorum malitia ꝓcedit.j.Cor.j.col.jj.p⁹ pñ.
Mandata diuina cōtinent in duabus tabulis. Prima ordinat ad deū.alia ad ꝓximū. ad Ephe.6.col.2.¶.1.
Manducare ſe non velle carnes apl'us dicit ineternū:ſi ſcandalizet aliqs.j.Cor.8.col.5.¶.j.et.2.
Manducare corpus xp̄i indigne dupliciter cōtingit. ſcʒ recipiēdo aliū panē q̄ triticeū. aut aliū liquorē q̄ vinū. Uel qui in peccato mortali accedit incōtritus ⁊ nō ꝯfeſſus.j.Cor.jj.col.23.¶.j.
Manducans nō manducantē nō iudicet ⁊ ecōuerſo.ad Ro.j4.col.2.¶.2.
Manicheos apl'us demones vocat. qꝛ inter oēs hereſes plus dāt dyabolo de honore.j.ad Tymoth.4. col.2. poſt principiū.
Manna dicit eſca ſpūalis.qꝛ miraculo fuit filijs iſrael p̄parata.j.Cor.jo.col.j.¶.j.
Manſuetudo eſt virtus cōpeſcens ab ira que perturbat iudiciū ratiōis.2.ad Tymoth.2.col.10.poſt prin.
Manus xp̄us extendit in cruce.⁊ in miraculorum opatiōe ad Ro.jo.col.jo.ante mediū.
Maria dicebat ante conſiliū epheſinū criſtotochos.poſt cōſiliū vero ꝓpter errorē neſtorij theotochos.j.ad Tymoth.6.col.jo. circa mediū.
Maria ⁊ ſi fuerit cognata elizabeth:ipſa tñ fuit de ſtirpe dauid. ad Heb.7.col.9.¶.j.
Martyrē non facit pena:ſed cauſa vt videlicet ſuſcipiat ꝓpter xp̄m.ad Ro.8.col.23.¶.2.
Materia prima eſt nuda ⁊ priuata omi forma iuiſibilis. oī ſpecie ⁊ diſpoſitiōe carens.ad Heb.jj.col.4.¶.2.
Matrimoniū eſt inſtitutū ꝓpter tria. ſcʒ in officiū nature.in remediū cōcupiſcentie.in effectū ſacramēti.1.Corinth.7.col.2. poſt mediū
Matrimoniū ſeparari nō debet ꝓpter infidelitatē niſi eſſet periculū in cohabitatiōe.1.Cor.7.col.6.¶.4.⁊ ſequētibus.Et idē col.8.¶.1.et ſequētibus.
Matrimoniū nō eſt diſſoluendū ꝓpter ꝯſenſū p̄teritū ⁊ ꝓpter carnalē copulā cōſumatā.1.Cor.7.col.12.¶.1.
Matrimoniū coactū raro ſortit bonū exitū.1. Corinth.7.col.17.¶.2.
Matrimoniū ſpūale inter corinthios ⁊ xp̄m apl's gloriatur ſe feciſſe.2.Cor.11.col.7.circa prin.
Apl'us dicit beatius eſſe nō nubere q̄ nubere tanq̄ doctus a ſpūſancto.1.Cor.7.col.17.¶.3.4.5.et ſequē.
Non lʒ recipe in vxorē quā pr̄ recipiētis cognouit. aut in vxorē habuit.1.Cor.5.col.1.in pñ.⁊ ¶.ſequēt.

Me.

Mediator debet eſſe duorum.⁊ ſic xp̄s fuit mediator inter deū ⁊ hoīem. ad Gal.3.col.15.¶.1.
Meditare debem⁹ de recta operatiōe. de diuina laudatiōe.de celeſti iocūdatiōe.ad Ephe.5.col.9.¶.1.
Melchiſedech dicūt hebrei quādo abraā occurrit fuiſſe annorum.ccc.ex.Et erat dei ſummi ſacerdos. ad Heb.7.col.1. poſt textū.
Melchiſedech idē eſt qđ rex iuſticie. ⁊ ſine patre ⁊ mr̄e ⁊ genealogia ⁊c.ad Heb.7.col.3.¶.1.
Membra xp̄i in xp̄o manētia poſſunt facere fructū bonū ad Ro.7.col.2.¶.3.
Membra xp̄i dicunt qui participāt corpe ⁊ ſanguīe dñi 1.Cor.10.col.6.¶.2.
Membra corpis myſtici ſunt fideles.ſcʒ prelati ⁊ ſubditi.⁊ quō officia in eccleſia ſint diuerſa.1.Cor.12.col.8.¶.1.2. et ſequētibus.
De mendacio ſe excuſat apl's.quia ꝓmiſerat corinthijs venire ⁊ nō venit.2.Cor.1.col.8.in principio.⁊ ¶.ſequētibus pulchra valde.
Menſa peccatorum dicit laque⁹.⁊ dicit ſcandalū. ad Romanū.11.col.4.¶.1.
Meritū eſt duplex. vnū qđ innitit iuſticie.aliud qđ ſolū miſericordie.ad Heb.6.col.8.poſt prin.
Meritū conſiſtit in hoc q̄ deus habet patientiā ⁊ homo vtat patiētia dei. ad Ro.2.col.5.¶.3.
Meritū xp̄i dicit infinitū.aliorum autē ſanctorum dicit finitū ad Col.1.col.13.poſt principiū.

Mi.

Miles xp̄i dicit aliquis tripliciter.inquantū ſcʒ pugnat cōtra peccata.cōtra errores. ⁊ cōtra tyrānos.2.ad Tymoth.2.col.1.¶.5.⁊.6.
Ad militiā duo requirunt. ſcʒ vt expugnent cōtrarij rei publice.⁊ vt ſubijciant qui debēt eſſe ſubiecti.1.ad Tymoth.1.col.9.¶.2. ante finē.
Miſtrare ſacra debet epī.⁊ ſacerdotes docere ignorantes.⁊ paſcere famelicos.ad Ro.12.col.6.¶.2.
Miniſtri infideles xp̄i dicunt hi qui in diſpenſatiōibus diuinis nō intendunt vtilitatē populi:ſed ſuā.ſed miſtri xp̄i fideles ecōuerſo.1. Cor.4.col.1.¶.1.
Ad dignitatē miniſterij tria requirunt.ſcʒ ſapiētia ne erret. proſapia ne cōtemnat ⁊ virtutis potētia. ad Heb.1.col.4.¶.2.
Mirabat apl'us q̄ galathe tamcito fuerūt a pſeudo ſeducti.ad Gal.1.col.3.poſt principiū.
Miracula dicunt de preſenti que fiunt virtute diuina.ſignū autē ⁊ ꝓdigiū de futuro. ⁊ virtutes quō inter ſe differāt.2.Cor.12.col.12.circa mediū.

# M

# N


Miraculū falſum dicit̄ quādo deficit a vera ratiōe facti: vel a debito fine.2.ad Theſ.2.col.5.¶.3.
Miſſam vt audiret ⁊ cōicaret demō quedā induxit.⁊ eū poſtea vicit ꝙ dampnatus fuit.2.Coꝝ.11.col.8.in p̄n.
Miſerebor cui voluero.⁊ clemēs ero in quē mihi placu ero.ad Ro.9.col.9.poſt prin.⁊ ¶.ſequēti.
Miſeret̄ homo tripliciter.⁊ ponit terminū ⁊ limitatiōez in miſeratiōe.ad Ephe.2.col.4.ante mediū.
Miſericordia.clementia.⁊ venia differūt.ad Heb.10.col.10.ante mediū.
De⁹ eſt miſericors vſq̄ ad extremū iudiciū:ſ3 p⁹ iudiciū horrendū eſt īcidere in man⁹ ei⁹.ad Heb.10.col.13.¶.1
Miſſio eſt duplex.Una que motū localē importat.Alia que applicationē nouam demonſtrat.ad Heb.1.col.18.¶.1.poſt mediū.
Miſit deus filiū ſuū in p̄diffinito temꝑe factū ſub lege.ad Gal.4.col.2.poſt textū.
Myſteria nō oīa reuelata ſunt angelis neq̄ ſanctis: ſed quedā ſunt in deo occultata.ad Eph.3.col 7.¶.1.


Mo.


Modeſtia eſt virtus per quā aliquis in omnibus exterioribus modū tenet vt nullius offendat aſpectū.ad Tytum.3.col.2.¶.1.
Modeſtia ⁊ māſuetudo docent modū ſeruandū in agendis.2.Coꝝ.10.col.1.¶.2.
Momentū dupliciter pōt accipi.ſc3 ꝓ inſtanti vel ꝓ aliquo t̄pe imperceptibili.1.Coꝝ.15.col.23.¶.1.
Moniales qn̄ velant̄ tondunt̄ q2 ꝓmouent̄ in dignitatē virilē liberate a viris.1.Coꝝ.11.col.5.¶.1.
Mons ſyna quō ſignificat duo teſtamēta Nota pulchra ad Gal.4 col.4.¶.2.et ſequētibus.
Mors xp̄i fuit ſufficiēs cauſa nr̄e ſalutis.ſilr̄ ⁊ ſacr̄a que efficaciā habēt ex paſſiōe.ad Gal.1.col.3.circa finē.
Mors vbi eſt victoria tua.in canone ſcripturaꝝ nō inuenit̄.1.Coꝝ.15.col.26.¶.1.2.3.et.4.
Mortē timere nō debemus q2 ꝙdiu ſumus in corꝑe peregrinamur a deo.2.Coꝝ.5.col.14.¶.1.2.et.3.
Mortui dicunt̄ tripliciter.ſc3 morte peccati in adā.veteri vite.⁊ ſibijp̄is.2.Coꝝ.5.col.8.poſt prin.
Mortui eſſe debemus peccato tunc em̄ dicimur viuere xp̄o.ad Ro.14.col.5.¶.1.2.et.3.
Mortuū eſſe xp̄m peccato ſemel.ad Ro.6.col.4.¶.3.
Mortuus eſt xp̄s pro inimicis.⁊ quō mors xp̄i poteſt cōſiderari tribus modis.ad Ro.5.col.3.¶.2.Et col.4.¶.1.2.et.3.


Mu.


Mulier nō eſt formata de pedib⁹ viri tanꝙ ancilla: nec de capite:ſed de latere.1.Coꝝ.7.col.3.¶.1.
Mulier in ſacra ſcriptura aliqn̄ deſignat ſexū naturalē.⁊ ſic dixit adā:Mulier quā dediſti mihi que tamē virgo erat.ad Gal.4.col.3.¶.1.circa finē.
Mulier ꝓpter peccatū.ſalutē neq̄ corporalē.neq̄ eternā totaliter amiſit.1.ad Tymoth.3.col.1.¶.1.
Mulier data eſt viro ad adiutoriū generatōis.⁊ ſm hoc differt vis generatiua a nutritiua.1.Corinth.7.col.1.¶.1.et ſequenti.
Mulier nō d3 ꝯhere niſi mortuo marito: ſi aūt mortuus fuerit libera eſt a vinculo viri.1.Coꝝ.7.col.17.¶.2.
Mulier nō d3 orare neq̄ ꝓphetizare niſi velato capite.⁊ q̄d velū ſignificet.1.Coꝝ.11.col.5.¶.1.⁊ col.7.¶.2
Mulier dicit̄ etiā ad ymaginē dei facta.q2 magis attēdit̄ ymago ſm ſpm̄ ꝙ ſm carnē.1.Coꝝ.11.col.8.¶.1.et.2
Mulierē ſanctā virū malū bonū facere ꝯtingit.1.Coꝝ.7.col.7.¶.3.Idem.col.8.¶.1.
Mulieres vetule ⁊ obſtīate in malicia aliqn̄ faciūt aliq̄d circa corꝑa ⁊ imprimūt,ad Gal.3.col.2.poſt mediū.
Mulieres apl̄us noluit loqui in eccleſia:ſed in priuato.1.Coꝝ.14 poſt textū.et.¶.ſequētibus.
Mulieres ſequebant̄ apl̄os ⁊ miniſtrabāt neceſſaria.1.Corinth.9.col.2.poſt principiū.
Mundū dicebat origenes in īfinitū renouari ⁊ recuꝑari ſed apl̄s dicit ſemel.ad Heb.12.col.16.¶.1.
Muſicalia inſtr̄a cōparat apl̄us lingue humane ⁊ voci.1.ad Corinth.14.col.5.¶.1.2.et.3.


Na.


Atura diuia dr̄ plena:hūana aūt eſt in potētia
n ad plenitudinē.ad Phil.2.col.4.¶.1.
Natura diuina cōſiderat̄ duobus modis ꝓut ſc3 eſt ratio cognoſcēdi.vel vt eſt principiū eſſendi.ad Ro.1.col.24.in principio.
Naturale dicit̄ illud qđ fit ab agēte cui naturaliter ſubdit̄ patiens.ad Ro.11.col.10.poſt prin.
Naturale deſideriū dedit nobis deus ꝯueniens nature ſpūale aūt aīe.2.Coꝝ.5.col.3.poſt textū.
Naturale deſideriū eſt aīe eſſe cū corꝑe al̄s mors nō eſſet penalis.2.Coꝝ.5.col.2.circa finē.
Naturaliū rerū differentia eſt corruptibile ⁊ incorruptibile.1.ad Tymoth.1.col.9.¶.1.
Natus eſt xp̄s t̄paliter ſine patre:eternaliter ſine matre.ad Heb.7.col.3.¶.2.
Ex nihilo nihil fieri eſtimabāt antiq̄ ph̄i.vel quodlibet eſſe in q̄libet ſicut empedocles et anaxagoras.ad Heb.11.col.5.¶.2.


No.


Nocere poſſumus ꝓxīo tripliciter.ſc3 facto verbo ⁊ deſiderio.ad Ro.13.col.7.¶.2.
Nocere nō p̄nt plus neq̄ hoīes:neq̄ demones:ꝙ deus eis permittit.2.ad Tym̄.3.col.4.¶.3.
Nocti cōparat̄ vita p̄ns ꝓpter ignorantiā diei aūt futura ꝓpter claritatē.ad Ro.13.col.10.¶.1.
Noe de q̄ueq̄ ꝯmendat̄.ſ.ꝙ dictis dei credidit.ꝙ ex fide timuit.ꝙ mādatū dei impleuit.ꝙ a deo ſalutē ſperauit.⁊ ꝙ deſtructionē predicauit.ad Heb.11.col.8.¶.1.
Nomen ieſu xp̄i in primitiua eccleſia erat odioſum.ideo apl̄i vt venerarēt baptizabāt in nomīe xp̄i ex ordinatiōe ſpūſſancti.1.Coꝝ.1.¶.1.col.7.circa finē.
Nomen imponit̄ ad cognoſcendū rē.q̄ ſignificatū noīs eſt diffinitiuū ⁊ ratio rei.ad Ephe.1.col.18.¶.2.
Nomē alic⁹ rei duplr̄ pōt accipi.vid3 ſm qđ eſt expreſſiuū:vel ſm qđ eſt ſignificatiuū.ad Ephe.3.col.9.¶.3.
Nomen eſt xp̄o datū ſuper om̄e nomē.ad Phil.2.col.9.poſt textū.
Nomen ſuū apl̄s cū ſcripſit hebreis nō prepoſuit ꝓpter tres cauſas.in ꝓlogo ad Heb.col.5.
Noticia q̄ habet̄ per ſcīas hūanas illuīat intellectū ſolū ſ3 q̄ hēt̄ per fidē intellectū ⁊ affectū.2.coꝝ.2.co.6.¶.3.
Noticia de deo multiplr̄ haberi pōt.ſ.per xp̄m.per iudeos.⁊ antiq̄s ph̄os.ad Heb.11.col.7.¶.3.
Nouū teſtm̄ nō ordinat̄ ad vetus:ſed ecōuerſo ſicut figura ad veritatē.ad Gal.1.col.5.ante mediū.
Nouus homo dicit̄ xp̄s ꝓpter nouū modū ſue cōceptionis.ad Ephe.2.col.11.¶.1.
Nouus homo eſt animus interius renouatus.ad Col.3.col.4.¶.1.2.et.3.
Nouiſſimū tempus dicit̄ vltima etas mūdi.1.ad Tym̄.4.col.1.ante mediū.
Nouiſſimi dies dicunt̄ qui ſunt ꝓpinqui nouiſſimis diebus.2.ad Tymoth.3.col.1.¶.1.


Ob.


Bedientia includit oēs virtutes ⁊ reddit eas
o meliores.ad Phil.2.col.7.¶.3.
Obedientia dat meritū paſſionibus ſanctoꝝ.ad Phil.2.col.5.¶.4.

Obediētia dicit̃ magna qñ ſequit̃ imperiū alterius ↄtra motū ꝓpriū.ad Phil.2.col.5.¶.4.
Inobediētia qñ fit ꝓpter aliud ꝙ ↄtemptū tunc non eſt ſpeciale peccatū.ad Heb.2.col.1.¶.4.
Inobediētia fuit inter pctā alia magis punita ſilr ⁊ temptatio dei.ad Heb.3.col.5.poſt prin.
Obediēs fuit xp̄s non volūtate diuina q꞉ ipa eſt regula ſed humana.ad Phil.2.col.5.¶.2.
Obiectū vni⁹ virtut' finis ē alteri⁹.1.ad ty.1.co.3.¶.4
Obliq̄tas eſt triplex.ſcꝫ in affectu.in oꝑatiōe.⁊ intellectu.ad Heb.12.col.8.¶.2.
Obſeruare idē eſt qđ diligēter ↄſiderare vl' cauere.⁊ pōt ſumi in bono ⁊ in malo.ad Ro.16.col.4.¶.1.2.et.3.
Obſeruare dicebat apl's galathas dies mēſes ⁊ annos quos corrigebat.ad Gal.4.col.7.¶.2.
Obſecrat apl's romanos ad oſtēdendā humilitatē amorem ⁊ reuerentiā.ad Ro.12.col.1.¶.1.
Obſtaculū nō ponere ꝓcedit ex gratia dei libere dantis ad Heb.12.col.9.¶.2.
Oc.
Occulta ſcire ↄtingit tripliciter.ſ.ꝑ grãꝫ.ꝑ p̄dicationē ꝑ ſcripturaꝝ lectionē.1.ad Corint.14.col.11.¶.1.
Ocioſe mulieres eſſe nō debēt ne incurrāt incōtinentiā 1.ad Tymoth.5.col.4.¶.2.et.3.
Ocioſi inquietudinē patiunt̃.q꞉ ratio nō pōt quieſcere. 2.ad Tymoth.3.col.4.¶.2.
Od.
Odore vinearū florentiū ſerpentes moriunt̃.2.ad Cor. 2.col.6.¶.4.
Of.
Offert ſe hō deo per ſufferentiā mort' :per maceratiōeꝫ carnis:per oꝑa iuſticie.ad Ro.12.col.1.¶.1.
Officia in eccleſia ſunt diuerſa ꝓpter multas ratiōes.1. Coꝝ.1.col.8.¶.1.2.et ſequētibus.
Ex offerentis bonitate oblatio acceptat̃ que nō eſt ſacramentalis.ad Heb.11.col.6.poſt prin.
Ol.
Olus comedere debet qui luxuriā fugare cupit.ad Romañ.14.col.2.¶.j.in fine.
Om.
Oia ſibi licer̃ dicebat apo.⁊ eſt diſtributio accomoda.ſ. q̄ diuia lege nō ꝓhibent̃.j.ad Cor.6.col.5.¶.2.⁊ ſeq.
On.
Onera quō alter alteri⁹ portare debem⁹ ⁊ a ſupbia que hoc īpedit caueam⁹.ad Gal.6.col.2.in prin.⁊ ¶.ſeqn.
Op.
Opera bona facta ꝓ mortuis ꝓſunt eis ꝓpter intentionē ⁊ charitatē faciētis.j.Coꝝ.j5.col.j3.poſt prin.
Opera tenebraꝝ dicunt̃ opera peccatoꝝ q꞉ coꝑant̃ peccatis.ad Ro.j3.col.jj.¶.j.
Opera ſex dierū quō diuerſimode exponunt̃.ad Heb. 4.col.3.poſt principiū.
Oꝑa nr̃a ſē ad btitudinē ordiata q̄ eſt finis vltim⁹ ⁊ dicunt̃ viua vel mortua ſm̄ fines.ad Heb.6.col.2.¶.2.
Operari dicit̃ deus aliqñ illuminando intellectū.aliqñ mouendo ad opus.ad Heb.j.col.jo.¶.j.
Opibus hūanis nō debet̃ vita eterna ex ↄdigno niſi ex īpulſu dei fiāt ſꝫ de ↄgruo.ad Ro.4.col.3.poſt prin.
Opus manuale ꝓpter tria impoſitū eſt.ſcꝫ ꝓpter neceſſitatē victus ad vitandū ociū.⁊ ad carnis macerationē. ad Ephe.4.col.j7.poſt principiū.
Oparī nō ꝓhibꝫ apl's ſuos dei.2.ad Ty.3.col.4.¶.j
Or.
Oratio debet fieri in ſecreto ⁊ ſine intermiſſiōe corā deo ⁊ in ſpiritu.ad Ro.1.col.12.¶.1.
Oratio duplex eſt priuata.ſcꝫ ⁊ publica.1.Corinth.14. col.7.poſt principiū.
Oratio debet habere q̄nq꞉.ſcꝫ ſubiectū.predicatū.copulā.vl'em determinationē ⁊c.1.Coꝝ.14.col.9.poſt pri.
Oratio reddit̃ exaudibilis ex hūilitate orantis.ad Eph 5.col.9.poſt principiū.
Oratio vt exaudiat̃ debet habere cōditiōes ſeptem.ad Ephe.6.col.8.poſt textū.
Oratio debet habere quattuor cōditiōes vt orans exaudiat̃.ad Phil.4.col.3.¶.2.
Oratio eſt aſcenſus mētis in deū.Poſtulatio eſt rerū petitio.ad Col.1.col.4.poſt textū.
Oratio in quattuor diſtinguit̃.ſcꝫ in orationē.obſecrationē.poſtulationē.⁊ in gratiarūactionē.1.ad Tymot. 2.col.1.in principio.
Orare ſemꝑ ⁊ nō deficere quō intelligat̃.1.ad Tymot. 5.col.5.¶.2.
Orando ꝓ aliq̄ nō ceſſare intelligit̃ debito tp̄e vel in affectu hītualiter.ad Ephe.1.col.14.¶.1.et.2.
Oratiōes multoꝝ nō exaudiri dicit aplus impoſſibile. ad Heb.13.col.8.¶.4.
Oratiōis fructus duplex eſt.Unus hoī ꝓuenit.Alius eū reficit.1.Coꝝ.14.col.7.circa mediū.
Oratiōis attentio.alia eſt ad verba.alia ad ſenſuꝫ.alia ad finē.1.Coꝝ.14.col.7.¶.1.
Orare quid debem⁹ in generali ſcimus:in ſpēali aūt nō niſi reuelet̃ nobis.ad Ro.8.col.16.¶.2.
Orans aut ꝓphetās hec facere iubet̃ diſcooperto capite.1.Coꝝ.11.col.4.¶.1.
Ordo poteſt tripliciter cōſiderari.inquantū eſt in prima cauſa omniū.vel in cauſis vniuerſalibus.vel quantū ad ſpeciales effectus.ad Ephe.1.col.17.¶.1.
Ordines in eccleſia ſunt tres.ſcꝫ ep̄oꝝ.pbroꝝ.⁊ dyaconoꝝ.1.ad Tym.3.col.2.poſt textū.Et col.5.¶.4.
Originale peccatū ⁊ actuale quō intelligant̃ ſubintraſſe ante legē ⁊ poſt.ad Ro.5.col.15.¶.2.
Originale peccatū nō imputat̃ paruulis apud homies: ſed hñ a deo.ſic etiā poſt legalia reputant̃ que antea non reputabant̃.ad Ro.5.col.9.¶.1.et.2.
Originale peccatū nō intrauit per euam:ſed per adam. 1.Coꝝ.15.col.9.¶.1.
Origenes poſuit penas damnatoꝝ eſſe tranſitorias.1. Corinth.15.col.11.¶.1.
Ornatus mulierū vitiat̃ ex tribus.ex praua intentiōe ꝓpter cōſuetudinē patrie.1.Tymoth.2.col.5.¶.1.
Of.
Os latū dicebat ſe hr̃e apl's.q꞉ latitudo oris latitudinē cordis demōſtrat.2.Coꝝ.6.col.6.¶.1.et ſequēti.
Oſculū pacis dat̃ in ſignū pacis ⁊ vnitatis ſpirituū.2. Corinth.13.col.4.¶.3.
Pa.
P Aci peccata cōtraria aplus pulchre docet(q꞉ multū nocēt) vitare.ad Heb.12.col.9.¶.3. et ſequētibus.
Patientiā habere debemus cū ꝓximo: ſicut deus habet cū oībus.ad Ro.15.col.2.¶.1.2.et.3.
Patientie cōditiōes ſunt cōſtantia in aduerſis.⁊ gaudiū in tribulatiōibus.2.Coꝝ.8.col.1.¶.3.
Papa vt defēdat vnā partē xp̄ianitatis poteſt collectas imponere alijs.2.Coꝝ.11.col.5.poſt textū.
Parere ⁊ parturire inter ſe differūt.quia parturire dicit conatū ad partū.parere autē dicit eductū.ad Galath.4 col.16.¶.1.
Paries dicit̃ lex mandatoꝝ.ad Ephe.2.col.10.¶.1.
Participatio xp̄i eſt duplex.Una eſt imperfecta que eſt per fidem.Alia perfecta que fit per preſentiā.ad Heb.3 col.8.¶.2.et.3.

Participare idem eſt qđ partem capere.ad Heb.6.col.4.¶.primo.

Paruulū nihil differre a ſeruo quādiu paruulus eſt quō intelligat.ad Gal.4.col.1.¶.1.2.et.3.

Paſcha dicit a paſchin grece qđ eſt paſſio latine. vel a phaſe hebraice quod eſt tranſitus latine.ad Heb.11.col.18.¶.tertio.

Paſſio xpi nobis ꝓfuit ex duobus. quia nos liberauit ex poteſtate dyaboli. ⁊ debitū noſtrū ſoluit. ad Heb.2.col.10.¶.2.Et col.12.¶.1.2.et.3.

Paſſio xpi debet frequēter cogitari. ad Heb.12.col.2.¶.2.et.3. Et col.13.¶.2.et.3.

Paſſio xpi fuit nobis ſalutifera nō ſolū per modū exempli:ſed etiā per modū meriti.1. Coꝛ.1.col.7.¶.1.

In paſſione xpi tria cōſiderāda ſunt.ſcʒ qđ cōtempſerit. quid ſuſtinuerit.⁊ quid promeruerit. ad Heb.12.col.3.¶.primo.

Per paſſionē xpi ablata fuit poteſtas dyaboli.ad Heb.2.col.11.¶.1.et.2.

Paſſiones diuerſe diuerſoꝝ ſanctoꝝ veteris teſtamēti. ad Heb.jj.col.23. vſqȝ ad cap.12.

Paſtoꝝ eccleſie propriū officiū eſt docere. ad Ephe.4.col.7.¶.2.

Pater in diuinis nō dicitur ſapiens per ieſum xpm:ſed xpus eſt gloria ⁊ reuelatio ſapiētie patris. ad Rom.j6.col.6. ¶.2.et.3.

Pater eſt qui primo generat.Pedagogus autē qui iaʒ natū nutrit ⁊ erudit.j.Coꝛ.4.col.8.¶.j.et.2.

Pater noſter dicit tota trinitas.ſcʒ creatiōe ⁊ gubernatiōe.2.Coꝛ.j.col.j. circa finem.

Patrem inuocare debent iudei ⁊ gentiles.⁊ quō idē eſt abba ⁊ pater. ad Ro.8.col.10.¶.2.et.3.

Patres debent inſtruere filios in moꝛibus.ad Ephe.6 col.j.poſt textū.

In patria manere.fidem ſpem.⁊ charitatē.⁊ nō alia dona quō intelligat.j. Coꝛ.j3.col.j0.¶.2.

Dei patris ⁊ carnalis hec eſt differētia.Homo eni generat hominē quantū ad coꝛpus:ſed de⁹ quantū ad vtrūqȝ ad Heb.j2.col.6. ¶.j.

Paternitas eſt ſolū in viuentibus ⁊ cognoſcētibus. ad Ephe.3.col.9.¶.2.et.3.

Paulo quādo fuerit impoſitū hoc nomē paulus. Similiter hoc nomē ſaulus.ad Ro.j.col.j.¶.3.et.4.

Paulus quare primo precipiat ſeruare precepta negatiua per prius ꝙ affirmatiua: cū tamē affirmatiua reſpiciāt deū.alia vero ꝓximū.ad Ro.j3.col.7.¶.2.

Paulus quō ſcribat hebraice grece ⁊ latine. ⁊ hui⁹ nominis interpretatio. ad Ro.j.col.j.¶.j.et.2.

Paulus ſe plantaſſe.apollo rigaſſe. deū autē incrementū dediſſe dicebat.j.Coꝛ.3.col.3. ¶.j.et.2.

Pax nō poteſt eſſe inter inter bonos ⁊ malos. quia pax dicit cōcoꝛdiā.2.ad Tymoth.2.col.9.¶.3.

Pax noſtra dicit xps.⁊ quō fecit vtraqȝ vnū.ad Ephe.2.col.9.¶.j.et.2.

Pax eſt trāquillitas oꝛdinis ſibi a deo inſtituta.ad Col 3.col.6.¶.2.et.3.

Pax cōſiſtit in duobus. vt ſcʒ homo cōcoꝛdet ad ſeipm ⁊ ad alios.2.ad Theſ.3.col.5.¶.5.

Pe.

Peccamus modo grauius in nouo teſtamēto ꝙ in veteri teſtamento peccabant:quibus nō tot beneficia collata erant.ad Heb.j0.col.jj.¶.j.

Peccans ſi in malo perſeueret:tunc deus oēs iuſticias ei⁹ obliuiſcit.ad Heb.6.col.8. in prin.

Peccans nō immediate punit a deo:ſed expectat ad penitentiā.j.ad Tymoth.4.col.5. ante finē.

Peccans publice debet eijci ne ſuis prauis moꝛibus alios coꝛrūpat.1.Coꝛ.5.col.3.¶.1.et.2.

Peccantiū quidā ſunt qui peccant ex malicia. quidam ex conſuetudine.quidā ex omiſſione. ad Galath.6. col.1.poſt textum.

Peccandū non eſt vt ſuperabūdet gratia.ad Roma.6.col.1.¶.primo.

Ad peccandū duo inducūt efficaciſſime.ſcʒ preſentiū bonoꝝ amoꝛ male inflammās ⁊ timoꝛ male humilians. ad Heb.2.col.11.¶.3.

Peccare ex malicia eſt peccare ex habitu. ⁊ quomō nocet ſibi ⁊ proximo. ad Rom.1. col.27. circa principiū. Et iterū ad Ro.1.col.27.¶.1.et.2.

Peccare cū dicit paulus in coꝛpus ſuū qui foꝛnicat quō intelligat.1.Coꝛ.6.col.8.¶.2.

Peccare volentes. ⁊ volūtarie peccare hec videt differentia.qꝛ volens quaſi paſſione ductus.volūtarie aūt ex malicia.ad Heb.10.col.9.poſt prin.

Peccaſſe xpm pro nobis quomō intelligat.2.Coꝛinth.5.col.12.¶.2.

Peccata cōtra naturā quomodo ſanctus paulus in maſculis.⁊ quomō in feminis reprehendit. ad Romā.1.col.25.¶.1.

Peccata carnalia dicunt que cōſumunt in delectatione carnis:vel quantū ad radicē concupiſcētie.ad Galat.5.col.11.poſt prin.¶.1.2.3.4.et ſequētibus.

Ad vitandū peccata duo ſunt neceſſaria.ſcʒ liberū arbitriū.⁊ gratia.2.Coꝛ.13.col.4.poſt mediū.

Peccati fructus moꝛs eſt.iuſticie autem vita eterna. ad Ro.6.col.9.¶.1.2.et.3.

Peccati cōtra naturā pena nominat merces. ⁊ quomō equiparat peccato ydolatrie.ad Ro.1.col.26.¶.1.

Peccatoꝛ maximus dicit paulus fuiſſe inter ſaluatos.⁊ ad Tymoth.1.col.8.¶.1.

Peccatoꝛ natura eſt diligendus.vitiū vero odiendū.ad Gal.6.col.5.¶.1.

Peccatoꝛ omnis dicit preuaricatoꝛ legis lege data. ad Rom.4.col.2.¶.3.

Peccatores reputāt deū non eſſe vltoꝛē maloꝝ:cum tamen digni ſint moꝛte que eſt ſtipendiū peccati. ad Ro.1.col.28.¶.2.

Peccatores ⁊ excōmunicati ſunt cōſolandi ne in deſperationē cadant.2.Coꝛinth.2.col.3. poſt mediū.et. ¶.ſequenti.

Peccatoꝝ carnaliū ſufficientia.⁊ quomodo differūt.ad Ephe.5.col.2.poſt textū.

Peccatoꝝ grauitas attendit penes duo.ſcʒ ex obiecto: ⁊ ex ſubiecto.1.Coꝛ.11. circa mediū.

Peccatū dicit iniquitas duobus modis. intēſiue ⁊ extēſiue ad Ro.1.col.16.¶.3.

Peccatū eſt voluntariū. pena autem cōtra voluntatem ⁊ coniūctam peccato quomodo intelligatur. ad Roma.1.col.23 ¶.1.

Peccatū eſt auerſio ab incōmutabili bono ad cōmutabile.⁊ exire nō poteſt niſi auxilio dei. ad Romā.2.col.5 ¶.1.et.2.

Peccatū tripliciter cōmittit.ſcʒ oꝛe.coꝛde.⁊ opere. ad Rom.3.col.7.¶.2.et.3.

Peccatū per adam intrauit non ſolū per imitationē ſed etiam per propagationē contra pelagiū.ad Ro.5.col.6 in principio.⁊ ¶.ſequēti.

Peccatū ſicut intrauit per adam in omnes: ſic ⁊ per gratiam xpi liberamur ⁊ iuſtificamur. ad Ro.5.col.12.¶.1.2.et.3.Et col.14.¶.1.et.2.Et col.15.¶.1.

Peccatū ſiue coꝛpus peccati quomodo deſtrui debʒ.ad Roma.6.col.3.⁊.4.¶.2.⁊.3.

Pctm̄ regnat in hoīe ꝑ interiorē ꝯſenſuȝ mētis ⁊ ꝑ actū exteriorem corporis.ad Ro.6.co.5.¶.1.2.⁊.3.

Pctm̄ potuit cognoſci ſine lege q̄tū ad inhoneſtū.nō āt q̄tū ad offenſā diuinā.ad Ro.7.co.4.poſt tex.

Peccatū aliq̄s opatur q̄n nō vult victus ſuggeſtiōe: vel paſſione vel inclinatione aut habitu malo.ad Roma.7.co.8.¶.1.⁊.2.⁊ col.9.¶.ij.⁊.2.

Peccatū malū opatur in hoīe q̄n nō liberaẗ a xp̄o cōtra manicheū.ad Ro.7.co.10.in prin.¶.2.3.⁊.4.

